Alice M. Taylor

a R I 52

EUSEBIUS CAESARIENSIS.

XV CENTURY MANUSCRIPT

c.1450 [149] De Evangelica Praeparatione. [Latin transl. by Georgius Trapezuntius.] Manuscript on vellum and paper. [Italy, circa 1450.]

Folio (11 x 8¾ins.), 223 ff., *written in a neat humanistic hand, 37—39 lines to a page; with 14 large illuminated initials of "white-vine" type, and some small initials. Old quarter calf.* £35

An early MS. of this Latin translation which was made by G. Trapezuntius during the papacy of Nicholas V (1447-1455). From the watermark in the paper (style of Briquet 3528) it is unlikely that this manuscript was written much after 1450. There is a note written in 1467 on the velum end-leaf.

Several vellum leaves have a piece cut from the margin, and folios 8 and 72 have a large portion of text cut away; small wormholes at beginning and end, some marginal stains.

maggs
£35.
Dec. 1948

HOWARD LEHMAN GOODHART

769

hes, —

GOODHART MS 79
BMC MS9

[illegible]
cetera latina [illegible]
rex anacorem [illegible]
romnium aegyp[illegible]
libri q̄ quidam [illegible]
plurim doctum [illegible]
ra græca quæ [illegible]
quæ ammem [illegible]
te crecaus cate[illegible]
qui scripserum[illegible]
constet nihil [illegible]
q̄ illis temp[illegible]
nihil in tabu[illegible]
a phis non [illegible]
mon stue tr[illegible]
cepit · ac u[illegible]
metaq; quo[illegible]
non aliter[illegible]
ut deligen[illegible]
enne cum[illegible]
phorum [illegible]
gentium [illegible]
bis tra[illegible]
bus cogn[illegible]
esset ne[illegible]
te parte[illegible]
patta[illegible]

Georgii Trapezuntii in traductionem Eusebii prefatio incipit

Eusebium pamphili de euan
gelica preparacione latinum
ex greco beatissime pater iussu
tuo effeci. Nam cum eum ui
rum tum eloqn̄cia tum mul
tarum rerum pericia & inge
nii mirabili flumine ex iis q̄
iam traducta sunt sanctitas
tua prestantissimum iudicet
atque ideo quecumque apud grecos ipius opera
extent latina facere institueris: euangelicam
preparacionem que in urbe forte reperta est:
primum aggressi traduximus. Quo[illegible] in
libro q̄i quodam in speculo uarium [illegible] multi
plicem doctrinam illius uiri licet admirari. [illegible]
ta enim que ante ipm̄ facta inuentaque fuerūt
que tamen grece tunc scripta inuenirentur: mul
to cercius atque distinctius ipis eciā auctoribus
qui scripserunt percepisse mihi uidetur. Ita cum
constet nihil fere preclarum umq̄ gestum fuisse
qd̄ illis temporibus grece scriptum non extaret:
nihil in rebus magnis naturaque abditis quod
aphis non esset explicatum: omnia ille tum
memorie tenacitate tum mentis acumine per
cepit. ac ut apes solent singulis insidere florib;
indeque quod ad rem suam conducit colligere:
non aliter ille undique certiora uerisimiliora
ue deligens mirabilem sibi [illegible] inauditum sci
encie cumulum confecit. [illegible]tiplices uero philoso
phorum sectas non ignorauit. infinitos pene
gencium omnium religionis errores tenuit. Or
bis terrarum historiam serie sua dispositam so
lus cognouit & ceteris tradidit. Nam cum nō
esset nescius gestarum rerum historiam tituba
re pater sanctissime nisi distincta temporibus
pateat. Quippe cum natura temporis faciat:

Ad Nicolaum pp. V.

ut que in tempore fuerunt nisi quando fuerint sciat:
nec fuisse quidem propter confusionem iactantur: eo
ingenio studio industria huic incubuit rei: ut
omnium scriptorum periciam in unum congesta
facile superauerit · distinctiusque cuncta ipsis suis
ut diximus cognouerit auctoribus · Conferendo
enim inter se singulos: ueritatem simul que ab
omnibus emergebat nec ab ullo exprimebatur:
consecutus est · Que omnia et ab alijs que scripsit
et ab hoc opere perspicere licet · Quod ille ideo suscé
pit: quoniam cum apud gentium preclaros philosophia
uiros nobilissimus esset: ac priscam paternamque
religionem deorum catholice ueritatis amore con-
tempserit: partim accusantibus suum propositum
respondere: partim nostra pro uiribus eius uoluit
confirmare · Itaque in duas uniuersum partes ne-
gocium partitus est · Quarum primam que nunc
traducta nobis est: qua illis respondet qui eum
quod christianis inheserat accusabant preparationem
euangelicam: alteram ueritatis catholice doctri-
nam appellauit · Illud sane pretermittendum non
est: ne quis: quoniam nonnulla in hoc libro non
absque tue sanctitatis auctoritate concidimus quasi
traductoris transgressos officium: nos accuset: an-
te primi concilij tempora librum hunc ab Euse-
bio editum fuisse · Constat enim ipsum arriana
heresi ante sinodum concilij laborasse · Sanctorum
deinde patrum auctoritatem libenter secutum
sanctissime in orthodoxia uixisse · Fertur enim
apud grecos ab eo iussu patrum sacrosancte illius
sinodis symbolum scriptum fuisse · quod ita com-
posuit: ut ad detruendam sine controuersia perni-
ciosam hereticorum opinionem: filium dei genitum
non factum consubstancialemque patri conscripserit
ac patribus tradiderit · nec inuentioni sue quicquam
addidisse aut inde aliquid detraxisse aut etiam
mutasse patres dicantur nisi solum id deum uerum
de deo uero · Nam si genitum esse a patre non factum
consubstancialemque deo patri filium ad refuta-

cionem hereticorum sufficerent : quia tamen deum
filium. patrem uero deum uerum inter hec distin-
guentes Arriam predicabant · ne quoniam deum
de deo ille dixit : ansam inde caperent : deum uerum
de deo uero patres interiecerunt · Hec res quoniam
non nulla in hoc libro sparsa inuenimus ab arria-
na prauitate non aliena : firmo nobis fuit argu-
mento ante cetum illum sacratissimum hec illi con-
scripta et edita fuisse · Quare sentibus amputatis
rosas solummodo latinis hominibus hac nostra
traduccione obtulimus.

cæsariensis epi

Eusebij pamphili de euangelica preparacione primus incipit liber.:

i. xpiana relligio

Cum quid sit christianismus
nesciuntibus aperire statue-
rim: hunc librum quo euan-
gelice doctrine ueritatem ap-
probamus: ut oracionibus
tuis adiutus ad finem opta-
tum perueniam: tuo nomini
episcoporum ornamentum
Theodote dedicaui, ac in pri-
mis quid nobis hoc euange-
lij nomine significetur & quenam uerbi huius
potestas sit: declarandum esse arbitror. Euange-
lium igitur dicimus quod eternorum ea bonorum
atque incorruptibilium que suprema & maxima
sunt & ex antiquissimis quidem predicta tem-
poribus: nuper uero sui splendore orbem illustran-
cia cunctis hominibus anunciat. Quod non ce-
cas caducasque huius seculi diuicias nec breuem hanc
calamitosamque uitam. nec instabilia corporis
comoda sed animarum que intellectuales sunt
substancie a quibus eciam corporum bona que
umbra consequencia dependent: summam pro-
priamque nobis affert felicitatem. cuius quasi ca-
put religio est. non illa gentilis que falsa &
ficta errorisque plena nomen mentita est: sed hec
nostra que ipsarum rerum ueritate appellacionem
inuenit. quam animi ad unum solum & uerum
deum firmam stabilemque conuersionem & uitam
que mandatis eius peragant esse asserimus. Qua
quidem ex uita amicicia eciam inter deum & ho-
mines constituitur. Amiciciam uero beatitudo
illa ultima & felicissimus finis consequitur: qui
a superioribus dependet: inde gubernatur ac ciag
eo peruenturus est. Quid igitur hac inter deum
& homines amicicia melius ac beacius nobis ex-
cogitari potest. Nonne uite lucis ueritatis bono-
rumque omnium ipse fons atque largitor est? An

non ipse ut cuncta et sint et uiuant causam in se com
plectitur. Qua ergo re indigebit qui eius amiciciam
est adeptus qui rerum omnium creatorem cari
tate sibi coniunxit qui patrem atque tutorem
illum sibi ascripsit. Non possumus profecto di
cere qui omnia que ad animam que ad corpus
que ad externa pertineant: optime beatissimeque
is possideat: qui caritate proximus deo factus:
beatissimam eius amiciciam exacta exquisi
taque religione consecutus est. Hanc ergo salu
tarem hominum ad deum conuersionem atque
amiciciam ab omnipotenti deo missus deus uer
bum quasi lucis infinite splendor cunctis an
nunciat. non hinc aut aliunde sed undique
cunctis ex gentibus: ad deum uerum grecos
simul et barbaros omnem sexum omnem etatem
diuites et pauperes sapientes et contra liberos
et seruos magna uoce conuocat. hortaturque ut
omni studio ac cura hoc donum suscipiamus.
Nam sicuti eiusdem nature atque substantie nos
omnes creauit: sic rursum cognitionem ac ca
ritatem suam omnibus equaliter proposuit:
qui graciam eius ex toto animo complectuntur
et colunt. Hanc dei erga nos caritatem christus
qui ipsius dei patris uerbum est: ipse quoque deus
non respiciens ad peccata hominum: sed seipsum
eis reconcilians uniuerso: sicut diuina excla
mat scriptura: orbi annunciat. Venit namque
ait et annunciauit pacem illis qui longe sunt
et pacem illis qui prope sunt. Que olim hebrei
diuinitus docti predicabant. Quidam enim
eorum clamat. Recordabuntur et reuertentur
ad dominum omnes fines terre et adorabunt
coram eo omnes patrie gentium. quia domi
ni est regnum terre et ipse dominabitur gentium.
Et rursus. Dicite in gentibus quia dominus reg
nauit et enim firmauit orbem terre qui non
commouebitur. Alius conspicuus erit dominus

in ipis & conteret deos omnes gentium terre / ado
rabuntq ipm singuli ex loco suo · hec ex prisris
temporibus diuinis oraculis dicta nunc ad nos
saluatoris nri christi predicacione peruenerut ·
Sic predictam olim & expectatam a sanctis uiris
omnium gentium uocacionem ueritatisq cog-
nicionem uerbum dei quod nuper e celo descendit
operaq que fecit multo ante predicta nobis an
nunciant // Sed sencio me impetu quodam ani-
mi ac desiderio nimium prouectum · Antea enim
q nra confirmemus que solent obuia refutanda
ee uidentur · Nam cum multi non racione chris-
tianam religionem: s inconsiderata fide: unde fi-
deles appellantur susceptam ee putent iure qui
ueritatem euangelicam argumentis approbare
aggressi sumus ad preparacionem suscepti negocij
respondendum ad illa prius esse putamus: que
uel a grecis uel a iudeis ac maxime acuriosis
solent nobis opponi · Non enim aliter arbitror
ordine certo ac serie oracionem nram progredi
posse: q si prius ad euangelicam ueritatem iter
preparare: & iis qui a gentibus ad nos conuertut
aptiora uidentur exponamus. Deinde pparatis
iam perfeccioribus idonea que ad saluatoris
graciam ac domini nri iesu christi cognicione
adducunt: diligencius explanemus. Huius
ergo negocij ab illis inicium sit que tam a gen-
tibus q a circumcisis qui exquisitius rem nos-
tram quererent: dici possent · Quereret enim
quispiam quodnam genus hominum simus
qui hec scribere aggrediamur: utrum greci an
barbari: uel si quid inter hec inuenitur neutri.
& quos nos ipos ee profitemur non dico nomie:
nam id quidem una uoce clarum fieri potest:
s uiuendi modo ac secta · nec enim inquient
comprobatis gentilium religionem / nec iude-
orum uos moribus uiuere uidemus · Quid

igitur hoc monstri est / aut quenam hec est noua
uiuendi ratio · Preterea quomodo impii non erunt
ac deorum omnium inimici qui patrios mores
patria iura cerimonias quibus gentes omnes ac
ciuitates continentur: abiecerunt qui bene-
factores deos spreuerunt · et quos deos: eos scilicet
qui ab initio seculorum apud uniuersos homi-
nes tam grecos quam barbaros per regiones ciuitates
agros: hostiis diebus festis ludis cerimoniisque ab
hominibus regibus tyrannis philosophis legum lato-
ribus honorantur · ac eorum loco impia quedam
ac scelerata admittant et colunt · Qua igitur
uenia digni / aut potius quem cruciatum quodque
supplicium non merentur: qui patria neglexerunt

[margin: patria]

aliaque figmenta fictis iudeorum fabulis mixta
elegerunt · nec ipsum iudeorum deum secundum
eorum cerimonias: nec gentium religionem co-
lentes: inauditum ac inuium iter sibi ipsis tur-
piter confecerunt · Sed hec quidem ex gentibus
aliquis: nec sua nec nostra recte intelligens: de no-
bis dicere poterit · hebrei uero ipsi quoque de nobis
forsan conquerentur: quoniam cum alienigene
simus: sic scriptura nihil ad nos pertinente impru-
denter abutimur: ut nos in suam nobilitatem
intrudere ac ipsos a patriis et propriis ritibus ex-
trudere conemur · Nam si christum diuinis
oraculis uenturum ante multa secula scriptum
est: si iudeorum prophete aduentum ipsius pre-
dixerunt: qui et saluatorem regem iudeorum
non gentium ipsum futurum predicarunt: si
tandem aliqua quedam meliora diuinioraque
scriptura prenunciat: ea quoque iudeis non
gentibus scripta fuisse · Itaque non recte nos fa-
cere qui hoc obaudiamus · et quod turpius est:
que iudeis propter errores suos incommoda uentu-
ra scribuntur: ea iam ipsis accidisse asseramus.

Repromissiones autem bonorum in nos ipsos trans-
feramus. quodque mente capti hominis est dictam
felicitatem consequentibus legem nobis ipsis at-
tribuimus & datas ab ipsa lege cerimonias impro-
bamus. His igitur ceterisque huiusmodi cum ad-
uersus nos utantur: age iam deum omnium
per saluatorem nostrum uerbum ipsius qui pro pontifice
inuocantes: primum in nos argumentum suum
refutando calumniatores ipsos esse ostendamus.
qui nihil nos comprobare posse: sed expertes racionis
fide persuasos asserunt. Idque tam ex iis probacio-
nibus quibus utimur quam ad religionem nos-
tram gentiles concurrunt: redarguemus quam ex
iis quas uel scribundo uel uoce proferundo &
publice disputando aduersariis opponimus.
ac multo magis per hos quoque libros qui totum
hoc euangelice ueritatis negocium continent.
Graciam enim dei ac celestia beneficia per dominum
nostrum iesum christum filium dei creatorem &
saluatorem nostrum nobis esse collata pluribus ac
perspicuis argumentis hic tractatus probaturum
se pollicetur. Nam cum patrum nostrorum memo-
ria nonnulli contra gentiles opponentes ac
eis respondentes: alii diuinas scripturas exponen-
tes: alii ueritatis dogma subtilius comproban-
tes multa reliquerunt: iure nobis hic modus
cui libenter insudamus: adinuentus est. Quamuis
primum omnium sacer ille paulus apostolus pro-
babilitatem omnium cauillatoriam longe
abiciens ac certas afferens probaciones ait:
Sermo ac predicacio nostra non est in persuasibili-
bus humane sapiencie uerbis. sed in ostensione
spiritus & ueritatis. Et rursus sapienciam loquimur
inter perfectos. Sapienciam autem non huius seculi
neque principum que destruuntur: sed loquimur

sapienciam in misterio absconditam. preterea
sufficiencia nostra inquit ex deo qui nos et idoneos
fecit ministros noui testamenti. Non iniuria
ergo omnibus nobis preceptum promptos esse
ad respondendum cuique racionem a nobis de
spe nostra querenti. Certum est igitur saluatorem
nostrum predixisse doctrinam suam in testimonio
omnium gentium per uniuersum orbem ter-
rarum predicatum iri. et ecclesiam que postea
uirtute sua constituta est inuictam atque inex-
pugnabilem fore nec umquam futurum ut a mor-
te superaretur: sed firmam fore atque immobilem
tamquam in lapide fundatam. Cuius diuinacionis
effectus omnem impudentissimam linguam
uana contradicentem potest arcere. Quis enim
non fatebitur cum aperte rerum euentus diui-
nacioni congruat dei uirtutem non naturam
humanam illam fuisse que et futura hec preui-
derat et re ipsa perficeat que uerbis predixerat.
Iam enim sui euangelii fama totum ab ortu
ad occasum orbem impleuit omnesque gentes
adiit crescitque in dies predicacio eius. Ecclesia
etiam hoc nomine ab ipso donata radices egit.
ac usque ad astra sanctorum uirorum orationibus
glorificata luce ac fulgore orthodoxe fidei splen-
det. neque hostibus terga dat neque ipsis ianuis
mortis cedit propter pauca uerba que ille protulit.
Super lapidem edificabo ecclesiam meam et porte
inferi non preualebunt aduersus eam. Sunt
autem alia quoque multa a Saluatore nostro pre-
dicta que in suo a nobis collecta loco et rerum
euentibus accomodata ueram de ipso nostram os-
tendunt opinionem et fidem. Sed ad hec omnia
non sunt contemnenda ad catholicam ueritatem
comprobandam hebraice scripture testimonia
quibus ante mille annos iudeorum prophete in
doctorum piscacionem hominum uniuerse homi-
num uite affuturam predicantes appellacionem

christi nomine ipso expresserunt / et aduentum eius in
carne / modum etiam ipsum quo doctrina eius ad
omnes gentes perueniret predixerunt · nec tacue-
runt futuram iudeorum infelicitatem · et quicquid
aduersus ipsum facturi / et quas penas paulo post
essent daturi · quod eorum urbs extrema obsidione ca
deret regnumque suum omnino cessaret / ac ipsi
ad omnes gentes dispersi suis inimicis ac hostibus
perpetuo seruirent : Que omnia sicuti scripta sunt
post aduentum saluatoris nostri uenisse conspici-
untur · preterea quis prophetas audiens post christi
aduentum iudeorum abieccionem gentium uo-
cacionem aperte dicentes futuram non admira-
bitur : cum uideat res ipsas per doctrinam salua
toris nostri oraculis ipsorum ad unguem quadrare
per saluatorem enim nostrum factum est : ut ex omni
genere hominum pene innumerabiles spretis om-
nibus idolis unius ueri dei cognicionem religio-
nemque susceperint · Quod ita futurum dei oracu
la ut per alios prophetas cecinerunt et per hieremi-
am maxime ubi dicitur domine deus meus ad te
gentes uenient ab extremis terre et dicent quam fal
sa nostri patres idola possederunt · et non erat in
eis utilitas : si faciet homo sibi ipsi deos nec erunt
isti dij · Hec igitur uniuersa fidei nostre ueritatem
astruunt / nec humana uirtute : sed a deo predicta
et prophetarum oraculis scripta ostendunt · et adhec
a multis uarijsque gencium principatibus liberos
quoniam futuros homines uaticinantur · Itaque cum
omnes gentes antiquitus multi reges ac tyran-
ni urbes fere singulas tenerent · ac alij populis
alij paucis regerentur · Qua ex re bella ubique
fremebant captiuitates depopulacionesque ur
bium ac gencium fiebant · plenaque omnia erant
seruitute · Unde cogebantur urbani simul et agres-
tes ab ineunte statim etate rei militari operam
dare / semperque armati prodire · Continuo presen

cia christi de quo scriptum est in diuinis oraclis
in diebus eius iusticia et multitudo pacis & con
flabunt gladios suos in uomeres & lanceas
suas in falces. nec eleuabit gens in gentem
gladium. nec exercebuntur ultra in prelium
rerum euentus. verba prophetarum secutus est et
omnis principatuum multitudo cessauit ab
Augusto in ipso tempore incarnationis domini
nostri romanorum imperio in monarchiam redac
to. Ex illo autem tempore usque ad memoriam
nostram non inuenies populos oppositos populis
fuisse. nec gentem ullam in aliam insurrexisse.
nec humanam uitam omnium confusione ue
xatam ut passim prius fieri solebat. Atqui quo
modo magna non est dignum admiratione
si quis ita secum attente cogitet curnam preteritis
temporibus cum demones omnium gentium
dominabantur. ac ab omnibus summopere
colebantur: tanto alteri ad alteros furore a
diis suis concitati ferebantur: ut nunc grecos
nunc egiptios, nunc syros, nunc romanos
inter se bellare. ac seipsos regionesque suas des
truere uideres: sicut historiis suis perscribitur. Si
mul uero atque piissima et pacificentissima sal
uatoris nostri doctrina apparuit: multorum
cultus deorum labebat, bella cessabant, uni
uersum hominum genus a maximis periculis
requiescebat. Quod maximum ego diuine
sue uirtutis signum dicere non dubitauerim.
At uero ex sua predicatione quantum homines
profecerint quantamque utilitatem etiam huius
uite consecuti sint: ipsis oculis cernes si atten
deris numquam alias in memoria hominum ab
aliquo illustri uiro aut populo factum: nisi
nunc suis dumtaxat uerbis & doctrina per uni
uersum orbem diffusa: ut omnium iura gen-

cium recte se habeant. Illa ipa inq̄ iura que ante
aduentum suum tetra feda inmaniaq; erant..
Non enim iam perse qui eum sunt secuti: matres
suas nefandis nuptiis cognoscunt. non humanis
uescuntur carnibus Scyte: quoniam ad eos predica-
cio christi peruenit. nec carissimos falsa religione
impulsi liberos iugulant. hec certe ac talia pene
infinita hominum quondam uitam uexabant. Mas-
sagete ac derbices traduntur ppinquos suos atq;
affines qui senectute conficiebantur miserrimos
putasse. Traduntur ac ideo immolatis carnes
eorum quos plurimi fecerant epulabantur. ti-
bare in uiuos seniores suos precipitare. hirca-
ni rapaci generi auium canibus proicere
soliti. Quequidem cuncta religiosissime fa-
ciebant. Nunc uero sola euangelica uirtute
undiq; truculentissima hec pestis explosa
est. Quod uero minime dii putantur aut
inanima & surda simulacra, aut maleficii
demones in ipsis habitantes aut partes
mundi que conspiciuntur, aut mortuorum
hominum umbre, aut quecumq; anima-
lium nocentissima. Sed pro his omnibus una
saluatoris sola doctrina cuncti simul greci ac
barbari qui non ficto animo christi uerbum
audiuerunt ad tantum philosophie deuenis-
se: ut solum uerum deum regem ac dominum
celi et terre solis stellarum totiusq; mundi
creatorem colant & sequantur. Quodq; mq;
cunctis uiribus conantur sic uiuere: ut uel
oculos coerceant: ne quid cupiditate tracti
turpiter uideant. sed ab ipa mente omnem ani-
mi morbum depellant. Hec omnia quonam
modo audebit negare quispiam non esse fe-
licis uite: At uero quod non recte parere omno

laudant: tantum a piurio absunt q̊niam ab
ip̃o non esse iurandum audiuerunt. sed om-
nino iureiurando abiecto sufficere hominibus
ita et non quodq; nec in quotidiano sermone
inania uerba uelis proferre. S; ita diligenter
in omnibus te ipm custodire: ut nec falsum
nec iniuriosum nec turpe in labijs uerbum
habeas. q̊niam ille dixit de omni ocioso ũbo
rationem dabitis in die iudicij: quam phorũ
uitam non excedit. Ad hec etiam qđ simul
cuncti pene innumerabiles uiri et mulieres,
seniores ac pueri, serui ac liberi, nobiles ig-
nobiles, docti & indocti in omni ab ortu ad
occasum solis loco: ubi homines colunt. quo-
tidie ferine ad percipiundam disciplinam
christi. quia non solum a turpi facinore: ue-
rum etiam a cogitationibus inhonestis absti-
nere, quaq; uentrem ac ea que sub uentre st
domare docentur: confluant. quod uniuersi
in diuina disciplina exercentur excelso animo
contumelias ferre, nullam uindictã appetere,
iram & appetitum temerarium uincere, indi-
gentibus rem suam referre, omnem hominem
iure nature fratris ac proximi loco diligere.
hec omnia si quis simul collecta consideret:
nonne fatebitur maxima et sola uere bona cũc-
tis esse hominibus predicatione christi oblata.
nec ab aliquo q̃ ab ip̃o potuisse homines felici-
tatem recipere. Illud uero quale tibi uidetur qđ
uniuersum genus hominum: non eorum solum
qui aliqua humanitate prediti sunt: uerum
etiam crudelissimorum & in extremis orbis
terre habitantium ab immanitate recessit. ac
ad opiniones uere phie inductum est. Quis
enim iam immortalem ẽẽ animam nõ credit.
Quis non sperat esse apud deum: cum uere

concesserimus uirtuti deposita premia: quibus
inducti nostri hanc uitam omnino ita contemp-
serunt: ut priscos illustres philosophos muliercula putes si ad hos conferas: ludumque puerorum non
iniuria existimes omnia que de contemnenda
morte aut uerbis aut exemplis prisci philosophi
docuerunt. Femine apud nos atque infantes utrique
barbari et indocti ut philosophi dicerent saluatoris nostri
uirtute adiuuante immortalitatis nostre opinionem
re longe magis quam uerbis ueram esse comprobauit.
Est magnum etiam illud quod gentes omnes non
aliunde quam a doctrina nostri saluatoris prouidentiam
dei esse que cuncta perspiciat atque gubernet didi-
cerunt. nec est iam aliquis qui non acceperit
sic doctrinam de iustitia et iudicio dei ut non
fateatur caute idcirco uiuendum: ac longe a
uicus esse fugiendum. Si caput beneficiorum om-
nium que a saluatoris predicatione christi a-
depti sumus: facile cognosces: si calamitosam
prisce idolatrie fraudem qua omnes quondam
homines artibus demonum premebantur [illegible]
gentem animo uolueris. Verum que[illegible]incium
tura fieri compertum est: ut h[illegible]um generabi-
rationis non expers nullo [illegible]nt: homines quoque
tur: nisi suasione ind[illegible] incepisse affirmarunt.
turam non temere [illegible]um omnium celi ac terre
maxime rudiore[illegible]usis formam fuisse. postea dis
introducimus [illegible]que molibus uniuersi: ordinem mundi
tantes sua[illegible]eraque motum habuisse continuum.
mortalit[illegible]m quidem igneam ad superiores ascen-
que a s[illegible]es: sursum sua propter leuitatem natura semper
ciant[illegible]e. Qua ex causa solem ac stellarum mul-
quibi[illegible]em uolucione totius circumferri. partem
pau[illegible] turbidam atque terrestrem unacum humi-
plu[illegible]o infima propter grauitatem loca descendisse.
in partem continuo longo tempore in se ipsa

· Abscissa opinio ·

quandam a doctrina se consecuturos. nec phie
sectam ullam quispiam umquam susciperet nisi antea
crediderit quomodo sibi futuram. Ita diversa su-
asione ac fide ducti: alius epicureorum attrahitur
uoluptate: alius cynice uite duricione admiratur.
Alius platonem preponit. nonnulli Aristotilem:
non nulli Stoycos diligenter secuntur. Sic artes
quoque alii alias quasi omnes medie sint meliores
honestioresque sibi utilitate persuasi crediderunt.
Itaque uidebis rei militaris ab aliis: ab aliis mer-
cature aut edificandi studium esse propositum.
Agriculturam alius exercet ac semen sulcis agro
rum commissum et mortuum reuiuiscere posse
non desperat. Cur igitur admirantur: cum
uniuersa uita hominum duobus his fide et
spe maxime gubernetur: si nostra eciam que
sola animis conducunt: multis fide tantummodo
traduntur qui racione altiori consequi non pos-
sunt. non nullis ad fidem racio quoque ac doc-
trina subtilior committitur. Nunc quoniam bre-
uiter hec quasi fundamenta iacta sunt ad pri-
contr[illegible] accusacionem respondendum et qui
izam et app[illegible]que sumus dicendum. Nunc igitur
gentibus rem [illegible] qui hec requirunt grecos nos
iure nature fratris [illegible] demonum cultus tenuisse
hec omnia si quis simul [illegible] atque abhominamur: ui
nonne fatebitur maxima et [illegible] a quibus quamuis
tis esse hominibus predicacioni [illegible]sentanea colliga
nec ab aliquo quam ab ipso potuisse has iudeorum ui-
tatem recipere. Illud uero quale tibi [illegible] non uidebitur
uniuersum genus hominum: non eorum [illegible]am ipsa quam
qui aliqua humanitate prediti sunt: u[illegible]rum pris
eciam crudelissimorum et in extremis or[illegible]pateant
terre habitancium ab immanitate recessi[illegible]gelice
ad opiniones uere phie inductum est. Qu[illegible]mum
enim iam immortalem esse animam non credi[illegible]us
Quis non sperat esse apud deum: cum uere [illegible]cip-

turas admirantes presentem eorum uitam recusa
mus· postremo que ratio euangelii sit: quis proprie
atque sincere christianismus dicatur· quod nec gen
tilium nec iudeorum: sed noua quedam ac uera re
ligio ab ipso saluatoris nomine appellata· Age
iam primum omnium priscas ac patrias ipsorum
theologie per singulas usque impresenciarum urbes
diuolgatas ac probas sapientum philosophorum de diis
de constitucione mundi opiniones perspiciamus·
hinc enim cognoscemus: recte ne ipsa spreuimus:
an non· Scribam autem non mea: sed eorum ipsorum
qui apud eos studiosissimi rerum humanarum
diuinarumque fuerunt uerba: ut nemo a nobis
commentam fictamque narrari fabulam suspicari
possit· Dyodorus igitur siculus uir apud grecos
clarissimus· Quippe qui uniuersam hystoriam ad
unum commodissime corpus collegit: statim in
cipiens hec de origine hominum conscripsit· De
prima uero hominum origine: ut a naturalibus
et historicis colligitur: bine fuerunt opiniones·
nam alii cum mundum ingenerabilem atque in
corruptibilem putauissent: genus quoque hominum
sempiternum esse asseruerunt· ita numquam inicium
ipsorum fuisse arbitrati sunt· alii cum generabi
lem atque corruptibilem putarint: homines quoque
apposite certis temporibus incepisse affirmarunt·
Vnam enim ante inicium omnium celi ac terre
cunctis simul confusis formam fuisse· postea dis
separatis diuisisque molibus uniuersi: ordinem mundi
conspectum aeraque motum habuisse continuum·
cuius partem quidem igneam ad superiores ascen
disse partes: sursum sua propter leuitatem natura semper
tendente· Qua ex causa solem ac stellarum mul
titudinem uolucione tocius circumferri· partem
autem turbidam atque terrestrem unacum humi
dis ad infima propter grauitatem loca descendisse·
Quam partem continuo longo tempore in se ipsa

·Dyodorus·

·De origine mundi secundum gentiles· in°

·Absurda opinio·

conuolutam maria ex humiditate: ex durioribus terram lutosam ac teneram concreuisse. Quam primum posteaquam solaris calor exestuit constipatam fuisse. Deinde superficie calefacta: pluribus in locis corrupcionem humidi esse secutam: ex qua ut etiam nunc in paludibus fieri solet cum subito ad tus actum frigus calor exarsit: animalia concreta fuisse que noctu a circumfusa caligine alebantur. Ac postremo sufficiens iam crementum consecuta erupisse. Ab illa colluuie uarias has animalium formas, quorum calidiora leuioraque ad altiora loca exilisse uolucrium appellacione nuncupata. Sicciora uero ac grauiora serpentibus ac terrenis connumerata: eodem quoque modo humidiora in consentaneum sibi ipsis locum confluxisse: aquatica nuncupata. et sic animalium diuersa genera producta fuisse. Terram uero postquam magis sole ac uentis induruit: nihil ex perfectioribus producere posse: ac ideo ex mutua sexuum coniunctione perfectiora generantur. hanc rem ita se habuisse tragicus etiam Euripides Anaxagore philosophi auditor in fabula quam melanippem nominat his uerbis testatur. Vna celorum olim ac terre forma. sed separatio cuncta in lucem tulit uolucres ac feras simul arbores generaque natancium mortaliumque genus. Hec de prima origine rerum a priscis accepimus.

·Euripides·

Cum igitur diuersis uariisque in partibus orbis terrarum ita producti sint homines: non iniuria una eademque uti lingua nequiuerunt. quia aliter alibi uocabula rebus imposita sint. et primos quidem homines re nulla utili aut arte adhuc ad uiuendum inuenta fertur laboriose uitam egisse nudos ab tegmine atque tecto. Qua de re multos frigore ac estu: nonnullos etiam inedia perire passim. Sed paulatim experiencia rerum docente ad spelea hieme refu-

gere / fruges deponere didicerunt. Igni deinde ad-
inuento: artes quoque ad uiuendum necessarie in-
digencia et usu hominibus duce ac principe sunt
excogitate. Hec nobilis ille scriptor Diodorus
de origine mundi et prima hominum uita
breuiter retulit. in quibus nulla dei mencio
facta casualis quedam uniuersi produccio
enarratur. quibus congrua omnes ferme gen-
tilium philosophi conscripserunt. quorum
opiniones si diligenter inspexeris a uanis
quibusdam fatuisque coniecturis profectas in-
uenies. Quod ut facilius facere possis a Plu-
tarcho tractas tibi ante oculos ponam. Tu au-
tem attente diuersitatem eorum tecum consi-
dera. Diuersae philosophorum opiniones.

Plutarchus.

Thaleta ferunt primum omnium prin-
cipium rerum aquam posuisse. ex ipsa
cuncta esse. ac ipsam demum deuenire ar-
bitratur. post eum Anaximandrum Thaletis
sodalem ipsum infinitum rerum omnium ge-
neracionis atque corrupcionis causam dixisse
Nam ex ipso ait celos segregatos ceterosque mun-
dos numero infinitos. Corrupcionem uero ac
generacionem multo prius ex infinitis arbitratur
seculis in se ipsis reuolutis. hic cylindri forme
esse terram asserit tanteque profunditatis: ut ad
latitudinem profunditas tercia pars inueniatur.
Ait preterea spermaticas uires ex sempiterno
calido ac frigido in origine huius mundi decisas
fuisse. ac aliqua ex flamma pilla aere hoc ter-
restri circumuoluta ut testa nucleus dirupta
et in quosdam circulos explicata solem lunam
ac stellas constituisse. Ad hec hominem primo
ab aliis animalibus natum. Nam alia inquit
uidemus cito postea quam nata sunt ad propria

Thales.

Anaximander.

pabula per se venire: hominem vero diuturna
lactacione egere. Quare nisi in primis inicijs
ab alijs natus aliorum nomine secutus fuisset:
nunquam educari potuisset. hec Anaximander.

Anaximenes.

Anaximenes autem principium rerum aera opi-
natur quem genere infinitum: qualitatibus
finitum ait. cuius condensacione ac rarefac-
cione cuncta gigni arbitratur. Motum vero
ab eterno esse dicit. Terram ex aere constipato
primam omnium factam latam magis. Id cir-
co non absque racione super aerem contineri.
Solem vero ac lunam ceterasque stellas a terra
ortum habere. Itaque solem terram esse ait velo-
citate motus caliditatem assecutum.

Xenophanes.

Xenopha-
nes colophonius novum quoddam iter preter
predictos sibi fabricatus nec generacionem
rerum nec corrupcionem ullam esse contendit.
Esse namque simile quitquid est. Nam si aliquod
inquit gigneretur: id non fuisse antea necesse est.
Quod autem non est: id gigni non posse. Nam
neque non ens facere aliquid, neque a non ente
fieri quitquam posse. Asserit autem sensus omnes
falsos esse. racionemque unacum sensibus videtur
abicere. Terram vero continue aquis delatam
paulatim in maria longo tempore abituram
censet. Solem atque alias stellas a nubibus gigni.

Parmenides.

Parmenides eleata Xenophantis auditor atque
amicus primum Xenophanem: deinde opposi-
tam quandam viam secutus est. Sempiternum
enim atque immobile censet esse universum. quod
est ens secundum veritatem rerum. Solum enim
esse simplex et intrepidum atque ingenitum. Ge-
neracionem vero eorum esse que falsa estimacione
videntur esse: cum non sint. Nam sensus semo-
vendos a veritate putat. Affirmat enim si quid

est preter ens: id esse non ens. non ens autem nō esse in rebus. et sic ens ingenitum sibi relinquit. Terram uero densioris aeris defluxu factam arbitratur. Democritus abderita infinitum dixit esse uniuersum quoniam a nullo creatum: immutabile etiam esse. Eorum uero que nunc gignuntur nullum non habere principium: Sed ex finito tempore cuncta simpliciter que sunt que fuerunt queque futura sunt: necessitate predestinata fuisse. Solis ac lune generacionem propriam separatamque ab aliis esse dicit. naturamque ipsorum nec calidam nec splendidam fuisse. sed contra generacionis sue nature similem. Sed postea cum maior orbis solaris factus esset: ignem in ipso fuisse intrusum. Epicurus neoclis Atheniensis filius magestati deorum detrahere conatur. nec aliquid ex non ente fieri asserit. ac semper uniuersum sic se habuisse. neque aliquid noui fieri preter id quod tempore infinito iam factum est. corpusque esse uniuersum non solum immutabile: uerum eciam infinitum: finem bonorum uoluptatem statuit. Aristipus cyrenaicus uoluptatem bonorum: dolorem malorum finem constituit, ceteras sciencias excludit. illud solum esse utile putans: ut queras si quid boni mali aut boni tibi contingit. Empedocles agrigentinus elementa quatuor ponit. ignē aquam ethera terram. quorum causam amiciciam et litem ac a prima elementorum complexione segregatum aera circumfusum fuisse contendit. post quem ignem erupisse. Cumque alium locum non reperiret sursum a frigore aeris repulsum. Circa terram autē duos circumferri dinechatos orbes: Alterum

Democritus.

Epicurus.

Aristipus.

Empedocles.

ex igne totum: alterum ex aere maximum ac ex
igne admodum exiguo. et illum diem: hunc
noctem esse putat. Inicium uero noctis a die
pp ter impetum ignis. Solem natura non esse
ignem sed ignis repercussionem ei similem: quam
ab aquis fieri cernimus. lunam ex relicto ab
igne aere congelato sicut grando congelatur.
per se factam lucem a sole recipere. mentem nō
in capite nec in pectore: sed in sanguine dissemi-
natam esse. ac illis partibus homines magis

·Metrodorus·

sentire quibus plus mentis inest. Metrodorus chi[us]
sempiternum esse uniuersum ait. nam si factū
esset: esset a non ente. infinitum etiam: quoniam
sempiternum quū non habeat principium unde
incipiat: neqꝫ exitum quo terminetur. Immobi-
le quoqꝫ asserit quoniam moueri non possit quod
non transeat. transire autem necesse sit aut in
plenum aut in uacuum. quorum alterum non
est: in alterum transitus fieri non posse. Ex ethe-
re autem fieri nubes densatione: inde aquam
que ad solem decurrens extinguit ipsum qui ra-
refactus rursum accenditur. Solem siccitatem
constipatam ex aqua splendida stellas efficere.
diem etiam ac noctem inde fieri: quod sol incendat[ur]
atqꝫ extinguatur. Eclipsim quoqꝫ extinctione fieri.

·Dyogenes·

Dyogenes appolloniata elementum aera ponit:
omnia moueri dicit: mundos infinitos asserit.
quos factos arbitratur uniuersi motu quod
huc atqꝫ illuc latum ac alibi rarefactum: ali-
bi constipatum ubi forte constipatum fuit: ibi
globatum et mundum. in quo que leuiora sunt
superiora petierunt. hec plutarchus. Que
omnia Socrates quoqꝫ uir ille illustris furoris
atqꝫ insanie plena putat. Si quidem fide dignus
Xenopho testis est qui sic de ipso in libro de So-
cratis memorabilibus dictis scripsit. Nemo autem

unq Socratem impium quidpiam et irreligiosi aut facere uidit aut dicere audiuit. Non enim de natura rerum neque de altioribus sublimioribus que rebus ut plurimi faciunt disputabat. nec considerare umq uoluit quonammodo quaque necessitates serie hec moles quam mundum sophiste appellant aut singula celestium corporum facta sint. Sed eos qui assidua cura atque studio hec tractant stolidos uanosque homines esse ostendebat. Et paulum post hec: ualde autem mirabatur quod non potuerunt intelligere non posse homines hec adinuenire. cuius non paruum signum est quod qui maxime harum rerum scienciam profitetur quique ceteris sapienciores uidentur: non eadem: sed pugnancia dicunt adinuicem. Sed hec quidem Socrates ut Xenopho testatur. quibus consona in libro de anima ipsi Socrati oracionem attribuens plato conscripsit. Nam ego inquit o cebes cum iunior essem quam mirabili exarsi cupiditate eius sapiencie quam naturalem scienciam appellant. preclarum enim mihi uidebatur causas rerum: cur singula quomodoque gignantur atque corrumpantur scire. et cur sint atque permaneant. ac sepenumero meipsum huc atque illuc uersabam talia diligenter considerans. Num postea quam frigidum et calidum ad putredinem quandam ut quidam aiunt peruenerint: tunc animalia concreantur. et utrum sanguis est quo sapimus uel aer uel ignis aut nihil horum: sed cerebrum potius a quo audiendi uidendi olfaciundique sensus nobis prestantur. Quibus quidem sensibus memoria conflatur atque opinio. Ex memoria porro atque opinione cum tranquillitatem in his acceperint: originem sciencie prosilire. rursusque horum ipsorum corrupciones

excogitando. Sic ad hanc consideracionem mihi ipsi
inepcior uisus sum: ut nihil supra. cuius rei sig-
num tibi sufficiens afferam. Nam ex hac conside-
racione uel ipsa que prius plane sciebam: ut tam
mihi quam ceteris uidebatur: dedidici. Sic tardior uel ce-
cus omnino factus sum. Hec Socrates dicit apud
omnes grecos clarissimus. Quare si huic tanto
tamque prestantissimo philosopho amencia uisa est dic-
torum de natura uirorum doctrina: iure nos quoque
impietatem illorum recusauimus omnium. pre-
sertim cum errores de multitudine deorum sui
ab his que de natura dixerint non sint alieni.
quod loco suo ostendemus. ubi docebimus Ana-
xagoram primum grecorum intellectum rebus
instituisse. Nunc uero ad diodorum transeamus
ac ipsum de prima hominum theologia scribentem
audiamus.

T ferunt primos omnium cum in
celum oculos substulissent motum ordines
et quantitates celestium corporum admi-
ratos solem ac lunam deos putasse. ac
solem quidem osyrin: lunam isin nuncupasse
a proprietate quadam inditis sibi nominibus.
Nam si quis ad latinam linguam uerba trans-
ferat: multioculus osyris dici potest. neque id ab-
re. Radios enim suos quasi multos rebus immit-
tit oculos quibus omnia perspiciat ut etiam poe-
ta dicat. Sol qui terrarum flammis opera omnia
lustras. Quamuis nonnulli grecorum poete dio-
nysum esse osyrin confingant. syrium quoque
ipsum tamquam nomen de nomine ductum: sit ap-
pellatum: estimant. huic eumolpus in bacchi-
cis carminibus igneoculum radijs dionysum nu-
cupat. et orpheus splendoris auctorem dionysum.
isim uero latine priscam dicere possumus. lune
hoc nomine indito. quoniam sempiterna priscaque
sit. cui cornua depingunt. uel quia cum mnoi-
des sit cornuta uideatur. uel quod bos ei apud

egypcios sit dedicata. Quibus ut porphirius asse-
rit in libro quem aduersus edentes carnes con-
scripsit: non sanguinem aut nidorem offere-
bant aut fruges terre quas etiam ipsas quasi
deos adorabant. Ea enim dicit diis effundebat
quibus ipsi uitam trahebant. miserationem ue-
ro lacrimas atque fletum germinibus terre deflo-
rescentibus offerebant. Similiter prime ani-
malium ex terra generationi et etiam que ex
conuentu sexuum est. Morti quoque animalium
eodem modo quod adorationis genus ex animi
profectum ignauia infirmitati eorum erat ac-
comodatum. Sacra igitur regione a silo habi-
tata: ubi primum ab hominibus sacra celestibus
oblata sunt. non mirre non casie aut croci pri-
micie. nam hec longe postea fuerunt inuenta:
sed herbam uiridem quasi productiuarum terre
uirium primicias manibus sumentes diis offe-
rebant. Arbores enim antea quam animalia terram
produxit. herbas autem multo prius quam arbores.
Ex herbis ergo integras quasdam sumentes cum
foliis radicibus ac fructu parte simul concrema-
bant. Ex hac exalatione ac fumo celestibus li-
tabant. ignem quoque inextinctum in templis
seruabant tamquam simillimum celestibus. Ab hac
enim exalatione quam greci thymiasin dicunt:
thysia quoque quam sacrificium latine appellamus
apud grecos antiquitus dicta est. Nunc uero non
recte capimus thysiam illum cultum appellan-
tes qui sanguine celebratur. et post pauca.
Multo autem postea iniquitatem hominum
fedissimus sanguinis atque hostiarum mos intro-
ductus est crudelitatibus plenus occisis anima-
libus et eorum sanguine aris deorum imbutis
hec porphirius. Plato autem in cratylo sic
scribit ad uerbum. Videntur mihi primi grecorum

cos solummodo deos putasse: quos etiam nunc
multi ex barbaris colunt solem videlicet atque
lunam tellurem stellas ac celum. Nam cum
ipsa cernerent theyn semper hoc est currere atque
revolui. Ab hac ipsius theyn natura theos id est
deos appellarunt. hec plato. Verum quod primi
atque antiquissimi hominum nec templorum mo
libus nec simulachrorum dedicationibus operam
dabant. Quippe qui neque pingere neque fingere
aut celare: sed nec edificare adhuc sciebant. Unus
quisque facile cogitatione per seipsum assequi potest.
Quod etiam nulla deorum atque heroum: iovis
saturni neptuni Appollinis Minerve Iunonis. Dio
nysi herculis mentio apud illos erat. Sed nec alio
rum quorum nomina modo grecorum et barba
rorum aures multitudine obtundunt. Preterea
quod nec demon quispiam probus aut improbus
admiratione habebatur: sed sola celestia ut dii
non victimarum cedibus sed herbarum fumis co
lebantur: non argumentis nostris sed suis testibus
partim ex iam dictis partim ex iis que dicentur
facile comprobatur. Quod et sacre scripture
inviolabili patet auctoritate que a ceteris ho
minibus celestia corpora dicit deorum nomine
adorata fuisse. Solis vero hebreis unius ac veri
dei et creatoris omnium fidem cultum et pieta
tem attribuit. Quibus omnibus apertissime
liquet non fuisse apud priscos vel grecos vel
barbaros simulachrorum dedicationes aut deorum
dearumve genealogiam aut demonum ac spi
rituum invocationes aut turpem heroum theo
logiam. Sed ad hec nomina quoque ipsa deorum
tam marium quam feminarum postea inventa. hec
omnia nihil istius nugatorie superstitionis que
gentes omnes occupavit antiquissimis tempo
ribus fuisse ostendunt. Quare nemo dubi
tare potest hominum esse hos deos excogitationes

et confictas mortalium fabulas, immo uero im-
proborum ac scelestorum artificia quibus cupi-
ditates suas assequi possent: ut sacratissimus
ec sermo apud nos dicat: initium fornicationis
idolorum inuentio. Gentium igitur omnium
error quo deorum multitudinem esse falso cre-
diderunt a fenicibus atque egyptiis incipiens &
ab his ceteros homines ac ipsos quoque grecos ag-
gressus multis seculis postea orbem inuasit ut
fenicum testatur hystoria quam Sanchumato
uir priscus quem uel ante troiana tempora flo-
ruisse dicunt fenicum lingua quam exquisitissime
conscripsit. Traduxit autem in grecum philo
non hebreus sed byblius. quos magnis laudibus
Porphirius in quarto eorum quos aduersus nos
libros euomit: his uerbis decorauit. Narrat autem
iudeorum hystoriam uerissime quoniam & lo-
corum & uirorum nomina ita ponit ut ipsi
Sanchumatho berutius qui eorum rerum om-
nium monumenta ab hieronibalo dei leui
sacerdote asserit habuisse. Quam quidem
hystoriam belbalo berutiorum inscripsit regi.
cum propter ueritatem hystorie quam gratissimus
fertur fuisse. Is Sanchumatho phenicum ec
omnem hystoriam partim a singularum ur-
bium annalibus: partim a libris sacris qui
templis dedicari solebant: solerti collegit inge-
nio. quem non multo post Moysen semyramydis
temporibus fuisse scriptum est. hunc uirum
philo byblius in grecam linguam exactissima
cura traduxit his uerbis. Porphirius ueritatem
ac antiquitatem Sanchumathonis hystorie
attestatur. In qua non creator omnium nec
celestia corpora sed mortales uiri nec probi qui
saltem propter uirtutem admirarentur sed scelesti
nefandorumque morum fenicum egyptiorumque

dii fuisse narrantur. Isti videlicet ipsi qui etiam
nunc apud omnes gentes quasi dii immortales
honoribus coluntur divinis. Sed tempus iam est
illos ipsos audire. Philo byblius in exordio statim
totius negotii Sanchumathonis quod in novem
libros partitus est: hec de auctore suo ad verbum
dicit. Santhumatho peritissimus vir atque cu-
riosissimus fuit. Is cum nihil omnium que ab
initio facta sunt memoratu digna ignorasse
videatur: diligentius tamen quam cetera ea quesivit
que Taautus excogitavit. Non enim latebat ip-
sum quod primus omnium mortalium litteras
Taautus adinvenit et res memorabiles ausus
est eternitati comendare. quem egiptii thoytha-
le xandrenses: thoth greci mercurium appellarunt.
paulo deinde post hec accusat iuniores: quod ea
que de diis fabulose dicta videantur: vel allegorice
ad naturam / vel tropologice ad mores student
reducere non reducenda his verbis. Iuniores sa-
crarum rerum interpetres res gestas repellentes
fabulas fabularumque allegorias excogitarunt.
quas rebus naturalibus imponentes misteria cum
tanta obscuritate induxerunt: ut nemo facile
veritatem rerum possit perspicere. Verum prisci
ac precipue phenices atque egyptii quos ceteri sunt
imitati: si qui vitam hominum aliqua re inven-
ta excoluerunt: eos benefactores communesque
patronos putantes: quasi deos adorabant. Quibus
statuas ac symulachra templaque statuentes:
naturalium etiam deorum nomina impone-
bant. Naturales autem deos solem ac lunam,
ceterasque tam erraticas quam non erraticas stellas
et elementa unacum istis putabant. Ita deos
alios mortales / alios immortales dicebant. His
sic expositis phenicum deinceps theologiam se-
cundum Santhumathonem byblius phylo sic ad
verbum exposuit. Phenicum theologia principium

rerum omnium tenebrosum ac spiritalem aerem
esse affirmat: aut aeris tenebrosi spiritum. Et praeterea
chaos turbidum omni luce priuatum. hec infinita
esse atque interminata. Verum quoniam spiritus sua
principia concupiuit: facta est complexio atque
connexus qui cupido appellatur. quique creationis
rerum omnium principium est. Spiritus autem
suam non nouit creationem. sed ex eius connexu
factum est moth: quod limum latine dicere pos-
sumus. Alii aquose mixturae putredinem ex qua
semina creaturarum omnium et generatio posita.
Ac in primis animalia sensu carentia ex quibus
facta sunt animalia intellectualia que nuncupantur
thophasimyn idest celi conspectores in figuram
oui confirmatam. Moth autem effulsit sol et lu-
na stelle ac astra magna. huiusmodi mundi ori-
go apud eos creditur: qua deorum religio contem-
nitur aperte. Sed uideamus quomodo cetera
mirabilis illa theologia constituit. Aere igitur
et igneum emittente splendorem mari simul
cum terra uenti ac nubes facti et maxime de
celo effusiones. Segregatis itaque cunctis atque a
suo loco solis calore depulsis: rursus in aere con-
currentia suo conflictu tonitrua et fulgura
effecerunt. Quo sonitu animalia ex limo quasi
ex somno prosilierunt/crupueruntque tam ex ter-
ra quam ex mari mas et femina. his addit. hec in
libris Taauti de origine mundi conscriptis rep-
perimus: que ille ingenio ac cura inuenit nosque
illuminauit. Deinde uentorum nominibus ordi-
neque ante oculos posito post pauca infert. hi
primi terre fetus quibus et ipsi et qui ante ipsos
fuerunt et post eos uitam trahebant deos putan-
tes adorarunt. et infusiones ac fumigationes
eis faciebant. Qui adorationis modus sue infir-
mitati ac ignauie animi congruebat. Post hec

ait ex uento colpia nuncupato & muliere baau
quod noctem significare interpetratur natos fuis-
se seculum ac primogenum uiros mortales ita
nominatos. et a seculo primum ex arboribus
alimenta hominibus esse reperta. Ex his uero
natos genus ac generacionem dictos phenicem
habitasse. estu autem facto palmas ad solem
sustulisse quem deum putabant behelsamen uo-
cantes id est celi dominum. quem greci Iouem
uocant. Incusat deinde grecos quasi erroribus
ductos his uerbis. Non enim temere multis hec
nominibus distincta sunt: sed secundum suscep-
tas res nomina indita fuerunt. Que genus gre-
corum ignorans longe aliter intellexit ambi-
guitate interpetracionis confusum. Addit dein-
de a genere seculi & protogoni mortales filios
procreatos. quorum nomina lux. flamma. ig-
nis ex contricione lignorum ignem reppreisse/
ac usum eius docuisse. a quibus uasto corpore na-
tos filios asserit. Quorum nomina montibus
ubi habitarunt imposita. cassio. s. libano atque
impudico. hi quibuscumque obuiam fierent com-
miscebantur. Tabernacula excogitata refert
ab istis cannis ex foliis atque papiro. Facciose quoque
aduersus fratrem usonem eos uixisse qui cor-
poribus tegmina primus ex pellibus ferinis con-
fecit. Magna uero imbrium impraecipitata flan-
tibus uentis atque coruscantibus undique fulgu-
ribus siluas apud tyrum concrematas. hunc uso-
nem arboribus amputatis ambustisque primum
cum his mare ingredi ausum fuisse/ simulachraque
duo igni ac uento erexisse que adorabat sanguine
ferarum perfundens. his omnibus cum nature
concessissent uirgas ac statuas a posteris consecra-
tas annuasque celebritates statutas. Longe autem
post genus altiacelorum uenatorem & piscatorem

natos piscacionem & uenacionem inuenisse. Ex his natos duos alios qui ferrum ferriq; usum inuenerunt quorum alterum chusora uocatum cantiones magicas & huiusmodi uerbis plurimum ualuisse. In domibus porticus addiderunt & circuitus & cameras. Ex his piscatores & uenatores & qui tytanes appellantur fuisse. Ex his eciam amynum atq; magum qui greges fecerunt & magalia construxerunt. Ex his eciam mysora & sedech .i. uita tenuem atq; iustum. Isti salem usumq; eius inuenerunt mysore tantum fuisse natum qui primus literarum conscripsit. quem egypcij thoor. alexandrenses thoth. greci mercurium uocant. A sedech dyoscuros natos aut cabiros aut corybantes aut samotrathas qui primi nauem construxerunt. quorum nati herbarum uires & cantus ad medicinam inuenerunt. Ea tempestate natum elium qui altissimus fuit cognominatus. & muliere beruth uocatam. hos in byblo habitasse. In genuerunt terrenum aut indigenam cui celus postea cognomen fuit. a cuius nomine mira uarietate formosissimi supremum corpus celum fuisse appellatum. huic ab eisdem parentibus nata soror terra appellata. cui eciam propter formam terra cognominis facta. In patri altissimo a bestiis dilaniato sacra & cerimonias ut deo instituerunt. Ita patris regnum celus possidens terram sororem in matrimonium duxit. que sibi quatuor filios peperit illum quem & saturnum dicunt. betylum dagona qui & frumentarius appellatur. Ac postremo athlanta. habuit eciam alios liberos celus ex multis sibi uxoribus natos. Quam rem adeo egre terra tulit ut celi diuorcio uti uoluerit. celus tamen ab ea abstinens quandocumq; uolebat ui ei appropinquabat & indignacione incensus filios ab ea sibi procreatos neci tradere conabatur. Qua ex re coacta terra socios sibi ac adiutores ad defendendos natos conciuit. Interea

Saturnus cum in uirum euasisset mercurij ter maximi qui eius scriba fuit auxilio usus ad defensionem matris patrem ulascitur. Saturni deinde liberi fuerunt proserpina & Minerua quorum prima uirgo obijt. Minerue autem atque Mercurij nouis artibus hastam & falcem ferreas Saturnus fabricatus est. Demum mercurius artibus magicas saturninos milites instruxit. conmissum aduersus celum pro terra prelium fusis fugatisque copijs regnum suscepit. Ea in pugna inter alios quedam celi coniunx admodum ei dilecta capta fuisse fertur. quam euagoni Saturnus in matrimonium dedit. apud quem partu leuauit uentrem & uocauit quem peperit Demaroum. His ita gestis edes suas menibus Saturnus cinxit. Vrbemque condidit primam beblum aphenicibus appellatam. Athlanti uero fratri suspecto mercurij consilio in profundo depulso foueam aggeris superinicat. His temporibus dioscurorum posteri nauigia fabricati nauigabant tempestatibusque ad cassium montem eiecti: templum ibi condiderunt. Deinde non longo transacto tempore celus exulans filiam suã astartem forma & uirginitate florentem cum duabus sororibus rhea & dione quasi suspectas ad interficiendum dolo saturnum emisit. Sed uarijs modis allectas saturnus matrimonio sibi sorores coniunxit. Ea re cognita celus fato pulchritudine alijsque socijs auctus in Saturnum insurgit quas uidelicet fatum ac pulchritudinem similiter allectas ad se saturnus attraxit. Recepit autẽ ab Astarte saturnus non paucos filios quorũ iunior continuo atque in lucem editus fuit: in deos abijt. clari uero fuerunt amor atque cupido. Dago autẽ frumenta inuenit et aratrum. Ac ideo Iupiter aratrius nuncupatus est. Preterea sadech .i. iusto una titanidum nupta esculapium enixa est. Sauturno autem per ea tres filij nati saturnus patri cognominis: Iupiter bellus & Apollo. Tunc etiam

nati sunt.

nati sunt pontus typo. Nereus ponti pater a pontho
neptunus procreatus et sydo cuius ab ore sonora
suauissimaque uox profluebat. hec prima hymnos
carminibus composuit a demaroonte melchatrus
qui et hercules uocatur natus. Tunc celus dema-
roonte sibi socio atque amico ponto bellum infert.
Sed uictus a pontho demaroon nouit profuga uo-
tumque persoluit. Post autem duos supra triginta
annos regni sui Saturnus insidus celum patrem
prope fontes fluentaque in ualle quadam insidiis
locatis cepit et uirilia membra abrasit. Vnde sacer
sanguis in fontes fluentaque stillauit. Qui locus
ad hec usque tempora monstratur. hec sunt Sa-
turni gesta. hec agentibus predicata tempora, hec
aurea illa saturnia regna. hec beatificata illa pris-
corum felicitas. Sed redeamus ad nobilem istum
theologum uideamusque quid postea factum dicat.
Astarte autem inquit maxima summaque ac Iupi-
ter et demaroon et Adodus deorum princeps Sa-
turni iussu regnum gubernabant. Imposuit autem
astarte capiti suo regale insigne tauri caput.
Cumque orbem terrarum circuiret: repperit forte
Aeropetem quem in tyrum sacratam insulam ad
ductum consecrauit. Saturno autem quatuor ocu-
los insigne regale composuit: quorum duos in ante-
rioribus: duos in posterioribus partibus corporis
collocauit. qui uicissim contracti quiescebant. Alas
quoque in humeris quatuor fixit. duas pertensas
quasi uolaret: duas remissas quasi staret. Signi-
ficaretur autem ipsum dormientem uidere et ui-
gilantem dormire. Similiter quoque per alas quies-
centem uolare et uolantem quiescere. ceteris etiam
deis duas fecit alas in humeris quasi Saturno con-
uolarent. Ipsi preterea Saturno duas in capite
alas locauit. Vnam propter principatum mentis:
alteram propter sensum. Cum uero Saturnus aus-
tri regiones petiisset: uniuersum egiptum deo

Taauto largitur: ipsum ibi regem constituit. hec
omnia a septem dicit Sedech filiis Cabiris appellatis
et ab octavo ipsorum fratre Esculapio: ut eis Taau-
tus deus precepit conscripta fuisse. que Thabionis
filius omnium primus apud phenices deorum
interpres allegorice ad naturam accomodavit/
tradiditque posteris quasi orgia quedam atque mys-
teria. Taautus autem quem egyptii thoth appel-
lant sapientia phenicum prestans primus religio-
nem deorum ab ignorantia vulgari indignitate
doctrine reduxit. Quem post multa tempora deus
Surmobellus ac Thuro que dicta est Chusarthis se-
cuti abditam Taauti theologiam et allegoriis ob-
trusam in lucem protraxerunt. Et post aliqua di-
cit morem priscis in magnis calamitatibus atque
periculis fuisse: ut civitatis aut gentis princeps
dilectissimum ex filiis ulciscenti demoni quasi re-
demptionis premium traderet et sic traditum
mystice iugularet. Cum itaque Saturnus rex regio-
nis quem phenices Israelem vocant: qui postea quam
hominem exuit ad Saturni stellam adductus est:
ab Anobreth nympha unicum haberet atque ca-
rissimum filium Hieud a re ipsa dictum. Sic ei
etiam nunc phenices unicum filium appellant.
quia maximo atque periculosissimo bello civitas
premebatur regio indutum ornatu super con-
structam ad hec preparatamque aram immolavit.
Hic iste Phylo Byblius iudice que a Sanchuniatho-
nis traducta elementis: de serpentibus ac vene-
nosis feris dicit que usum ad vitam nullum: pes-
tem vero et interitum venenoso morsu hominibus
inferunt. Scribit igitur ad verbum sic. Draconum
naturam atque serpentum ipse Taautus divinam
putavit. Et post ipsum etiam phenices atque egyp-
tii. Spiritalissimum enim animal omnium est
et igneum. Nam spiritu absque manuum aut pe-
dum aut omnino alicuius organi exterioris ad-

iumento ut cetera uidemus animalia ferri exi-
miam celeritatem assequitur, uariasque figuras gra-
diens inuoluto reuolutoque ad quam uolt celeri-
tatem gressu facillime prestat. Longeuum etiã
est nec solum senectam cum pelle deponens reiu-
uenescit. sed crescit etiam in adolescentiam reductũ.
Cumque determinatos adimpleuerit terminos in se
ipsum reuolutum rursus reuiresscit, quis semper
minus: ita nisi pressum intereat: uix naturali ne-
ce conficiatur. Id phenices demonem felicem: egyp-
cij uero cneth appellarunt. cui accipitris caput ap-
ponunt propter actiuitatem accipitris singularem.
Idcirco epyes quem summum deorum interpretem
egypcij putauerunt sacrarum litterarum scriba
cuius libros Arius in grecam linguam traduxit:
alegorice hoc tradens ad uerbum ait. Diuinissimũ
animal serpens est et accipitris habens caput ual-
de iucundum est. Id si palpebras erigebat luce
primogenita omnem suam regionem reple-
bat. Cum uero clausos retinebat oculos tenebre
fundebantur. hinc significare uoluit epyes ignea-
e naturam eius. a phenicibus quoque pherecides
principia perdoctus diuinitus de deo quem ophio-
nea grece reuocauit: latine serpentem dicere pos-
sumus. et de ophionibus mirum in modum dis-
cernit. de quibus alio loco dicemus. Verum egyp-
cij uniuersum depingentes mundum: hac ipsa in-
ducti sentencia inter circulum aereum igneumque
in superficie circumfusum serpentis accipitriformis
figuram extendunt. ut sit thet grece litere figu-
re consimilis. magnitudinem mundi ac formã
per circulum significantes. per serpentem uero
qui in circuli medio positus est: bonum demona
conseruatorem omnium cuius uirtute mundus
contineatur ostendentes. Sed Zorohastres quoque
magus in libro sacro in quo res persicas collegit:
hec ad uerbum scribit. Deus caput accipitris-

habet. is incorruptibilium primus est. sempiternus,
ingenitus expers partium sibi ipsi simillimus om-
nium bonorum auriga munera non spectans,
optimus prudentissimus pater iuris sine doctrina
iusticia perdotus, natura perfectus, sapiens sacre
nature unicus inventor. Ideo similiter serpenti-
bus ut ceteris dyis immolabant deos maximos ac
principes arbitrantes totius. Sed phenicum theo-
logiam iam per auctores suos exposuimus, quam
omnino ut pestiferam fugiendam et curam tante
insanie querendam salutare predicat euangeliū.
Quod autem non fabule dicte sunt aut poetarū
figmenta altius quiddam quasi nucleum conte-
gencia. Sed sapientum priscorumque theologorū:
ut gentes dicerent uera certaque testimonia cunctis
antiquiora poetis: inde patet quod usque ad nostram
memoriam in phenicia isti ipsi dyi sic appellati:
sic nati, sic educati: ut dicti theologi crediderunt:
dicuntur. Quare nihil agunt cum ad naturalia
quedam turpitudinem occultantes refugiunt.
cum res ipse cerimonieque deorum una claraque vo-
ce phenicum omnium ipsos redarguant. Sed de
phenicum theologia satis. nunc ad egyptiam ĩn-
seamus.

Liber Secundus incipit :~

Sed de phenicum theologia iam p
auctores suos exposuimus, quam
omnino ut pestiferam fugiendam
et curam tante insanie querendam
salutare predicat euangelium. Quod
autem non fabule dicte sunt aut poetarum
figmenta altius quiddam quasi nucleum conte-
gencia. Sed sapientum priscorumque theologorum
ut gentes dicerent uera certaque testimonia cunc-
tis antiquiora poetis inde patet quod usque ad
nostram memoriam in phenicia isti ipsi dyi: sic

appellati sic nati sic educati: ut dicti theologi tradiderunt: dicantur. Quare nihil agunt cum ad naturalia quedam turpitudinem occultantes refugimus: cum res ipse cerimonieque deorum una claraque uoce phenicum theologia satis: nunc ad egyptiam transeamus. Vt etiam hic uideamus recte ne: an contra gentilium nugas contempsimus & salutarem euangelii doctrinam secuti sumus. quam maxime nunc neglectis suis sanctissime colit egyptus. Vniuersam autem egyptiorum historiam & theologiam ipsorum seorsum in libro quem sacrum inscripsit Manethus quidam egyptius greca lingua exquisitissime in medium edidit. Sed diodorus etiam siculus uir clarus omnem ut diximus historiam gentium diligenter breuiter ac ordinate congregatam conscribens ab egyptiorum theologia totius negocii fecit initium. a quo potius quasi ab illustratore notioreque grecis: quam ab egyptio manetho hec ad uerbum scribenda diximus.

Tunt igitur in rerum omnium originem homines primum in egypto productos: partim propter celi temperantiam: partim etiam propter nilum & nasci & educari potuisse. Nam nec hiberni frigoribus nec estiui solis ardoribus regionem premi & solum irrigatione nili sic esse fecundum: ut alimentorum in usu hominum nulla terra feracior sit. Deos uero mortales homines fuisse. sed uirtute ac beneficiis quibus uitam communem excoluerunt immortalitatem consecutos. quorum non nulli reges fuere. nominaque habuere: alii noua quedam: alii a celestibus translata: eorumque maximos deos solem ac lunam. saturnum cybelem: iouem quem hamonem nonnulli nuncupant: iunonem uulcanum uestam ac pos-

tertio Mercurium. Solem aiunt primum om-
nium apud egyptum regnasse soli celesti cog-
nomine. Quamuis nonnulli sacerdotum uul-
canum contendant primum ignem inuenisse
& inuento regnum obtinuisse. Deinde Satur-
num qui sorore cybele in uxorem ducta osy
rim & isin genuit. Aut ut plurimi dicunt io-
uem & iunonem. hos uniuersum orbem im-
perio subiugasse ac quinque deos procreasse
aiunt osyrin isin typhona Appollinem ac
uenerem. Osyrim dionysium: isin cererem esse
autumnant. quos matrimonio coniunctos
cum regno successissent plurimum generi ho-
minum contulisse. In tractu thebaico centum
portarum urbem condidisse quam alij iouis
urbem: alij Thebas appellant. Erexisse autem
osyrin iouis ac ceteris parentibus ceterisque dijs
aurea templa. quorum singulis certas cerimo
nias statuit & sacerdotes qui earum curam
haberent consecrauit. Ab hoc uitem inuentam
& diuersis honoribus homines distinctos ut alij
colerent alij colerentur. musicam adeo dilec-
tam: ut secum semper non paruum musicorum
numerum duceret. Quibus nouem uirgines
quarum Apollo dux erat & alijs doctrinis &
canendi arte non mediocriter excelluisse. Cumque
omnes gentes propter eius merita quasi deum
susciperent: ubique monumenta reliquisse. In
India multas urbes: figiam domuisse. ac per
helesponti angustias in europam traiectum Ma-
cedona filium Macedonie regem constituisse.
Ab hoc Apyn mneuyn consecratos & apud egyp-
tios loco deorum publice cultos quoniam fru-
mentorum inuentoribus ad committenda ter-
ritorijs semina profuissent. ysin iureiurando

nullus se preter osyridis complexum petituram
decreuisse. Quam etiam postq̃ hominem exiuit
immortales honores consecutam uidemus. Osy-
ride uero insidiis laniato: alia quidem menbra
non mediocri labore ab yside inuenta diuinis
honoribus sepulta. penis uero in flumen nilum
a typhone proiecti: constituto idolo sacra ac ceri
monias maioris aliquanto cultus statuta fuisse.
hinc grecos accepisse ut dyonisi orgia et dies festi
cum honore huius menbri fierent. cuius simula-
chrum in mysteriis ferentes phallum appellant.
fingere autem aiunt ac commentiri omnes qui
apud thebas boetias ex semele ac ioue hunc deū
natum existimant. Quod orphea primum au-
sum fuisse. illum enim egyptum petiisse ac inde
mysteria osyridis doctum in greciam retulisse. et
q̃m iam cadmi amicus esset: genus dei magnis
affectus honoribus ad ipsos non inuitus transpo
suisse. multitudinemq; alios ignorantia: nō nul-
los quia talem deum grecum potius q̃ egyptium
dici uellent: cultum et mysteria eius libenter
suscepisse. At uero poetam orpheum facile tota
rem ea de causa uerisimiliter q; fixisse. q̃m iam
cadmus ex thebis egyptiis in boetiam profectus
semelem aliosq; liberos genuisset. quam ab ig-
noto pressam septimo mense: sicut etiam de osy-
ride perhibent egyptii: puerum peperisse. hunc
mortuum a cadmo deauratum et quasi deum
ingenti cultu et sacrificiis decoratum fuisse. pa-
rentem quoq; eius iouem predicasse ut semeles
stuprum leniretur. hinc apud grecos celebratū
ēē fabulam q̃ semele cadmi osyrim ex ioue con-
cepisset in lucemq; edidisset. quam poete adeo
amplificarunt atq; auxerunt ut iam resonan-
tibus theatris nemo grecorum sit qui hanc rem
aliter gestam credat. nec in hoc solum sed in

aliis quoque multis illustribus apud egyptios uiris
heroibus quoque ac deis: id esse agreas factitatum.
herculem enim egyptium fuisse cuius uirtute mul
tas magnasque orbis terrarum partes perdomitas.
hunc grecos ut suum diuinis honoribus colere qui
suus non sit. Sed magnis temporibus postea ad
natum alcmena, herculem iniuria res gestas egyp
tii herculis traductas. persea quoque in egypto natum
et ipsius ysidis genus ab egypto ad arguios trans
latum fictis deinde fabulis io. ipsam esse que in
bouis fuit forma mutata cuius honore factum
ut egyptii bouem adorent. quauis alii antiquis
simis temporibus effigies animalium ab egyptiis
ducibus atque imperatoribus galeis insculptas ferri
solitas in prelio dicant. eamque imperii signum ip
sis fuisse. parta deinde uictoria ea animalia quo
rum quasi offensionem belli ad hostes ipsam repu
lisent imaginem uictoriosi duces gestauint: in
deos relata fuisse. Non nulli usus utilitatisque causa
multa ex animalibus in deorum numero apud
egyptios suscepta contendunt. bouem enim ipsam
tam partu suo quam arandi opera conducere. oues
autem et parere et tegumentorum materiam pre
bere et lacte et caseo alere. canem uero unacum
hominibus uenari et ad custodiendos homines
natum esse. Quapropter deum qui apud deos anu
bis appellatur canium habere caput. Ea enim re
ostenditur custodem ipsum osyridos fuisse tam be
luas quam importune obuiam factos coercentem.
fellem uero quoniam ad scuta facienda conducat
ichneumona quoniam oua crocodillorum con
terat et luto conuolutus cum os aperiant: ita
in uentres eorum insilire soleat: ut excisis intes
tinis eos interimat. Ex auibus ibidem quidem
utilem dicunt ad serpentum locustarum et eru
carum interitum. Accipitrem uero ad scorpiones
atque cestas necandos et alia huiusmodi uenenosa

animalia quem etiam diuinationibus non nihil
conferre arbitrantur. Aquilam autem colunt
quia regia sit. hyrcum in diuinis ea ratione di-
cunt susceptum: quia priapum apud grecos pp
genitalia menbra: cum id animal ad coniunc-
cionem sexuum maxime omnium deferatur.
Menbra uero genitalia merito apud eos hono-
rari: quoniam per ea instrumenta species anima
lium necessaria sunt: apprime coluntur. Qua pp
etiam antistites quia a patribus secundum egyp-
tios successione sacerdocium acceperunt: huius
dei mysteriis inicantur. Ad hec panas etiā atq
satyros aiunt huius rei causa cunctis hominib
esse uenerabilis: cuius signum est quia simula-
chra eorum in templis membris in morem hyr-
corum quod animal traditur promptum semp
esse ad coniunctionem tentigine affectis statu-
untur. Sacros autem tauros apyn. s. atq mne-
um diuinis coli honoribus. tum pp ter agricultu-
ram: tum pp ter quia frugum inuencio ad eos
refertur lupos quoniam canibus simillimi sunt. et
quoniam Iside una cum oro filio certamen ad-
uersus typhonem susceptura osyrim asserunt ab
inferis filio et matri auxilium ferentem adue-
nisse eisq in specie lupi apparuisse. Nonnulli aut
dicunt a lupis aduersus egyptum irruentes
ethiopos distractos fuisse. Unde regionem lupa-
riam appellatam crocodillum illis honori esse
aiunt quoniam eius terrore ab arabia atq ly-
bia latrones in egyptum nare nequeant. Pre-
terea quendam de priscis regibus aiunt suorum
rabiem canum fugientem ad paludem confu-
gisse qui preter opinionem hominum a crocodillo
dillo susceptus in alteram ripam traiectus fue-
rit. Sed culture animalium alias alii causas
afferunt. Multitudine enim aiunt crebro in

reges magno insurgente consensu diuersorū an-
malium cultum diuersis ciuitatibus a quodam
rege statutum fuisse ut singuli religionem reue-
rentur suam non possent & ceterorum contem-
nant: uniuersi in unum egyptij conspirare. hec
animalia linteamine post mortem plangentes
& pectora cum gemitu cedentes in sacris sepeliunt
loculis. Quorum si quid sponte aliquis interfece-
rit: mortis multatur supplicio. Felem autem
aut ibidem siue sponte siue inuitus quisq̄ neca-
uerit: morte punitur. Preterea in quacumq;
domo canis mortuus fuerit: omnes qui eam ha-
bitant uniuerso corpore raso magno luctu affi-
ciuntur. nec uino aut tritico ceterisq; ad uic-
tum necessariis que in ea domo recondita fue-
runt: uti amplius licet. Alunt autem apim
quidem in nemphide. mneum uero in eliupoli. hyr-
cum in mendethe crocodillum in palude. myri-
das reliquasq; feras in locis atris simillam aut
pultem lacte coctam afferentes et bellaria mel-
le commixta & aseruias carnes tam elixas q̄ tos-
tas. Cum masculis autem animalibus feminei
quoq; sexus summa specie simul nutriunt que
pellices appellant. Cum uero apis mortuus fue-
rit magnificeq; sepultus: quousq; similem inue-
niant: in ꝑpetuo luctu sunt. quem simul ac in-
uenerint: ad urbem nili statim adducūt. q̄ndo
solum mulieribus uidere ipm̄ liceat: obuiā naq;
facte sublatis uestibus genitales partes ei osten-
dunt. nec unq̄ postea hunc deum mulieribus
aspicere licet. in quem asserunt animam osyri-
dos post mortem traductam fuisse. hec illa est
egyptiorum turpis impietas: potius q̄ theologia.
Aduersus quam aliquid dicere: cum per se iaceat:
similiter turpe duco. quam merito contempsi-
mus ac despuimus. A tantis malis non nisi a sa-
lutari & euangelica doctrina que obcecatos
mentis oculos illuminauit per fidem liberati
Verum honestiores harum nugarum & quasi na-

turales rationes paulo post simul cum grecarum
fabularum interpetratione facilius enodabimus:
hoc igitur modo antiquissime temerarieque phenici-
cum egyptiorum superstitionis omnium gentium
turpis theologia plena est. Verum de grecorum quoque
theologia qui simulachris et mysteriis simili quo-
dam ut egyptii pacto utuntur: modo dicamus.
q qui universam collegit historiam in tertio et quinto
volumine diligentissime conscripsit: facto a cad-
mi etate initio. Cadmum autem post Moysen
fuisse ab exquisitissimis gentium annalibus loco
suo demonstrabimus. ut aperte pateat Moysen ma-
iorem natu quam grecorum deos fuisse. Siquidem post
cadmum dii emerserunt quem non paucis annis
Moyses superavit. Sed iam ipsius diodori voces
audias.

CADMUM Agenoris filium ex phenicia dicunt
ad querendam europam que fuit a ioue
rapta: a rege missum fuisse. nec invenien-
tem in boetiam tandem devenisse ac Thebas ibi
edificasse. Cumque armoniam veneris filiam in
uxorem duxisset: Semelem et sorores eius ex ea ge-
nuisse. Amoribus autem Semeles ioue capto ac
exorato tamquam ad iunonem divino ad eam modo
accedere: non tulisse fulgura atque tonitrua mu-
lierem. Sed abortu edito puero igne ipam flagrasse.
Iovem autem per Mercurium accepisse puerum/
eumque ad speluncas nyses que inter pheniciam et
nilum sita est: transmisisse. hoc pacto a nymphis
educatum dyonisum vini et vitis usum atque plan-
tationem homines docuisse. invenisse quoque poc-
tionem ex ordeo confectam/ quam servisiam ap-
pellant. hunc cum exercitu: non virorum solum:
verum etiam mulierum orbem lustrasse: iniustis
atque impiis hominibus atrociter punitis. Fuisse
autem hastis thirso ornatis armatas mulieres

Musas etiam omnes secutas fuisse uirginitate omniq
doctrine genere florentes· que tripudiys & cantu deū
pmulcebant · pedagogum & silenum fuisse cuius
consilys uirtutem fuit complexus· Mytra uero ca-
put ei ligari pp̄ter dolores qui e fumante uino caput
aggrediuntur · bimatrem autem appellatum · quo-
niam ex uno patre & duabus matribus procreatus
fuisse uidetur · ferulam in manu ei tradunt quia
cum non pmixtum aqua uinum homines biberet
ac in furorem uersi alter alterum baculis cederent:
unde nonnulli moriebantur: pro lignis ferula uti
persuasit · bacchum a bacchis uocatum fuisse lene-
um quoniam lenus grece: torcular latine appellat'.
bromium a bromo ·i· ignis sonitus· qui qum ab
ortu ederetur: insonuit · Satyri quoq dicuntur
eum secuti fuisse qui saltando & tragice canendo
uoluptatem ei afferebant · Ab hoc primo theatrū
& musicam fuisse armoniam inuentam · hec de
dyoniso traduntur · Musas uero iouis celi & terre
filias opinatur quasi plurimi uirgines fuisse con
fingunt · & sic appellatas q̄niam myn grece hones-
ta bonaq doctrina significat instituere· De hercule
autem hec greci asserunt · Acrysii filia dane ioui per-
sea genuit perseo androne a lectriona peperit · ex
quo alcimena est procreata cui se iupiter triplica-
ta nocte commiscuit · non cupiditate ut plerisq ā
alys mulieribus: s' liberorum procreandorum gratia.
Quam obrem cum iuno zelotipia exarsisset; alcme-
ne quidem partum retardauit · Euristea uero uel
ante tempus in lucem edidit · quod fecit quia pre-
dixisse iouem audierat illo die ex persidarum ge-
nere regem nasciturum · herculem uero alcmene
iunonem formidans exposuit· cui iuno Minerua
suadente mamillam prebuit · & a puero uehemen-
cius q̄ etas patiebatur attracta mamilla iuno com-
mota duos ad necem pueri misit dracones · Ille
autem nullo modo territus: alterum altera manu
dracones ex collo apprehensos interficit · Esculapiū

Apollinis filium atque phoronidos fuisse aiunt. adeoque
medicine artibus excelluisse: ut ab incurabili mor-
bo multos liberaret. Fare iouem commotum fulmine
ipsum interimisse cuius morte irritatum Apollinem
cyclopas a quibus fulmen illud ioui constructum
fuerat: interfecisse. Unde iratus iupiter ad servi-
cium admeti Apollinem impulit. Et hoc modo de-
licti penas Apollinem persoluisse. hoc in quarto bi-
bliotece diodorus posuit. qui reliquam theologiam
ab aliis gentibus grecos accepisse testatur. Athlan-
tiorum uero theologiam his uerbis in tercio scribit.
Primum inquit apud eos celum regnasse athlan-
tii asserunt. Is quadraginta ut dicunt et quinque
filios habuit, quorum duos de uiginti ops castis-
sima quedam mulier sibi enixa est. quam propter
uirtutem in deos translatam terram nominarunt. fi-
liasque celum habuisse basyliam et cybelem quam
etiam pandoram uocant. basyliam quoniam quasi
mater fratres enutrisset: matrem appellatam fuisse.
et post celi mortem hyperiom fratri nuptam binos
liberos solem atque lunam peperisse. Cybelem fra-
tres formidantem hyperiona interimisse. solem ad
fluuium eridanum precipitasse. hec cum luna sic
facta percepisset: ab alto seipsam loco deiecisse.
Matrem autem furore concitatam crinibus solutis
tympanis et cymbalis bacchantem primo circum-
uagari. Deinde postquam inueniri nullibi poterat: in
deum fuisse translatam creditum et aras ei ac
templa constructa. cuius sacra cum tympanis
et cymbalis fiunt. Solem uero atque lunam ad lu-
minaria translatos fuisse. Fryges uero meona fri-
gie antiquissimum fuisse regem contendunt. a
quo natam cybelem fistulam quam sirynga greci
uocant inuenisse et montanam matrem appel-
latam. cui magno et casto amore frigius dicatur
marsyas coniunctus. a quo uenerem cognitam fuis-
se negant et tibiam aiunt inuentam. Cybelem

autem Attidi conuenientem cum uentre cognita-
res esset interfecto Attide ac socijs eius a patre com-
motam furore per uniuersam magnis ululatibus
regionem uagatam fuisse tympanis dolorem suum
consolantem. Marsie uero primum cum ea er-
ranti: deinde in musica contentione ab Apolline
superato pellem uiuo fuisse detractam. Deinde
adamatam Cybelem fuisse. et cum eo ad hyper-
boreos usque errasse. cuius iussu & Attidos corpus
sepultum & cybelem diuinos honores consecutam.
Vnde ad hunc usque diem adolescentis morem fri-
ges plangere, arisque instructis attida cybelemque
templo in pisimo sibi Frigie oppido magnifice con-
stituto ut deos colere. Post mortem autem hy-
perionis celi filios regnum inter se partitos fuis-
se. Quorum clarissimi Athlas & Saturnus fue-
runt. Athlanti uicinas occeano partes contigis-
se & multam astrologie operam datam, septemque
filias natas que athlantides appellantur. a qui-
bus quam plures dij & heroes nati & a seniore ipsarum
maya ioui coniuncta mercurium procreatum.
Saturnum quoque Athlantis filium auaritia &
impietate preditum sororem Cybelem duxisse.
a qua iouem suscepit. Quamuis et alium io-
uem celi fratrem & crhete regem contendunt,
fuisse. qui multo inferior posteriori ioue fuit.
qui totius orbis imperium primus ac fere solus
obtinuit. Crhete autem regem decem filios ge-
nuisse quos curhetas appellant eius sepulcrum
usque ad hunc diem in Chreta ostenditur. Sa-
turnum uero in lybia, sicilia, italiaque regnasse.
a quo natus Iupiter oppositam patri uitam
dicitur elegisse, regnumque suscepisse: alij patre
concedente tradiderunt, alij odio patris a popu-
lis electum atque ideo Saturnum cum titanibus
bellum ei indixisse. Quo uicto uniuersum sibi

orbem subiugasse · plurimum autem et corporis ro-
bore & animi uirtutibus ualuisse tradunt · ac sum-
mopere studuisse: ut et impii punirentur & probi
summis afficerentur beneficiis. Unde posteaq̄ homi-
nem exiuit: quoniam humanā iuuerit uitam: Io-
uem appellatum · De terrestribus autem diis cum
multa uariaq; tam hystoricis q̄ poetis scribantur:
& inter historicos Euhemerus qui sacram hystoriā
scripsit clarissimus sit · Ex poetis autem homerus
hesyodus orpheus q; monstruosa quedam finxe-
runt: breuiter que uterq; conscripserunt: explica-
re conabor · Deos igitur honorabant Euhemerus
ait magnificentissimis sacrificiis & muneribus
argenteis atq; aureis mirabili arte confectis · de
quibus latius in superioribus conscriptum est.
Est autem in ea insula que deo consecrata est in
quodam altissimo templo iouis triphilei templū
ab eo ipso q̄ndo totius orbis regnabat constructū
Statua etiam in eo monte aurea est in qua pan-
theis litteris Celi Saturni & iouis res geste sum-
matim conscripte sunt · Et paulo post Celum ait
iustum & benignum uirum & astrologie non
imperitum primum regem fuisse · a quo celites
deos sacrificiis primo cultos · unde celi cognomē
habuisse · duosq; filios pana & Saturnum & filias
similiter Rheam & Cererem ab uxore Vesta sus-
cepisse · Saturnum deinde regnasse · & a Rhea quā
in uxorem duxerat iouem iunonem & neptunū
suscepisse · Iouem autem qui Saturno in regnum
successit: iunonem Cererem & temyn in uxores
duxisse · & filios a prima quidem curhetas habuisse:
ab altera persophonem: a tertia Mineruam · His
dictis grecorum fabulas secundum hesiodum ho-
merumq; subiicit · Sed de grecorum athlantiorum
frigumq; theologia hactenus. Quibus non absur-
dum est secreta mysteria & celatius addere cultus:
ut facile unusquisq; uidere possit: utrum sit aliqd
in eis religionis signum: an a demoniaca supersti-

tione ac errore profluxerint omni turpitudine atque
dedecore plena et lachrymis potius quam risu dignissi-
ma que clemens ille in libro quo gentiles ad fidem
adhortatur apertissime reuelauit. Vir magnarum
rerum sciencia preditus et usu plurimorum nego-
ciorum prudentissimus qui patrias nugas a salu-
tari et euangelica doctrina monitus cito contep-
sit. pauca igitur ab ea sumpta diligenter audi-
es. Abdita inquit ac inuisibilia sunt ac ideo di-
ligenti cura non inquirenda barbatum ora mons-
truorum plenissima lebes Thesprocius trypes ty-
reus aena dodonea telo in deserto atque arenis
honoratus et quod ibi oraculum est. hec omnia
senescentibus iam fabulis deiecta penitus relin-
quuntur. Ultimo enim silencio Castalius et Colopho-
nius fontes ceteraque fluenta que diuinandi
uim habere uidebantur tradita extinctaque cum
suis fabulis defluxerunt. totiusque uinacionis
potiusquam diuinacionis nefanda mysteria ceciderunt.
Silet Clarius pythius dydimeus amphia-
reus apollo amphilochus. Tacent auruspices. au-
gures sompniorum interpretes et qui farina
aut ordeo uaticinabantur quique usque ad hoder-
num diem quasi ab inferis mortuos reduxerit
cum demonibus colloquuntur. preterierunt egyp-
ciorum penetralia. tenebris tradita est necro-
mantia. tyrrenorum capre simul cum istis ad di-
uinacionem preparate et coruis hominibus ora-
cula reddentes euolarunt. Quid dicam de
dyonisio quem menolen grece .i. latine totum
furentem appellant cui bacche orgia celebrant
et crudas carnes comedentes sacro furore inici-
antur. heuan heuan conclamantes. Que uox
aspirata secundum exquisitissimam hebreorum
linguam feminei sexus serpentem significat.
Ceres autem et bona dea mysterium fuerunt.
Quarum merores rapinam et luctus eleusis

docet. Quare mihi uidetur si quis deriuationem
uerborum attendere uelit ab orge .i. latine ira
quam aduersus iouem Ceres sustepit orgia mys-
teria uero ammysso quod latine scelus est quod
dyonisio accidit appellata fuisse. Quod si etiã ab
attico illo myenthe qui uenando peryt ut Apol-
lodorus scripsit: mysteria uocantur. Non erunt
certe gloriosa quedam hec mysteria funebri quo-
dam honore tradita. Forte autem mysteria .i. my-
tharia quasi fabule q̃dam latine appellata sut.
perdatur qui primus igitur hec hominibus tradi-
dit sive dardanus qui deorum fabulas in mys-
teria deduxit sive Attio qui orgia & cerimonias
thracibus adinuenit. sive frigius ille myda qui
ab odryso didicit. & subditis deinde artificiosũ
merorem tradidit sive cinyra cyprius qui mu-
lierem q̃ndam capere studens turpissima uene-
ris orgia ex nocte in diem transferre ausus fuit.
Quidam autem aiunt melampodem Amythao-
nis filium ab egypto in greciam luctum Cereris
solemniter celebratum reportasse. Quos omnes
ego impiarum fabularum auctores & perniciose
superstitionis inuentores extitisse. Quid enim
aliud q̃ dedecus & apertissima turpitudo sacra
hec sunt. Sed multo turpiora uidebuntur si quis
que secuntur addiderit. Ceres peperit educatur
puella quam pherephathen nonnulli appellant.
cui Iupiter qui genuit draco factus coniungitur
Unde insanasyorum mysteriis draco in spiram in-
uolutus in sacrificiis in factorum memoriam im-
mo uero in testimonium tante turpitudinis ut
ego dixerim adhibetur. peperit & pherefathe tau-
riformem filium. Unde poete quoque nonnulli tau-
rum laudant draconis patrem & draconem rur-
sus tauri patrem & in monte archana hec facta
dicentes: pastoralem stimulum celebrant ut pu-
to stimulum ferulam. quod genus ligni bacchan-

tes ferunt appellantes. Nequeo latius huius phere-
fathes sacra enarrare. Quassilum rapinam aydo-
nerare terre hyatum sues eubolei quas eodem hya-
tu simul et duas deas absorptas aiunt fuisse. Unde
megarenses in thesmoforiis sues immittunt. Que
sacra uariis modis mulieres: quoniam hec fabula ua-
rie narratur: per ciuitates grecie celebrant. Thes-
mophoria Scyrophoria ineffabiliphoria uocantes.
et multis modis pherefathe rapinam complorantes
Dyonisi uero mysteria penitus inhumana quem-
admodum puerum cum curhetibus salientem do-
lo puerilibus dolis titanes deceperint et raptum
dilaniauerint: ut orpheus poeta cecinit. Munera
uero quibus captus dicitur pinea et aurea poma
hesperidum fuerunt. Quorum sacrorum symbola
non est inutile audire. pila pinea speculum po-
ma uellus. Minerua uero dionysi iam discerpti cor
rapuisse pallasque amotu cordis uocari dicitur.
Titanes autem dionysi menbra in lebete prius eli-
xabant. Deinde ueribus fixa vulcano torrebant.
Sed iupiter titanas quidem fulmine multauit.
Dionysi uero menbra Apollini sepelienda tradidit.
qui in parnaso ipsa deposuit. Vis et corybantium
audire orgia. Tercium ab his fratrem interemptum
fuisse asserunt. cuius caput purpura tectum et
ereo scuto coronatum ad radices olympi montis
portarunt ac sepelierunt. Quibus nomina bau-
bom dysaul. tryptolemo. eumolpo et euboleo fue-
runt. Tryptolemus bubulcus. eumolpus ouium
pastor. Suum uero eubuleus. a quibus eumolpides
et preconum sacrum genus descendit. Cererem uero
ab Aubone corybantium nobili muliere hospicio
susceptam tradunt. potionemque multis confectam.
quam cyceona uocant cereri allatum fuisse. Cumque
Ceres luctu oppressa potum recusaret. quasi despec-
ta baubo doluit. Itaque sublata ueste genitalia men-
bra dee ostendit. que hoc spectaculo delectata cy-
ceona suscepit ac bibit. Hec Atheniensium mys-
teria sunt. hec summus theologorum orpheus.

ut ipsi dicunt carmine cecinit. a quo non est ab re car-
mina quedam testimonii loco apponere. Dixit et obs-
cenas cunctas in corpore partes attollens vestem pa-
tefecit. tum dea ridens suscepit parvum qui forte
astabat yacchum. ingessitque sinu vetule baubonis.
et inde pocula suscipiens: tandem cyceona phausit.
Nocte certe ac tenebris ista mysteria digna sunt. et
magnanimo illo: immo vero levissimo erechthidarum
populo aliisque grecis quos mortuos hec expectant.
Qua enim spe temerarii homines nutriuntur: qui-
bus oracula ephesinus eraclitus canit noctivagis
maleficis bacchis iniciatis simul atque iniciantibus.
quibus ignis futura predicat. qui que apud cete-
ros mysteria putantur sine antistite peragunt.
Ex quibus omnibus ficta et inania et deceptionis
plena cuncta probantur. quorum symbola de-
nudanda enim sacra ipsorum sunt. exta fuman-
cia, polenta, sal, draco, mala punica, tremencia
animalium corda, ferula, hedere, pultes, papavera,
hec ipsorum sacra sunt. Themydos autem hec sunt
sacratissima symbola organum. lucerna. gladius,
specten muliebris. Sic enim mistice menbra ge-
nitalia appellantur. O manifestam impudenciam
nam cum priscorum hominum petulanciam nox
tegeret: sacra modo nox iniciatis predicatur. et
facibus tenebre victe petulcos sacrorum mores os-
tendunt. Extingue pontifex ignem: verere faces
qui eas portas. hac luce turpitudo yanchi mani-
festatur. patere ut nocte mysteria celentur. venus-
tiora videntur in tenebris. hec orgia nescit ignis
simulare: aperiendo redarguendoque omnia punit
qui non merito impios huiusmodi homines appel-
lavit: qui deum verum ignorantes puerum a tita-
nibus laceratum et lugentem mulierem et menbra
turpitudinis turpissime colunt duplici quadam
impietate detenti. nam et deum verum ignorant
et errore decepti mortales atque turpissimos homines
deos existimant. hec quidem clemens. Quare non

iniuria nos magna uoce ista omnia contempsisse
fatemur a longissimo ac prisco errore liberati
quasi ab inenarrabili morbo gratia et misericordia
dei omnipotentis ac ineffabili uirtute Saluatoris
nostri. Rationem enim secuti nefandum atque im-
pium duximus: sanctissima dei appellatione mor-
tales ac turpes uiros honorare. qui a extreme
petulantie crudelitatis atque furoris exempla pos-
terioribus tradiderunt. Quam enim infamiam
non superaremus: si modestiam prudentiam in-
iustitiamque laudantes: petulans ac incontinentibus
furore omni plenis crudelibus quoque ac inhuma-
nis: homicidio simul ac parricidio maculatis
diuinos honores redderemus. Quis enim maior
cumulus impietati addi poterit: quam si in uirorum
mulierumque menbra et inexpertem ferarum ra-
tionis naturam sanctissimam dei appellatione
quis intrudat: eaque turpia deo attribuat que
si de hominum aliquo dicantur: legibus et consue-
tudine ciuitatum grauissimo supplicio puniret.
Cur longior sum omnibus grecis simul ac barba-
ris lucem effulsisse predicamus: que a falsa et
impia religione ad ueram ac piam reducat..
Multi enim iam quasi a sopore et profundo som-
no expergefacti oculis animi aliquantulum
apertis fabulas poetarum religionem priscorum
esse cognouerunt. in qua nature quedam secreta
occultari multi credentes decipiuntur. Que
quamuis nihil ueritatis habeant: tamen exponen-
da nobis uidentur: ut etiam eis que honesta ipsi
putarunt non iniuria spretis euangelicam sal-
uatoris predicationem pretulisse merito approbe-
mur. Quod faciemus si altius hec primum re-
petierimus. Grecorum igitur popularis ut ita
dicam et fabulosior theologia et phenicum ac
egyptiorum huiusmodi esse ostenditur: ut auc-
toribus iam suis comprobatum est. quam non

iniuria in principio preparationis euangelice collo-
cauimus: ut et nos in memoriam redigamus &
qui nesciunt discere possint qualis a maiorum
nostrorum erat religio. & quanta nos ipsi ueri-
tatis ignorantione quasi uinolentia obruti emer-
simus per euangelicam predicationem & apparen-
tiam saluatoris ueri dei iesu christi. qui non in
parte una orbis terrarum, nec apud gentem u-
nam: sed ubique quasi animarum sol proprios lu-
cis radios inmittens a caligine ac tenebris erro-
rum ad fulgentissimam ueritatis lucem omnes
homines conuocauit. Apertissime namque prenomi-
nati eorum auctores mortuorum simulachra &
turpissimorum hominum imagines cultas, nullamque
mentionem dei ueri factam illis fuisse diuinam
iustitiam contemnentibus & in omnia scelera
sponte irruentibus ostenderunt. Nam cum non-
dum uita hominum legibus & moribus instituta
esset: pecudum more ad nihil aliud multi quam ad
implendum uentrem mentem eleuabant. Quos
primum impietatis gradum tenuisse contenderim:
non nulli naturali quodam instinctu paulisper
commoti deum deique uirtutem salutarem esse
mundo putarunt. ac eum querentes ad celum
animos erexerunt. & celestium pulchritudinem
corporum admirati: deos ipsa arbitrati sunt. Alij
depressi omnino in terris prestantiores aut corpo-
ris robore, aut prudentia, aut facultatibus gigan-
tes quosdam uel tyrannos uel magos ac maleficos
uiros qui auxilio alicuius eorum quos a diuiniore
statu cecidisse credimus: miranda quedam facere
uidebantur. uel eos qui humane uite aliquo mo-
do profuerunt. tum uiuos tum maxime post mor-
tem deorum honoribus coluerunt. Quare deo-
rum etiam templa sepulchra eorum fuisse mul-
ti testantur ut clemens in exhortatione non
nullos grecorum auctores scripsisse commemorat.

quem si placet rursus audiamus. Cum enim inquit
inanis supersticio inicium cepit quasi malorum
omnium fons multitudinem deorum constituit.
quibus hostias immolare solemnia facere simu-
lachra statuere & templa condere persuasit. Que
tamen deorum sepulchra prius fuerunt & mag-
nificencius condita templorum appellacione
uocata sunt. Nam apud larisseam arcem Achri-
sii sepulchrum est. quod modo sacrarii loco uene-
rantur. et in arce atheniensi ut Anthiocus in
nono hystoriarum conscripsit cecropos sepulchrum
fuit. In templo uero palladis quam ciuilem
appellant: erithonius iacet. ismarus autem
eumolpi atque dayre filius in eleusine una cum
celei filiabus sepultus est. Quid multa. non
enim patet a gentilibus sepulchra hominum
adorari. hec quidem clemens. Nos autem rursus
altius hec repetentes dicere non dubitamus na-
tura immo uero diuinitus omnibus esse homi-
nibus situm non solum utile quid atque condu-
cibile dei nomine significari. Verum etiam omni-
um rerum creatorem sic appellari & uerbo quidem
ita omnes natura duce conueniunt. Re autem
creaturas pro creatore coluerunt. preter unum
aut admodum paucos: ut uerissimis hebreorum
libris ostenditur. qui a rebus uisibilibus ad
intelligibilia mentis oculos sancte reducentes
non creature alicui: sed ipsi rerum omnium crea-
tori cunctorumque largitori bonorum dei appel-
lacionem attribuerunt. Ceteri autem omnes
tenebris animos inuoluti ad tantam impieta-
tem deducti sunt: ut pecudum more honestum
ac conducibile bonorumque omnium extremum
uoluptate corporis terminarent. Et hac racione
eos qui uoluptatum adinuenerunt genera uel
auxerunt atque amplificarunt: maleficos et

mortales uiros ut dictum est quasi bonorum largi-
tores saluatores et deos appellarunt. piam huius
nominis notionem natura eis insitam ad eos trans-
ferentes: quos bonorum inuentores putabant tanquam
mentis insania ualuit: ut nec peccare se arbitra-
rentur, nec erubescerent diuinis honoribus ma-
leficos atque potentes homines propter regna tunc
primum constituta colere atque admirari. Cumque
ut iam diximus mores hominum legibus stabi-
liti non essent: nec supplicia peccatoribus immi-
nerent: adulteria, nefanda matrimonia, ma-
ribus ereptam pudiciciam, homicidia, parricidia
confecta scelere bella quasi res pulcherrime ges-
tas dys suis attribuebant. et earum rerum me-
moriam posterioribus quasi utilem relinquere
studebant. Hec theologia priscorum fuit, quam
iuniores naturalium rerum sciencia non parum
iactantes ad honestiora nature secreta interpre-
trantur. Ita nec omnino impietatem maiorum
effugerunt. nec tantam rerum turpitudinem
ferre potuerunt. Sed priscorum peccata corrige-
re uolentes uirtutes corporeas quibus generantur,
aluntur et crescunt corpora per fabulas signi-
ficari contendentes. et hinc ordine progressi non
solum principia et elementa rerum ut solem,
lunam, stellas, preterea terram aquam ignem:
uerum etiam composita et effectus eorum et
fructus terre quos cererem bonam deam et
bacchum nominant per fabulas uiolenta qua-
dam interpetracione significari uoluerunt. Ita
iuniores quidem maiorum theologiam erubes-
centes ac parum antiquitatem atque consuetu-
dinem facientes quasi remedia turpitudinis
deorum excogitarunt. Vetustissimi autem etiam
animalia bruta quecumque ad uitam conducere
uidebant: in deorum numero collocare ausi sunt
et inmanibus beluis cerimonias statuere non

erubuerunt. Ipsos igitur audias grecos per unum
qui prestantissimus omnium fuerat: fabulas non
numquam suscipiendas, non numquam repellendas asse-
rere. Mirabilis enim apud eos plato modo senten-
tiam suam apertius explicando negat ea dicen-
da de dyis esse que ab antiquissimis dicta sunt: mo-
do de legibus scribens oportere affirmat fabulis
que de dyis tradite sunt: quoniam nihil falsi in eis
contineatur: fidem adhibere. postremo a priscorum
theologia suam deseparans cum de Celo, sole, luna,
stellis, et de universo mundo partibusque suis phi-
sice more suo locutus sit: demum de priscorum ge-
nealogia deorum quasi peculiariter sic in thymeo
disserit. Sed de aliorum demonum atque deorum
generatione disserere: maius est opus quam humeris
nostris ferre possimus. Quare his qui hec tradide-
runt credere debemus. qui cum a dyis orti sunt et
parentes suos qui sint optime teneant: nullo modo
falluntur. Nam quamvis neque necessario neque pro-
babiliter dicant: tamen quia rem suam enarr-
rant: equum est: ut eis fidem adhibeamus. Qua-
re secundum priscorum instituta genealogia deo-
rum terminetur, credanturque celi ac terre fily ocea-
nus et thetis fuisse. ex quibus forcis, saturnus,
ops, et aly complures nati sunt. A Saturno autem
et ope Iupiter et iuno. hec igitur plato secundum
ius et fas quamvis nullo modo probari possint creden-
da esse in thymeo censuit. Attendere autem dili-
genter oportet: quia nihil altius in hac genealo-
gia deorum fabulosa contineri ostendit. Alio autem
in loco idem ipse sententiam suam apertius explicans
his verbis utitur. primum igitur ego dixi maxi-
mum de maximis rebus mendacium efferre ausus
est, quique celus fecisse ab hesyodo dicitur. Celumque a
Saturno mulctatus sit et Saturnus rursum a filio
improbe finxit. Nam etiam si vera essent: tacen-
da omnino putarem. nec ita facile ad omnes
efferenda: sed maxime quidem celanda. Quod si

necessitas quedam dicere cogeret paucissimis tra-
denda fuisse. Ardua enim sunt nec predicanda
o adymante in ciuitate nostra. nec enim iuuem
persuadendum est punire parentes oportere: etiam
si iniuriam inferant. Nec autem omnino creden-
dum est deos inter se dissidere: ut alius alii bella
& pugnam cieant. Nec enim uera hec sunt: nec
nobis conducibilia. Qui si rem publicam conser-
uare uolumus: intestina bella odia & simulatio-
nes turpissimas ducere debemus. nec gigantum
aduersus deos pugnas & heroum in cognatos ado-
lescentibus explicandas iudico. Sed si aliquo modo
possemus: numquam ciuem ciui fuisse inimicum liben-
ter persuaderemus. hec enim maxime adolescen-
tibus hec uiris / hec senioribus predicanda. Quare
poete cogendi etiam sunt hec carminibus suis ede-
Saturni autem uincula & uulcani a patre proiec-
to: cum auxilium pulsate matri afferret: deorumque
pugne quas homerus conscripsit nullo modo au-
diende. Apertissime igitur plato priscorum fabulas
& fabularum interpetraciones contempsit. Quod
romani probe intelligentes fabularum figmenta
spreuerunt. Quod ab Alycarnaseo dionysio cog-
noscere poteris qui in secundo uetuste romanorum
hystorie res gestas Romuli enarrans: sententiam
quoque illius uiri de diis his uerbis ostendit. Non ig-
norauit: quia diligenter condite leges et de bonis
rebus contencio & militaris exercitatio optimam
ciuitatem constituunt. Quarum rerum mag-
nam curam adhibuit a cultu deorum incipiens.
Templa igitur lucos aras simulachra formas
& symbola uirtutes beneficia que a diis homi-
nibus collata sunt cerimonias ac celeberrimas
solemnitates quibus dii culti gaudent instituit
& dies festos ceteraque sic constituit: ut optime
grecorum rei publice res romana conferri possit.
Fabulas autem que de diis traduntur turpes

atque inutiles existimans. nec solum diis sed neque
probis hominibus dignas cunctas eiecit ac per-
suasit: ut optime de diis romani et existiment
et loquantur. Nullum enim opus immortali na-
ture indignum illis attribuit. Ita nec Celus a
suis filiis uirilia amputatur. nec a Saturno li-
beri sui interficiuntur. nec iupiter in tartarum
patrem conicere. nec bella, nec uulnera, nec uin-
cula nec seruitus deorum apud eos ulla dicitur.
Sed nec solemnis unquam dies lugubri habitu agitur.
quemadmodum apud grecos fletu et plantu pro-
serpine ac dionysii passiones celebrantur. nec
inspirare apud eos aliquis poterit. quamuis mores
iam omnino corrupti sint furentes et bacchan-
tes uiros simul atque feminas in templis deorum
pernoctare. Nec aluit quicquam monstrum nefandum:
sed religiose omnia que ad deos pertinent: et dican-
tur et aguntur. Adeo: ut neque apud grecos, neque
apud barbaros usquam honestius ista constituta
sint. Et quod ego maxime mirari soleo quamuis ex u-
niuerso terrarum orbe in urbem multi confluant
qui res sacras patriis peragunt moribus: nihil ta-
men alienum publice ciuitas imitata inuenitur.
Quod multis aliis accidisse manifestum est. Ve-
rum etiam si deorum responsis alienigena que-
dam sacra suscepta sunt omni eiecta fabularum
garrulitate romanis moribus peraguntur. Si-
cut matris deorum sacra quot annis certami-
nibus ex consuetudine romanorum fiunt. Sa-
cerdos autem utriusque sexus uir et femina ex
frigia consecratur. et urbem ut solent tibiarum
tympanorum sonitu perlustrant. Sic pie ac
religiose romana ciuitas turpitudine fabu-
larum omnino spreta deorum cerimonias per-
agit. Non autem ignoro esse non nullas fabu-
las apud grecos hominibus utiles, quarum
alie nature opus per memorem ostendunt.

Alie consolandi gratia ficte plene utilitatis sunt.
Que quis optime sciencia tamen romanorum
theologiam multo prestanciorem duco. parua
enim est illa fabularum utilitas. nec multis
prodesse potest. sed illis dumtaxat qui causas
earum curiosius investigarunt qui certe paucis-
simi sunt. Multitudo autem indoctior ad peius
solet huiusmodi oracionem interpetrari. et in
horum semper alterum incurrit. Nã aut despi-
ciales deos ducit. siquidem eorum multis tam
magnis miseriis oppressi fuerunt. aut nihil
turpe aut iniquum deorum exemplis admo-
nita putat. Quare illis solummodo relinqn-
da ista sunt: qui philosophie speculacionibus
insudarunt. Hec quidem et philosophorum
primi et romanorum uetustissimi de grecorum
theologia iudicarunt qui phisyologiam fabu-
larum apertissime repulerunt. Nos autem
qm̃ iam ad redargucionem illarum producti
sumus: age iam interpetraciones et alegorias
earum q̃ friuole atque indigne sunt: inspiciamus
nihil nostrum afferentes. sed illorum ipsorum
auctoribus productis: ab ipsis sublimem suã
hanc theologiam perdiscamus.

Liber Tercius incipit :-

HAEC quidem et philosophorum
primi et uetustissimi romanorum
de grecorum theologia iudicarũt
qui physilogiam fabularum
apertissime repulerunt. Nos
autem qm̃ iam ad redargucionẽ
illorum producti sumus: age iam interpetra-
ciones et alegorias suas: q̃ friuole atque indigne
sunt. inspiciamus: nihil nostri afferentes. Sed

illorum ipsorum productis auctoribus: ab ipsis
sublimem hanc theologiam perdiscamus. Verum
cum aliter alij dixerint et unusquisque inventa
sua vera esse contendat: satis erit si que clario-
ribus atque nobilioribus grecorum philosophis
visa sunt: proposuerimus. Primus igitur thero-
nensis adducatur Plutarchus qui fabulas per-
vertens mysticam in eis theologiam latere con-
tendit quam veluti a deorum educens penetra-
libus non aliquem mortalium: ut fabule voluit:
sed temulenciam per dionysum significari ostendere
conatur. Iunonem vero nupcialem viri ac fe-
mine coniunccionem: Deinde quasi oblitus pau-
lopost terram per iunonem ostendi voluit. Lato-
nam vero oblivionem ac noctem esse. et rursus
latonam ac iunonem eandem esse putat. Iupiter
autem pro etherea virtute sibi accipitur. Quid
hec mihi perstinguntur: cum liceat ipsum audire.
Sic ait in libro quem de platheensi dedalo in-
scripsit archana pandentem: theologie sacraria
his verbis. prisca quidem tam apud grecos quam apud
barbaros theologia naturalis erat racio fabu-
lis involuta occulte ac mystice veritatem doc-
tis subaperiens quod carminibus orphei et egyp-
ciorum sacris et frigia doctrina comprobatur.
maxime autem orgia et immolaciones et que
symbolice in sacris geruntur: fabularum sensum
aperiunt. Nam qui Iunoni sacrificarunt: bilem
in sacris non adhibent. sed iuxta aram infodiunt.
Nam quoniam viri ac mulieres coniunctam sig-
nificant vitam: ea re ostenditur absque ira et o-
dio et amaritudine matrimonium esse oportere.
Quod significativum docendi genus in omnibus
fabulis est. Ita cum Iunonem adhuc virginem
ab euboea insula ubi educata fuit: furtim a
Iove ablatam scribunt. et huc deportatam opa-
cum eis talamum a Cytherone factum fuisse.

ac macrydem iunonis nutricem ab eo scrutari p
hibitam / quia Jupiter in illis locis cum latona
quesceret. Unde postea grato animo iuno easdē
aras atque templa cum latona voluit habere.
ita ut eciam latona nocturna ut iuno appelle
tur aperte tam rebus quam lathone nocturneque no
minibus occultum latens atque tenebrosum di
uinarum rerum significatur. Alii autem quia
ibi latuit iuno nocturnam dicunt appellatio
primum fuisse. deinde re iam aperta nupciale.
Qui autem nature secreta subtilius muestigat:
hoc pacto iunonis atque lathone potestatem con
iungunt. Juno enim terra: lathona vero nox.
obliuio enim quam verbum hoc grece significat
in nocte fit propter somnum. Nox porro nihil ali
ud est quam terre tocius umbra que radios solares
eripiens atrum atque obscurum aera reddit. Quod
autem non alia est iuno quam lathona: inde pro
fecto patet: quia dianam lathone filiam om
nes asserunt. quam et lucinam appellant. No
mina igitur hec duo sunt uni dee imposita. pre
terea Apollinem lathona matrem iuno peperit.
rit. Apollinis autem atque martis eandem esse
uirtutem apertissimum est. Mars enim ares
grece appellatur. quod arygin auxilium pugna
oppressis afferre significat. Apollo vero uocatur
quod apallaty .i. ab egrotacionibus homines
soluat atque liberet. Quam ob rem ardentissi
mas eciam stellas solem Apollini et nomine Mar
tis appellatam marti accomodant. nec absque
causa eandem deam nuptialem et lucine atque
solis matrem putarunt. Matrimonii namque
finis procreacio est / qui nihil aliud est quam a tene
bris ad solis lumina progressio. Unde poeta cum
lucina illum inquit in lumen eduxit. Tum so
lis cernere quiuit fulgorem. primum enim do

lore partus liberari per lucinam. Deinde solarem
aspici lucem qui generacionis finis est: ostendē
uoluit. Sed non est ab re puulgatissimam quoque
fabulam enarrare. Dicitur enim Iouem iuno-
ne irata dissidenteque ab eo mestum ea de cau-
sa nimium fuisse, & ab alalchomene indigena
doctum ut alteram ducere simularet. Ita con-
silio eius ex querceo simulachro mulieris confec-
to quod dadalen appellarunt nupcias pparare
finxisse. Nymphe igitur trytonides & uniuersa
boecia confluebat. Quibus rebus Iunonem com-
motam a cytherone descendisse & plathehensiū
multitudine mulierum sequente ad Iouem p-
uenisse. simulacioneque patefacta summa cum
leticia reconciliatam fuisse. honorem autē simu-
lachro tantum fecisse: ut dedala nomine ipsius
diem festum instituerit. Quod tamen ex zelo
typia quis omnis anima expers esset: cremauit.
huius fabule talis racio est. Iunonis ac iouis
bella & dissidia nihil aliud quam elementorū in-
temperiem significant. Que nisi certis pporcio-
nibus contemperentur: natura rerum soluta
magnam perniciem afferunt. Si ergo Iupiter
.i. calida uirtus ac ignea nimium excesserit: sic
citate omnia pereunt. Si uero Iuno humida
.s. & uentosa natura iouem aspernata supera-
uerit: magna uis pluuie delata: diluuio cūc-
ta uastauit. Quod illis temporibus factum:
boeciam maxime regionem proluit. que mul-
titudine aquarum tecta fuisse dicitur. Quare
quam primum tempestate transacta terre apparue-
runt: deorum reconciliacio facta fingitur.
Prima uero arborum omnium quercus efflo-
ruit, que non modo piis hominibus: ut hesiodus
ait: uerum eciam diluuii reliquiis opitulata
est: cum glandes ramalia ferat. ast apes con-

tegat timeus. his plutarchus apertissime nos
docuit mirabilem etiam illam ac misticam grece
theologie rationem nihil magni nec dignum
philosophia continere. Audisti quippe per iu-
nonem modo matrimonium: modo terram: mo
do humidam significari substanciam. Didicisti
Dyonisum nil aliud quam temulenciam esse lathona
noctem: Apollinem solem ipsum, deniquе iouem
calidam uirtutem atque igneam. Turpitudini
ergo fabularum accessit ut secretior hec et mys
tica theologia non ad diuinas quasdam et celes
tes uirtutes nec ad rationales et incorporales
substancias conducat. Sed rursus in temulen-
ciam et nupciarum opera et egritudines homi-
num deducat. Et quod honestissimum in ea est:
ad terram ignem solem reliquasque huiusmodi
partes orbis terminetur. nec ultra hec quicquam
afferat. quod etiam plato non ignorauit. qui
in eo libro quem cratylum inscripsit: nihil ul
tra uisibiles mundi partes priscos grecorum
cognouisse, et stellas deos putasse asserit. Ver
ba eius hec sunt. Vetustissimos grecorum celum
stellas, solem et lunam: que nunc etiam multi
barbarorum colunt: deos putasse manifestum
est. huiusmodi quidem greca sunt. Nunc egyp
tiorum misticam theologiam que multo uetus
tior fuit: uideamus. Osyrim et isim solem et lu
nam esse aiunt. iouem spiritum qui per omnia
transeat, uulcanum ignem, terram cererem,
oceanum humiditatem et nilum fluuium asse
runt. cui deorum generationem attribuunt.
Aerem minervam appellarunt. quos quandoque
deos: aera dico aquam ignem terram et spiritum
per uniuersum orbem transire contendunt, et
in uarias formas hominum atque animalium
commutari. Quorum cognomine apud se ho
mines floruisse solem saturnum, opem. preterea
iouem iunonem uulcanum et uestam. Que

omnia Manethos latius scripsit. Compendiosius
autem Dyodorus his verbis Osyris et ysis: sol et lu
na secundum egyptios sunt. a quibus ternis tem
poribus vere estate ac hieme invisibili motu cir
cumductus mundus gubernatur et omnia nas
cuntur aluntur augentur. Tempora vero quamvis
inter se adversentur: mirabili tamen concordia
annum conficere. horum autem deorum alter
ignis et spiritus: alter humidi et sicci: uterque vero
aeris naturam producere dicitur. quibus omnia
et oriuntur et conservantur. ita totum quidem corpus
nature omnium ex sole ac luna originem trahere
partes autem universi quinque illas esse: spiritum
videlicet ignem siccum humidum aera. Quorum
singula deos putarunt. et nomina vetustissima
ac prima egyptiorum lingua posuerunt. et spiritum
quidem diligenti ad latinam linguam interpretatione
ione iovem appellare possumus. Qui cum in
animalibus ipsius: ut ita dicam animalitatis
causa sit quasi parentem aliquam rerum an
imam omnium esse putarunt. Quibus maxi
mus poeta omnium attestatur quoque de iove
dicens pater hominumque deorumque. Ignem vero
vulcanum appellarunt magnum deum esse pu
tantes permultumque ad generationem atque cre
mentum conferre. Terram porro quasi vas ali
quod atque receptaculum eorum que oriuntur
existimantes matrem: nominaverunt. cui rei
Orpheus consentit dicens: Terra mater cunctis di
vesque ceres. humidum autem oceanum dixisse
dicuntur quasi verbum expressum latine deorum
rum matrem significat. Oceanum autem non
nulli grecorum designare putarunt. Unde poeta
quoque canit Oceanus generatio divum. Egypty
autem nilum fluvium esse contendunt cui et deo
rum generationem attribuunt. plures enim ur
bes in ipsa egypto: quam in reliquo terrarum orbe fu
isse aiunt a priscis dyis: iove videlicet sole Mer
curio Apolline. pane lucina aliisque compluribus

conditas aera minervam appellarunt & filiam
iovis ac virginem putarunt. Nam & incorrupti-
bilem. nam et incorruptibilem aiunt eam natã.
& extremum universi locum obtinere contendũt
Quapropter a vertice iovis fabulose nata fuis-
se Minerva traditur. Trytoniam vero appella-
tam: quoniam ter in annuo spacio: vere estate hie-
me commutatur. glaucopin .i. glauculam vo-
cari contendunt. Non quia ut nonnulli greci
putarunt glaucos habeat oculos. Quod no-
men ipsum denotare videtur (insaniunt enim
qui sic putant): Sed quoniam aer visum animalibus
prebeat. Asserunt autem hos quandoque deos to-
tum orbem peragrare & hominibus in sacratorũ
animalium formis aut in specie hominum ap-
parere. Quod & poeta ab egyptiorum sacerdo-
tibus acceptum verum esse his verbis attestatur.
peregrinis inquit dii similes virorum urbes ingre-
diuntur equitatem ferentes. Equidem celes-
tibus diis quorum eterna generatio est: egyptii
asserunt. Alios deinde ab hominibus propter bene-
ficia que communiter omnibus contulerunt
ad immortalitatem translatos. Quorum aliqui
celestibus diis cognomines fuerunt sol .s. Satur-
nus iupiter. quem nonnulli hamonem appel-
lant. Ad hec iunonem vulcanum vestam &
extremum mercurium primumque omnium
solem in egypto regnasse. hec Dyodorus. plu-
tarchus autem in libro quem de iside inscripsit:
his verbis utitur. Sed quasi ab alio initio plu-
rimorum atque rudium sentenciam considerem
qui dicunt. Sic egyptios osyrim nilum fluvium
esse putare: isidi terre matrimonio coniunctum
Tiphona vero mare in quod incidens nilus sub-
mergitur. Quemadmodum greci saturnum
tempus iunonem aera vulcanum vero ge-
nerationem aeris mutationem in ignem esse

arbitrantur. his dictis rursus fabulas ad demones
refert & aliter atq; aliter interpetratur. Operepre-
cium autem est ab his sciscitari: utrum simulachra
est & simulachrorum figure demonum an ignis
aeris terre aque aut uirorum & mulierum bru-
torumq; animalium formas ostendant. Nam q°-
niam celestium cognomines mortales extiterūt
ut ipsi aiunt: quos in numerum deorum transla-
tos existimant: celestium ne formas in simula-
chris imprimunt: an quod ipse usus ostendit
mortalium hominum. Quod si ipsi respondere
recusent: res tamen per se magna uoce clamat
mortales fuisse omnes quorum simulachra cō-
stituuntur. plutarchus uero in libro de iside uel
qualitatem corporum describens sic inquit. Egyp-
tiorum hystoria flaui corporis fuisse typhona
tradidit. Martem albi subnigri osyrim. hec plu-
tarchus. Mortales ergo dii sui fuerunt & interpe-
tracio fabularum periit uniuersa. Quid enim
necesse fuit hominum formas elementis acco-
modare. cum etiam absq; his ea colere potue-
runt. Utris autem hec appellaciones indite p̄-
mum fuerint: utrum uulcanus minerua iu-
piter neptunus iuno nomina de elementis
primo: deinde de hominibus equiuoce dicta:
an econtra hominibus primum imposita ad
elementa deinde translata sunt. Cur autem
mortalium nominibus elementa nominarūt?
preterea hymni cantus & archana deorum mis-
teria utrum elementorum an mortalium ho-
minum symbolis panguntur. Errores autem te-
mulenciam amores mulieres raptas & uiros
insidiis conuolutos milleq; huiusmodi dedeco-
ra quomodo elementis accomodari potuerunt?
Aperte igitur ex his omnibus mirabilis & generosa
physiologia nihil ueritatis habere ostenditur.
Sed audi queso que porphirius etiam in epistola

ad Anebum quendam egyptium de istis scripsit.
Cheremo enim inquit & alij omnes nihil aliud p(re)-
ter uisibilia ee putant egyptiorum racionem
ad unguem secuti qui nullos alios deos preter
erraticas stellas & signa que orbem replent obli-
quum fixasq(ue) stellas que oriri atq(ue) occidere cu(m)
his dicuntur: deos existimarut. quorum partes
alie alijs erraticis attribute sunt. Ascendentem
quoq(ue) particulam ac dominos eius quos ualidos
appellant. Quorum nomina et potestates in li-
bris almemichiacis scripta sunt. ubi ortus etiam
& occasus & futurorum diuinacio continetur.
Vidit enim cheremo solem ab egyptijs ut creato-
rem cultum. nec ignorauit omnia que de osyride
& iside dicuntur, omnesq(ue) fabulas sacras aut ad
stellas & ortus & occasus earum. preterea prog(res)-
sus atq(ue) regressus, aut ad crementa decrementaq(ue)
lune, aut ad solarem cursum, aut ad nocturnum
hemisperium, aut ad diurnum, aut ad fluuiu(m)
nilum, & omnino res atq(ue) causas naturales refer-
ri. nec ullam de incorporeis eos uiuisq(ue) substan-
cijs facere mencionem. Vnde nostra quoq(ue) omnia
nescio quo insolubili uinculo a motu stellarum
necessario dependere arbitrantur. Quam necessi-
tatem fatum appellant. Sic omnia stellis attri-
buunt, quos solos deos & fatorum dominos exis-
timantes sacris & simulachris reliquoq(ue) deoru(m)
cultu propicios sibi reddere conantur. Sic preter
illa que in celo uidentur: alios deos porphirio etia(m)
teste theologia egyptiorum non nouit. Creato-
rem uero rerum omnium non intellectum, no(n)
incorpoream q(ua)ndam substanciam, non u(ir)tutem
quandam intellectiuam: sed uisibilem hunc so-
lem arbitratur. Ad stellas igitur omnia refert
& cuncta fatis .i. stellarum motui & aspectibus
attribuit. Que opinio usque ad hec tempora
ab egyptijs tamq(uam) uera defenditur. Quod si

hec uisibilia elementa mystica egyptiorum theo-
logia deos putat: hec autem omnia anime atque
racionis expercia sunt / nec a corruptione omni-
no aliena. Attende diligenter ad quantam tur-
pitudinem sublimis eorum theologia decidit. que
ultra hec nullum intellectum nullam separatam
substanciam pro causa rerum cognouit. Verum
quoniam ipsi quoque concedunt ab egyptiis in gre-
cos theologiam affluxisse unacum egyptiis greci
eciam redarguuntur. Sed de his rebus idem por-
phirius huiusmodi uerba eo scripsit in libro quem
de abstinendo a carnibus animalium edidit. Ab
hac pericia inquit egyptii ad cognicionem dei
profecti cognouerunt: non ad hominem solum
modo deum peruenisse. nec in hominibus ani-
mam solummodo habitasse: sed eandem anima-
malia omnia continere. Qua dere tam ho-
mines quam beluas serpencia simul atque uolancia
quedam in deos susceperunt. Et alius apud eos
deus hominis collum faciem auis aliudque
membrum aliusmodi gerit. Et rursum alius
caput hominis collum auis ceteraque membra
diuersorum animalium conformia possidet.
quibus significant deorum sentenciam anima-
lia: tum inter se: tum maxime nobiscum ami-
ce uiuere. Vnde leoni particula quedam egyp-
ti dedicata leonina. Alia uero quedam bouina
& alia canina nominatur. Virtutem enim que
in omnibus est: ijs animalibus que a singulis
deorum inuenta sunt: colere statuerunt. Aquam
uero atque ignem apprime uenerantur & in
omnibus sacris adhibent. quia maxima sa-
lutis humane causa hec elementa sunt. Qua-
re ad hunc usque diem cum sanctissimum Se-
rapydis templum aperitur uniuersis cultus
igne atque aqua peragitur. Nam qui decantat
hymnos aqua libat & ignem. Tunc ostendit

qndo in uestibulo fixus egyptiorum lingua deum
exusatat. Ea uero animalia magis colunt que
rebus sacris magis conueniunt. Nam et hominē
apud anabyn opidum adorant. Quare quem-
admodum ab humanis carnibus abstinendū
est: sic ab aliorum ecia animalium: hac illi cu-
mulata sapiencia sapiencia & diuinarum re-
rum consuetudine quadam animalium magis
q homines adiss intellexerunt amari. Que soli
maxime consecrata putant: quia natura eo-
rum sanguine ac spiritu copiosissime constet.
& post pauca. Scarabeum uero animal ait
diuinarum rerum indocti abominantur. Q d'
egyptij summopere uenerantur: animatam
solis effigiem esse putantes. Scarabeus enim
omnem uirilem sexum habet, & spermate in
stercus infuso pila inde confecta pedibus in
uoluit: ueluti sol celum & mensem lunarem
expectat. Sic de ariete, de cocrodillo, de ulture
ceterisq animalibus philosophantur. Ita ex
sapiencia & religione ad cultum peruenerunt.
hec de generosa egyptiorum theologia locuple-
tissimus testis porphirius scripsit. quos aquā
& ignem adorantes & unam racionalium atq
irracionalium substanciam anime dicentes
non iniuria in deorum numerum bruta egyp-
tios accepisse affirmat. Quomodo autem stul-
tissimum non est immanes beluas ideo ut deos
uenerari: quia similem hominibus animam
habeant. Nam si homines putant: humanos
honores eis conferant. Nunc autem feris quas
natura racionis expertes finxit: quasq homi-
nes appellare non dignamur: non hominum
honores: s prime cause & appellacionem &
gloriam attribuunt. Ad hec quare mirabilis

egyptiorum sapientia lupos canes leones uene-
rantur didicimus. nec scarabei miracula igno-
ramus. non deridebimus ergo amplius hos
deos. miserabimur autem humanum genus,
gratiasque largitori bonorum christo reddemus.
qui nos a uetustissima ista cecitate per euange-
licam doctrinam suam liberauit. Iam enim ipi
etiam fere omnes egypty ab hoc morbo liberati
uero militant deo. Habes iam absolutam egyp-
tiorum grecorumque theologiam a quibus didicisti
nihil illos incorporeum coluisse. concedatur autem
eis ueram fabularum esse physiologiam. sitque sol
nostro Apollo modo osyris et luna nunc isis. nunc
diana et quecumque alia dicere uelint. Solem er-
go ac lunam stellas quoque et reliquas mundi par-
tes quasi deos adorare debemus. Ita generosa gre-
corum et egyptiorum theologia ad sublimiora nos
perducere fabularum alegoriis pollicita ad cor-
pora rursus deduxit. nec aliud quam ignem et aquam
et partes mundi colere adhortata est. Quomodo
igitur saluatoris nostri euangelium mirabile
non est: quo solis et lune totiusque mundi creato-
rem decenti fide colere. nec elementa corporum
nec uisibilia quedam: sed eum qui per hec in-
uisibiliter cognoscitur: creantem intellectum solum
admirari solumque adorare didicimus. Qui per
omnia penetrans: cum sit incorporalis: solo in-
tellectu perspicatur. Immo uero ineffabilis et in-
comprehensibilis ipse est. panditur autem atque
perspicatur per ea que facit que producit que gu-
bernat conseruat omnibus inuisibiliter assistes.
non celestibus solum: uerum etiam terrestribus
magnificentiam operum suorum per hec osten-
dens que illi deos putarunt. Verum et fabulo-
sa et mystica illorum theologia rebus ipsis refu-
tata: tempus iam est horum etiam rumorum

excogitaciones inspicere. Isti enim qui modo phi-
losophantur que magno tempore post platonē
de intelligentiis & rerum creatore recte inuenta
sunt: theologie priscorum attribuere conati ma-
xima quadam arrogancia fabulas laudant. quorum
physiologiam his uerbis porphirius edidit. Expla-
nabo quibus fas est procul hinc abestote scelesti
quos eciam uetusti celare uolentes deum & dei
uirtutes per sensibiles significarunt imagines.
& ea que inuisibilia sunt: uisibilibus significan-
tes figuris: ex simulachris quasi sacris litteris
magna misteria tradiderunt. Non est autem
mirandum si ligna & lapides a fatuis simula-
chra putantur. Similiter enim eciam qui lit-
teras nesciunt librorum uolumina non aliud
q̄ pretextam putant papirum. hoc exordio
auditores preparauit. Audias igitur que pro-
grediens scribit. Cum igitur deus lux sit &
ignem ethereum habitet/ nulloq; sensu capi
possit: lucida quidem materia ut cristallo pha-
rio ue lapide ad comprehendendum lumen
ipsius exhortantur. Auro autem ignis ille in-
maculataq; natura intelligitur. Multi uero
nigris lapidibus inuisibile illius substancie
significarunt. hominis autem formam diis
attribuerunt: q̄niam deus racio est. pulchros
fingunt ꝓpter immarcessibilem illam pulchri-
tudinem. diuersis preterea figuris & etatibus.
& alios sedentes/ alios stantes/ mares alios alios
feminas. & aut uirgines aut matrimonio
coniunctas. Diuerso quoq; amictu simulachra
constituunt: ut diuersitas deorum non late-
at. Vnde factum est: ut omnia candida celes-
tibus diis attribuantur. pila & rotunda om-
nia mundo precipue soli & lune. quis non
numq̄ spei etiam atq; fortune circulis: que in

celo ee intelliguntur. Circuli autem partes diui-
sis lune figuris. pyramides uero & obelyscos ig-
nis substantiae & dys olympys hac ipa de causa
lta comum quoque soli terre cylindrum sacio-
ni & generationi penem. Et pp̄ter muliebrem
sexum figuram triangularem. hec magnus
ille phus. Quidam autem turpius quam obscenita-
tem idolorum excusare. Quid amentius quam auro
& lapide huiusmodi materia diuinum lumen
& celestem naturam significare putare. Quod
autem a uinoribus et cauillaciones excogitate
sunt. quas prisci ne somnis quidem uiderunt.
quibus ex auro & preciosa materia imagines
deorum fingere turpe uidebatur. Verba plutar-
chi audias. Simulachrorum autem fictio uetus-
tissima quidem res est: que prisci ex ligno finge-
bant. Siquidem lignum erat quod in celo pri-
mum ab herysithone Apollini fuit consecratū.
lignum etiam palladi ab indigenis constitutū
Quod etiā nunc apud Atheniensés inuenitur.
Iunonis etiam simulachrorum ex ligno apud
Samyos erat: ut Calymachus asserit. Sic enim
inquit deos uetusti fingebant. pezhas etiā ille
qui primus argolice templum condidit & chaly-
tiam filiam suam antistitem consecrauit ex
pirchi trunco simulachrum iunonis dicitur con-
formasse. Lapidem enim rem duram & inanimē
in deorum effigiem celare nolebant. Aurum uero
atque argentum infecunde terre atque infelicis
morbosos colores esse putabant. Ebore uero ra-
ro pp̄ter uarietatem abusi sunt. haec plutar-
chus. Plato uero magnis ante eum tempori-
bus non decere ex auro & lapidibus & ebore
aliaque materia inanimi deorum effigies fin-
gere putans: sic in legibus precepit. Terra in-
quit & uetusta sacra deorum est habitacio. ne-
mo igitur ex his ceteris dys simulachra consti-
tuat. Aurum autem atque argentum inuidiosa

sunt possessio. Ebur animam deposuit & ideo ad
simulachra deorum ineptum est. Es & ferrum
belli sunt instrumenta. his aperte refutatum ee
porphirium puto. Sed tamen reliqua etiam in-
spiciamus. Admiranda inquit est grecorum sapi-
encia: qui iouem mundi mentem arbitrantes:
que in seipsa mundum continens produxit. Sic
a theologia Orphei profecti de eo tradiderunt.
Iupiter altitonans ante omnia secula primus.
Iupiter extremus longa est post secula mundi.
Iupiter est summus uertex atque infima planta.
Ipse enim semper simul est ac totus ubique
Terre fundus.
Sidereeque domus rex est & iupiter ipse
principiũ atque ortus rerum: uis una deusque
Vnus & omnipotens regali in corpore: cuius
Singula ponuntur: unda ignis tellus & aer:
Nox simul atque dies sapiencia primaque origo.
Ac iucundus amor magno hec in corpore regis
Sunt iouis excelsi. ceruicem namque uidebis
celi suspiciens: remitencia magnaque tecta
hoc caput auricomum: flaui de uertice crines
Stellarum rutilant radij: de hinc aurea pandit
Cornua bina caput capitisque simillima tauri.
Vnum est ortus occasusque aliud.
Ast oculi fulgens ingenti lumine phebus.
lunaque purpureo phebi redimita colore.
prescia uenturi mens constat regius ether.
Quam strepitus nullus nec uis nec fama latere
Archanum ue potest penetratque p omnia uictrix
preterea inuictum corpus sine fine modoque
panditur. Ast humeri magni quoque pectora lata
est aer. Allas quoque uento possidet ille.
his ad cuncta uolans euro est uelocior ipso.
Tum sacer antiqua matre ex tellure tumescat
Venter: et ex altis consurgit montibus ingens
Quem medio pontus succingit rite sonorus.

Vltima preterea terrarum limina: et ampli
Fundamenta globi: fluribundaque tartara plantas
Esse pedum magni constat rectoris olympi
hic dum sub terris celasset cuncta deinde
Eximiis repetens in lucem protulit almam.
Vniuersus igitur mundus iupiter est. Animal ex animalibus deus ex diis constitutus. Iupiter autem est inquantum intellectus est: a quo uniuersa producuntur & qui cuncta creat intelligendo. hoc igitur modo theologis de ioue sentientibus impossibile est talem eius imaginem fingere: qualem carmina descripserunt. Iouem igitur esse credendum est uirtutem prouidentem atque uiuificam quam pila & rotundis figuris significabant. hominis uero simulachrum ei constituunt: quoniam mens est qua cuncta seminali ratione producit. Sedere autem fingitur: ut stabilis uirtus atque inconmutabilis exprimatur. Nuda apertaque habet superiora: quoniam conspicuus intelligentiis & superioribus est. Inferiora uero teguntur: quia occultantur inferioribus creaturis. Sceptrum leua tenet: quia in his corporis partibus cor spiritualissimum uite domicilium inuenitur. Creatiuus enim intellectus rex spiritusque uiuificans mundi est. Dextra uero aut aquilam protendit aut uictoriam. Alterum quia ceterorum deorum dominus quemadmodum aliarum auium aquila ~~est~~. alterum quia omnia sibi subiecta sunt. hec porphirius. Non est autem ab re diligenter considerare quisnam Iupiter esset his carminibus affirmatur. Mihi autem non alius uidetur quam hic uisibilis mundus qui celo ethere aqua terra ceterisque partibus constat. Apte namque in ipsis dicitur regali in corpore cuius singula ponuntur. Et que sint ista de-

clarat: unda ignis tellus & aer. nox simul atque
dies. sapientia primaque origo ac iucundus a-
mor. Ad hec adicitur mentem atque intellectum
iovis ethera esse. quod stoyci postea secuti subs-
tantiam igneam mentem esse mundi & deum
esse corpus. nec creatorem aliud esse quam virtutem
igneam asseruerunt. hec enim a carminibus is-
tis eos accepisse arbitror. prescia venturi mens
constat regnis ether. his verbis manifestum
magnum quoddam mundus esse animal decla-
ratur. Quod cum Iovem appellaverit etherem
quidem mentem ipsius: corpus vero reliquas par-
tes mundi putavit. Sed huiusmodi quidem
carminum iupiter. Interpres autem iste car-
minum universus inquit mundus iupiter est:
animal ex animalibus: deus ex diis constitutus.
Ita nullum alium quam hunc visibilem mundum
significari voluit. Sic & egyptiorum ratio a
quibus orpheus ista recepit: mundum & par-
tes eius deos astruebat. Aliam deinde senten-
tiam asse adiecit. creatorem omnium deum pro-
videntem quendam intellectum esse affirmans.
Quomodo enim separatum intellectum in car-
minibus intelligi dicemus: quem poeta ille. sive
Orpheus sive alius nunquam intellexit. Sive enim
a priscis grecis sive ab egyptiis theologiam di-
dicerat: nihil intelligibile atque incorporeum tradi
ab eis poterat. Siquidem locupletissimus plato
testis est: qui in cratillo clamat ut diximus:
priscos grecos: eos dumtaxat deos putasse: quos mo-
do barbari solem. lunam. stellas. & celum. Sed
Cheremo quoque paulo ante a porphirio citatus
testimonium perhibebat non aliud quam mundum
& partes mundi deos ab egyptiis cultos. nec
quicquam ipsos de intelligibilibus & divinis substan-
tiis intellexisse. Unde igitur poeta ille deum

qui super omnia est uniuersi creatorem p ipsum
uniuersum & partes eius mente solummodo cog-
noscibilem cognoscere potuit. Rei uero in corpore
cognitionem unde habuit. nec certe quitq incor-
poreum ab eo pceptum carminibus ostenditur
creatiua enim mens. nec apluribus constituta
partibus. nec celum sibi caput dici potest. nec
ignis aqua & terra corpus ei conficiunt. nec
oculi eius sol atq luna possunt affirmari. Quo-
modo autem humeros pectora terga & uentre
creatrix mens omnium habebit. aut quomodo
ether mens creatoris dici aut fingi potest. Quod
igitur hec cauillatur carminis huius interpres
neminem fugere potest. Ego uero in profundu
impietatis incidisse arbitror eum qui partes
mundi partes dei putauit & ausus est mun-
dum & deum eundem affirmare. Et ad hec
quasi animam mundi esse intellectum qui
omnia creauit. Non enim pium est coniunc-
tumq mundo creatorem: aut animam cor-
pori putare. Adesse autem ipsum uniuerso
mundo: prouidere ac gubernare diuina scrip-
tura docet. An non impleo inquit dominus
ego celum & terram & rursus deus supra in
celo & idem in terra est. & alibi in ipso uiui
mus & mouemur & sumus. non tamen ut
partes: nec sicut in mente animaq nostra. s
si oportet similitudine uti: sacras litteras au-
diamus celum mihi sedes. terra uero scabel-
lum pedum meorum clamantes. Considera
igitur quanto melius & expressius hec dicta
sunt. nam qui celum sedem appellat terraq
scabellum & uniuersum mundum prouiden
tie dei subiecit & supra omnia deum esse sig-
nificauit. Quippe cum neq scabellum neq
sedes corpus sedentis appellari possit. s nec

partes eius. Qui uero celum caput dei et mentem eius ethera et partes mundi partes dei asseruit: nec creatorem nec deum cognouisse redarguitur. Non enim ipse seipsum creabit, nec mens ipse poterit dici: cuius mens ether est. Quomodo enim deus erit cuius terra et cetera corpora partes res corruptibiles et abiecte. Si uero mens iouis nihil aliud quam ether est, et si aer subtilissimus atque igneus appellatur ether. Id enim uocabulum idem ipsi significare arbitrantur. Suntque ambo hec corpora: aer dico et ether. Animaduerte quo mens iouis iam decidit et cogita quis non mentecaptus deum appellabit eum cui mens corpus quoddam est insensatum atque inanime. Quare merito theologia nostra negatiue omnia hec appellat. quod scilicet neque celum neque ether nec sol et luna, nec stellarum fulgor, nec uniuersus ipse mundus deus sit: sed opera manuum eius. Que omnia parua quedam et uilia reperiuntur. non dico creatori: sed intelligibilibus creaturis comparata: quas immortales et longe corporibus prestantiores beate apud deum uiuere arbitrantur. probe igitur de mundi partibus hoc modo a scriptura docemur. Videbo celos opera digitorum tuorum lunam et stellas quas tu fundasti et opera manuum tuarum sunt celi. Et rursus: Respicite in altitudinem oculis uestris et considerate quis omnia ista monstrauit. Sed age iam reliqua perspiciamus. Impossibile est inquit talem eius imaginem fingere: qualem carmina descripserunt, et ideo ei simulachrum hominis constituerunt: quoniam mens est. qua cuncta seminali ratione producat. Quomodo igitur si mundi et partium eius celi ae-

ris terre ceterarumque huiusmodi imaginem quã
carmina descripserunt: fingere impossibile est: di-
uine mentis effigiem fabricati sunt. Quod enim
corpus intellectui diuino similitudinem habe-
bit: cum nec humane mentis imaginem habẽ
posse cognoscatur. humana enim mens incor-
porea est atque simplex. corpus autem omne cor-
ruptibile atque incompositum. Quare uere ratio-
nalis atque immortalis anima et intellectus eius
imaginem atque similitudinem dei habere dicit[ur].
Immaterialis enim et incorporea intellectualis
rationalisque per essentiam est uirtus et sapien-
tie capax. Quod si humane anime atque mentis
formam et effigiem fingere impossibile est: quo-
niam nec sensu percipitur: quis adeo stultus
erit: ut ligneum simulachrum ac effigiem dei
creatoris omnium similitudinem habere arbi-
tretur. Natura enim diuina omnem materiã
et omnia que percipimus excedit mente solum
modo ac sanctis animis intellecta. Figura uero
iouis que in simulachro conspicitur: mortalis
uiri effigies est: que non totum hominem: sed
peiorem eius partem imitata expressit. nullũ
enim uite atque anime uestigium ostendit. Quo-
modo igitur uniuersi deus mensque omniũ crea-
tura ipse iupiter erit: qui aut in ere aut in
ebore cernitur? Aut quomodo pater herculis
est qui ab Alcmena esse natus dicitur: reliquo-
rumque heroum: qui cum homines fuerint mor-
tales: sue mortalitatis argumenta posterioribus
non pauca reliquerunt. Ut enim in primo pro-
bauimus uetustissimi phenicum theologi satur-
ni filium mortalem ex mortali et ex phenicia
originem traxisse affirmabant. hec eadem egyp-
tii numquam negarunt: preterquam quod ab egypto fuisse
oriundum contendunt. Crhetenses quoque suum

fuisse iouem asserentes: sepulchrum eius mag-
nifice constructum apud eos ostendunt. Athlan-
ti etiam et ceteri omnes qui apud se iouem na-
tum fuisse asserunt: mortalem nunq negauerut.
resq; ipsius gestas mortales enarrant. Fabularum
uero prisis quidem illis expositoribus modo ca-
lida quedam et ignea uirtus: modo spiritus qda
iupiter uidebatur. Nunc autem nescio quomodo
his iunioribus creatiua mens rerum iupiter ap-
pellatur. Interrogandi ergo sunt: quem dicant
patrem auum atq; proauum istius mentis esse.
Ut enim theologia eorum predicat: Saturni filius
iupiter fuit: et Orpheus in predictis carminibus
id ipm confirmabat. Saturnum autem Celi filium
fuisse non negant. Si igitur deus omnium et in-
tellectus qui cuncta creauit iupiter est: quenam
dicent ee saturnum patrem iouis et celum rur-
sus Saturni patrem. Quod si primus iupiter
omnium est quasi creator: necesse est secundos
et post eum ceteros esse qui ab eo creati sunt. Sa-
turnus enim quem tempora ee uolunt: qm iam
tempora motu celi conficiuntur: a celo genitus
dicitur. Celi autem et temporis ipsius causa est
profecto mens illa creatrix: quam iouem appel-
lant. Quare non erit a celo tercius iupiter.
Quomodo igitur tam egyptiis et phenicibus: q
grecis et primis omnibus philosophis tertius a
celo creatiuus iste intellectus in theologica genea-
logia narratur. Patefacta igitur est huius philo-
sophi astuta fictio. patefiet autem magis ex his
que subicit dicens coniugem iovi iunonem rec-
te putarunt. ethream enim atq; aeream uirtu-
tem iunonem appellarunt. nam ether e aer
subtilissimus. Iouis certe mentem ethream ee
carmina significarunt. Modo autem iste in-
terpres diffiniendo aera: ipm dicit ee subtilissi-
mum. corpus aute aer: corpus igitur ether.

Quare mens quoque iouis corpus erit omnium
subtilissimum. Et quomodo corpus atque mens
natura diuersissima idem esse intelligentur.
Deinde nescio quo pacto sui et carminum obli-
tus: quibus aperte dicatur mentem iouis ethe-
ra esse: prescia inquit uenturi mens constat
regius ether. Iunonem etheream ac aeream
uirtutem esse ait. Diuisione deinde utitur di-
cens: uniuersi aeris uirtutem iunonem. Infe-
rioris autem qui lunari luce illustratur: lato-
nam nominari. Latonam enim a latendo di-
ci et obliuionem significare. quia cum anime
lunarem orbem descendendo transierint: diui-
narum rerum obliuiscuntur. propterea Apol-
linis etiam et Diane dicatur mater quibus noc-
tis pelluntur tenebre. At etiam hic inferior cum
lune solisque mater sit: non iniuria per latonam
designatur. Ego uero non uideo quomodo aer
solis et lune mater appellari possit: cum ipse
magis a luminaribus fiat et transmutetur: quam
ab ipso luminaria. paululum uero progressus
telluris uirtutem Vestam appellat. cuius uirgi-
nale simulachrum in fato ignis statuitur. Que
uirtus: quoniam ferax est: mulieris eam specie
denotarunt. Rhea uero quam opem latine
appellamus lapidose atque montane terre uir-
tutem designat. Ceres feracis et plane. Differt
enim a Rhea quoniam bonam ioui peperit deam.
ac ideo imago eius spicis coronatur et papa-
uera que fertilitatis symbolum sunt circa
imaginem ponuntur. hic diligenter animad-
uerte quomodo deorum ipsius iouis matrem
que Rhea dicitur ad terram et lapides detraxit.
et eandem esse cereri ait. quibus adiecit. Quoni-
am autem quedam uirtus etiam proiecti semi-
nis in terram est: quam sol in hiemali solstitio
fouet. bona quidem dea quam et persephone uo-

cant: uirtus seminum est. Pluto uero sol qui tem
pore hiemis remotiorem mundi partem plustrat.
Idcirco raptam ab eo proserpinam dicunt quam
Ceres sub terra latentem queritat. Plantarum
autem omnium uirtus Dionysius nuncupatur.
& bone quidem dee imago germina quedam q̄si
sui symbola protendit. Dyonisius uero cornua ha
bet & muliebriformis & promiscuam uirtutem
generacionis plantarum significans. Plutonis
autem raptoris galea caput tegitur. quod occul
ti symbolum est. Sceptrum uero breue quod tenet
inferioris regni sui symbolum est. Canis autem
eius frugum a terra partum tripartito in proiec
cionem: occacionem: germinacionem diuidi notat.
Athis porro atq; adonis ad fruges ac fructus per
tinere uidentur. Sed Athis flores maxime desig
nat: qui anteq̄ ad fructum ueniant: defluunt.
Quapropter pudenda ei fuisse mcisa dicuntur: q̊m̄a
flores defluxi semina non produxerunt. Adonis
pfectos fructus significat. Sillenus uero spiritua
lis motus symbolum est qui non parum uniu̇so
conducit. cuius caput candore fulgens. celestes
motus. cesaries uero que inferioribus imaginis
partibus apponitur: crassitudinem terrestris aeris
significat. Verum q̊niam uaticinandi eciā q̄dam
uirtus est themis .i. latine carmenta uocitata ē.
eo q; statuta uniciuq; precinat. Quibus omnibus
uirtus hec inferior colitur: ut vesta & uirgo spon
te sua nascentium arborum ferax: ut parturies
nutrix aut Rhea lapidosa & montana: ut Ceres
herbosa uaticinatrix ut themis. Vis autem semi
nalis que in terram descendit quasi priapus ho
noratur. cuius quod ad siccos pertinet fructus
bona dea qđ ad plantaria dyonisius nuncupatur.
Ita bona dea a plutone .i. a remotiore ac sub ter
ra immorante sole sementis tempore rapitur. Dio
nysius uero exacta hieme quasi renouatis tempo
ribus germinat florendi uirtus athida ut diximus perficienda adonim spiritalis sillenium.

presidem possidet. motio autem eorum & quasi q-
dam extensio per bacchum denotatur. Satyri ue-
neream omnium uirtutem ostendunt. Quibus om-
nibus uniuersa terrestris uirtus perficitur. hec neces-
sario tibi exposui ne pulchram horum philosophorum
theologiam ignorares. Cur autem hec quasi dij ho-
noranda sunt que ad alimentum animalium deus
produxit: aut cur nobis terrestris uirtus colenda est.
quibus celestis & immortalis anima inest perspicax
si a sordibus libera est dei rerum omnium creatoris.
Cur etiam si motus spiritalis silenus est. & motiuam
uirtutem significat: tum celestem candore capitis:
tum aeream & crassiorem prolixitate ac densitate
barbe: non magno cum honorari cultu uidemus:
qui omnibus erat preponendus. cum honorari uide-
mus adonin atque dionysium fruges uidelicet atque
plantas diligentissime. Quis autem non mirabitur
nisi insanus sit: cum turpissimi omnium morbi quoniam
satyri & bacchus colantur. Sed non est opus pluribus
ea confutare que sponte sua iacent. Exponenda po-
tius cetera sunt: ne quid archanum & sublime nos
lateat. Aquarum inquit effectiuam uirtutem oce-
anum. symbolum autem eius tethyn appellarunt.
Eius uero aque quam bibere possumus. uirtus ache-
olus dicitur. marine neptunus. quam in quantum
generare potest: amphitryten uocant. & aquarum
quidem dulcium particulares uirtutes nymphe. ma-
ris nereydes nuncupantur. Ignis uirtutem uulcanum
dicunt & in forma hominis ei simulachrum consti-
tuunt. in cuius capite pileus est ceruleus celestis
symbolum uolucionis. ubi integer sincerusque ignis
inuenitur. Nam qui a celo in terram delapsus est:
cum imbecillior sit materiaque indigeat: claudicans
fingitur. Quam uirtutem in sole Apollinem uo-
carunt: a radiorum uidelicet motu: quoniam
palyn grece mouere est. Nouem autem Apollinem
circa muse concinunt: septem uidelicet planetarum
orbes. octaua sphera & hec ultima que sub luna
est. laurum ei dedicarunt: quoniam hec arbos ig-

nea est. Vnde odio a demonibus maxime habetur.
Et quoniam strepitus plurimum sonat: q̄d predi
cendi uirtutem designat. hunc ipsum quia egro
tacionibus medeatur, et morbos pellat: herculem
uocant et duodecim ei attribuunt certamina
quoniam per duodecim signa pertranseat. clauā
et leonis pellem accomodant. Alterum ut inequa
litatem motus significent. Alterum q̄niam in leo
ne maxime uires suas ostentat. huius salutarē
uirtutem esculapius designat cui batillum tra
ditur egrotantium sustentaculum. Serpens cir
cumuoluitur anime atq; corporis signum salu
tare. Naturales enim omnes ceteraq; reptilia cras
sioris dicunt et terrestris esse substancie. Serpentē
uero spiritalissimum ēē animal aiunt. et quod
imbecillitatem corporis exuat et ad medicinam
perspicacissimum ēē uideatur. Nam et ad acu
endum uisum herbam inuenisse et reuiuiscendi
quandam herbam cognoscere traditur. Ignea
solis uirtus que fructus maturat dionysus nun
cupatur. Qua uero racione anni tempora circum
uolutus conficiat: horus dicitur. Virtus autem eius
qua ex agricultura fructum percipimus: quia
diuiciarum largitrix est: pluto esse asseritur. que
cum uirtutem eciam corruptiuam contineat:
unacum serapyde dicitur habitare. Cerberum
tricipitem dicunt: quia superiores solis regiones
tres sunt. ortus occasus meridies. Lunam eciā
dianam nuncupauerunt, que q̄uis uirgo sit: lu
cina tamen est. Quoniam nouilunij uirtus ad
pariundum non parum confert. Quod autem
Apollo in sole est: id in luna minerua qua pru
dencia designatur. Rursus luna hecate dicitur
ꝑꝑ uarias corporis eius figuras quas a distancia
solis sumere uidetur. Triformis enim uirtus eius
est. nam nouilunij uirtutem candidis et aureis
uestibus et ardente face significant. Cysta uero

cum iam media sit designatur quoniam crescente
lumine fruges maturat. Plenilunii autem uir-
tutem ferrugineo colore denotarunt. Ramus
ei laureus attribuitur quoniam a sole ignea fit.
papauer propter fertilitatem et multitudinem
animarum que in ea tamquam in ciuitate habi-
tant. ciuitatis enim symbolum papauer est.
Arcum habet ut diana: quoniam partus dolores
acuti sunt. Parce quoque ad uirtutes lune refe-
runtur. Clotho ad generandum. Lachesis ad
nutriendum. Antropos: quoniam inconuertibilis
dea est. trypin enim uertere grece significat.
Fructum etiam generatiuam uirtutem quam
cererem appellant: lune cohabitare dicunt ad
exaugendam uirtutem eius. Continetur enim
bona dea lunari potestate. Dionysum quoque
sibi accomodant: partim propter cornuum produc-
tionem: partim propter nubium locum qui lune
subiacet. Saturni autem uirtutem quoniam
tarda et frigida est: tempori attribuerunt. quem
seniorem depingunt. quia tempore uniuersa
senescunt. Occasiones autem curetes significat
et saturni custodes sunt. Temporis enim obser-
uatio quedam occasio est. Quatuor uero anni
tempora: alia soli que aeris ianuas aperire di-
cuntur: alia cereri attribuimus. cystasque fe-
runt duas. Alteram florum, quia uer: alteram
spicis quia estas significatur. Virtutem uero
martis quoniam ignea est atque atque sanguinea
bellis prefecerunt. plurimumque obesse atque pro-
desse putauerunt. Venerem generandi uirtutem
possidere dicunt: spermatis et cupiditatis cau-
sam ei mulierisque formam accomodant propter
generationem pulchram fingunt quia uesper est
que pulcherrima in celo stella esse uidetur. Cui
cupido assistit propter cupiditatem ubera et genitalesque

partes teguntur: qr spermatis & nutricionis hec
menbra causa sunt & ex mari esse perhibentur.
Quod elementum humidum calidumque est. &
motu crebro spumas eicit. que res spermatis sym-
bolum est. Orationis autem & interpetrandi uir-
tutem mercurium appellarunt. qui protensus
atque rectus fingitur propter orationis uigorem..
quamuis & dionysii spermaticas uires que per
omnia tendunt significare confirmatur. Sed cum
oracio composita sit: aliam in solem ponunt &
mercuriū appellant. aliam in lunam quā nun-
cupant hecaten. aliam uniuerso & appellant
hermopan. In omnibus enim seminalis uis est.
Mercurii autem filium cupidinem dicunt. quoniam
amandi uirtus oracioni quoque attribuitur. Uni-
uersi symbolum pana ēē affirmant cui cornua
dederunt propter solem & lunam. uariam panthere
pellem propter uarietatem celestium. Sed hec grecorum
sunt. Egyptiorum autem ait deorum symbola
talia sunt. Creatorem inquit. cneph egyptii ap-
pellant cuius imaginem in forma hominis fa-
ciunt colore ceruleo zonam tenentem & sceptrū
cuius in capite pennam ponunt. significantes
difficilem inuentu esse creatorem & neminem cons-
picuum. uiuificum etiam & regem & intelligi-
bili motu circumlatum. hic deus ab ore inquit
ouum producit a quo nascitur deus. quem egyp-
tii phtha: greci uulcanum uocant. significatur
autem huiuscemodi ouo mundus. huic deo id-
circo ouis dedicata est: quoniam pusili lactis potu
degebant. Uerum mundi quoque ipsius simula-
chrum tale fingebant. complicatos habet pedes
uestem uariam usque ad talos indutum aurream
pilam capite sustinet. partim quia locum non
mutat: partim propter uariam stellarum naturam:
partim qr mundus ipse rotundus est. Solis

imaginem in naui collocant que crocodillo fertur: ut per nauigium motus in humido. per crocodillum autem potabilis aqua significatur in qua solem ferri contendunt. Celestis autem atque terrestris telluris uirtutem isin appellarunt. Ison enim grece equiuale est: unde iusticia oritur. Celestem tellurem lunam esse asserunt. Terrestrem uero hanc frugum procreatricem quam habitamus. Quid ergo ceres apud grecos est .i. isis apud egyptios. Et rursus bona dea et dionysus apud grecos isis et osyris apud egyptios. fructuum ei procreatricem uirtutem osyrim putant quam fletibus placant. quoniam occationis tempore in terris occultetur. Designat autem etiam pluuialem nili uirtutem. Verum quando quidem tellurem terrestrem per osyrim denotant: fecundam terram intelligunt. quando uero celestem: nilum esse aiunt. hunc enim osyrim .i. nilum a celo defluere arbitrantur quem etiam deflere solent lachrymis reuocari uirtutem eius putantes que ceteris temporibus deficere uidetur. Ysis autem que secundum fabulas osyridi coniungitur: terra egyptia est. Isidos enim maritus osyris est qui et frater et filius eius traditur. In elephantinopoli autem egyptia urbe simulachrum colitur cerulei coloris uiri corpus: caput arietis habens. Arietis igitur caput et facies et caprina cornua que habet coniunctionem solis et lune in ariete significant. Ceruleus color sibi attribuitur: quia lunaris coniunctio humidior est. Secunda uero lune lux in Apolinopoli urbe consecrata est cuius symbolum homo accipitris habens faciem lancea typhona interficiens. hoc simulachrum candidi coloris est. qui color ab alio lunam accipere lumen significat. Accipitris uero facies a sole id fieri denotat: unde et spiritum attrahit. Soli enim

accipiter dedicatur qui lucis & spiritus symbolum
apud eos est: alterum ꝓpter motus uelocitatem:
alterum quia in altiora uolat que lucidiora
inferioribus sunt. In misteriis autem apud he
leusina antistes qui sacrarum rerum expositor
est: imaginem fert creatoris ille: qui faces te
net solis qui stat in ara lune sacrorum preco
mercurii. Castellum autem quoddam egypti
est quod anamis appellatur: ubi homo colitur.
qui que sibi ad sacrificium preparantur: come
dit. Quod autem animalia deos non arbitrent?
sed imagines & symbola deorum putant: inde
patet quia soli & lune boues sacrificant. & in
elyopoli maximus bos & integerrimus quem
mneum appellant: ad imaginem solis colitur.
Nam & solis ardor nigriora humana corpora
reddit. habet autem caudam ille bos & totum
corpus pilis ad contrariam partem quam in
aliis bobus inclinatis densissimam. Quoniam
& sol contra totius motum mouetur. Testiculos
maximos habet: quoniam uenerea cupiditas
caliditate uiget. Et sol seminarum nature
appellatur. Lune taurum dedicauerunt quem
apim nuncupant. nigrum preceteris & signa
solis atque lune habentem. habet enim ex sole
luna lumen. Solis symbolum est coloris nigredo
& qui sub lingua est scarabeus. lune uero co
loris diuisio. hec breuiter a porphirii libro ne
quid instituere grecorum ac egyptiorum theolo
gie nos fugeret: conscribere placuit. Quos
errores nos fugimus & transfugas nos predi
care non pudet. non enim terrebit me arro
gans illa oratio. explicabo quibus fas est.
procul hinc abestote scelesti. non enim nos
scelesti sumus qui hos errores fugimus: sed qui
turpes atque obscenas has fabulas & scarabeos

ac ceteras beluas ad summam theologie sapientiam
accipiunt qui iuxta uocem apostolicam cum sapien-
tes se dicant fatui sunt inuenti: quoniam incorrup-
tibilis dei gloriam in similitudinem imaginis cor-
ruptibilis hominis. nec hominis solum: uerum etiam
uolatilium quadrupedum et serpentum commu-
tarunt. Verum quoniam mysticam ac archanam
hanc theologiam ad incorporeas uirtutes redu-
cit: ne uideatur ad has uisibiles mundi partes
cultum diuinum referre: consideremus ne om-
nia sibi rursus labantur. cum una diuina uirtus:
non multe colende sunt. Nam quemadmodum
quamuis multe partes et menbra unius corporis
sint: non tamen tot anime: sed una in uno ho-
mine anima est: Sic et in uniuerso putandum
unum quidem ex una materia esse mundum.
plurimis partibus constantem. cuius non multe
sed una est creatiua uirtus ueri dei uirtus et sa-
pientia. Illud autem ridiculum est quod etiam
egyptiorum nugas ad incorporeas transtulit
uirtutes: oblitus cheremona illum ab eo pro-
ductum qui preter hec uisibilia nullum alium
ab egyptiis cultum fuisse deum testabatur.
et omnia in res naturales: nihil in rem incorpo-
ream illos traduxisse. Cur igitur cum ipsi egyp-
tii incorporeas et uiuas substancias nullo se
modo colere clament: friuolas has inuenciones
excogitasti. Et uniuersaliter quidem omnia
sic refutantur. particularum autem non diffi-
cilis redargutio est. Nam ut egyptiacas nu-
gas preteream: quis mentis compos non derri-
debit has grecorum phisyologias. Si enim
Iupiter secundum eos non ignea illa uirtus
atque etherea ut teste plutarcho prisci pu-
tabant: sed supremus ipse intellectus rerum

omnium creator & uita est: Quomodo Satur-
nus pater eius erit per quem tempus signifi-
cari uoluit. Ops autem quo pacto mater quã
interpres iste lapidosam & montanam uir-
tutem esse asseruit. Iunonem uero aera esse
dicens nescio quomodo & sororem & uxorem
creatoris intellectus atque uiuifici esse affir-
mat. Latona rursus si quasi quedam obli-
uio sit: que animas ad inferiora hec lapsas
consequatur: quomodo hec obliuio solis & lu-
ne mater erit. Appollinem quippe atque Dia-
nam Latone liberos ad solem & lunam tra-
duxit. Cur autem opem aut cererem .i. se-
cundum ipsum lapidose atque montane telluris
& plane ac equalis symbola colenda esse
putant: cur Dionysium preterea & Athyn &
Adonyn generatiuam s. plantarum uirtutem
aut inmature defluentium florem, aut per-
fecti fructus symbola tamquam dii colendi sunt:
cum humanum genus ad usum cuius omnia
hec a creatore producuntur: multo atque mul-
to illis honorabilius sit. hoc modo & reliqua
facile redargues. & si diligentius considerabis:
mirandam impudentiam eorum dices: qui so-
lem modo Apollinem: modo herculem: deinde
Dionysium ac esculapium dicere non uerentur.
Quomodo enim idem pater & filius simul .i.
esculapius erit atque Apollo. Quomodo autẽ
sol hercules est cum Alcmene mortalis femi-
ne filius hercules perhibeatur. Aut quomodo
furore sol exagitabitur & liberos matatus
interimet suos. Quod herculem fecisse omnes
fatentur. Sed duodecim inquit certamina:
duodecim celestia signa sunt. Quis igitur heu-
rusteus excogitabitur qui soli hunc certandi

laborem inuito imponat. Quomodo autem ad
solem quinquaginta festiades & reliqua capti-
uarum multitudo: quibus omnibus herculem
conuenisse fabulantur: reduci poterunt. preser-
tim cum mortales liberos ab illis herculem sus-
cepisse confirment: a quibus herculeum genus
factum per longa tempora successione durauit
Quem porro esse centaurum dicent cuius sangui-
ne cruentatam uestem soli deianyra obtulit: unde
succensus furore dicatur fuisse. Verum non hercu-
lem: sed dionysum esse solem ponamus. Que igitur
eum genuit. siue Semele quedam siue persephone
Quomodo autem Dionysius iste & sol simul erit
& germinandi miranda uirtus. Quam autem di-
cemus multitudinem mulierum fuisse: que cum
Dionyso militauit. Que uero solis erit ariadne
Quare autem non omnium qui a terra nascun-
tur: sed uini solum modo Dionysius largitor. Quod si
Esculapius eis sol est: quo a Joue turpissimi causa
questus fulmine percutitur iuxta pyndarum sic
de ipso dicentem.

Aurum illi nimium preciosaque muneta cure
horrendum inde pater diuorum conatus ita
Contorsit fulmen animamque e corpore uulsit.

Asclypiadum uero genus quod multis seculis in
grecia floruit unde nam ortum est. Sit sane
uerisque & certis rationibus in solem & lunam
& reliquas partes mundi fabule transferantur.
Ergo rursus creatore relicto falso creaturas co-
luerunt. Quod si non partes mundi: sed inuisi-
biles creatoris uirtutes quibus omnia replet:
omnibus adest: omnia gubernat & continet
colere se dicent. quare non proiectis fabulis
sicut impiis atque turpissimis ad ipsum uerum
ac unum deum non conuertuntur. hoc enim
facere debent. Non autem quasi mentecapti
uenerabilem dei appellationem creaturis

ascribere · nec in profundis ita se ipsos tenebris clau-
dere: ut intus se deum inuenturos confidere uide-
antur · nec in simulachris & inani materia di-
uinas honorari uirtutes putare · nec sanguine
ac nidore quasi res gratas creatori offerre · A qui-
bus omnibus liberatos oporteret tamquam ueros phy-
losophos magna uoce predicare · Non hec se uisi-
bilia sed inuisibilem solummodo creatorem admi-
rari & inuisibiles atque incorporeas eius uirtutes
inuisibiliter colere · non incendendo ignem neque
arietem aut taurum sacrificando · non certis &
simulachris sed pio animo & recta de deo senten-
tia & uirtute que ut possibile hominum est: ad
dei nos adducit similitudinem · Sed nullus umquam
barbarus, nullus grecus ante doctrinam Salua-
toris nostri hanc ueritatem cognouit · Saluator
autem noster solus omnes undique gentes euan-
gelica predicatione ad ueram religionem con-
uocauit · Sapientes autem huius seculi omnia
se scire iactantes: cum deum cognouissent: non
ut deum glorificarunt, aut gratias egerunt
sicut Apostolus ait · Sed obtenebratum est impru-
dens eorum cor: ut dicentes se sapientes: stulti
inuenti sunt: creaturas non creatorem colentes
qui est benedictus in secula · post enim longam
philosophiam, & misticam immo uero impiam
theologiam a physiologia sua deiecti multitu-
dini conferuntur, & multorum errores simu-
lachris sacrificando adaugent · Quare patet
pudore uictos turpitudinem theologie sue phy-
siologia celare uoluisse: cum opere fabulas
comprobent · Quod mihi mirum nequaquam esse
uidetur: cum & ipsos deos uideo fabulas con-
temnere non posse · Quippe operepretium est
Apollinem ipsum, & Esculapium audire quid
de se ipsis dicat · Sic ergo Apollo teste porphyrio

in libro quem de responsis scripsit: de se ipso edidit.

Cum latona graui partus compressa dolore
Commotique essent gemini intra uiscera diui
Stabat terra aer stabat fixa insula robur
Accepit: fluctus etiam mitescere ponti
Cepere arcitenens uatesque exiuit Apollo.

Esculapius quoque de seipso hec loquitur
Natus ego ex sacra tryca cui tota medendi
Ars: cui sese omnis pariter sapientia debet
Quem mater peperit compressa ab Apolline magnum
Illum Esculapium diuum numeroque receptum

Mercurius autem sic de se ipso clamat.
Sum ioue mercurius mayaque Athlantide natus
Formas etiam suas ipsi describunt ut ex hoc panos oraculo aperte monstratur.
Exolue pam mortalis uota bicorni
Deliciasque deo pariter bipedi capricuro.

Non ergo uniuersum ipsum pan est: sed demo quispiam talis uidelicet qualem se ipsum hoc oraculo descripsit. Non enim uniuersus mundus hec carmina edidit. Mercurius etiam quomodo interpretatiua oratio dici potest: cum maye athlantidos filium fuisse se fateatur. Et Esculapius quomodo sol erit qui se tricensem fuisse affirmat et a mortali se muliere natum non inficiatur. Quomodo autem cum sit solis filius: sol ipse erit. Solis autem et mortalis cuiusdam mulieris filium se appellans quomodo non erit ridiculus. Apollo etiam si sol est quo pacto in delo insula genitum se a latona predicat. hec obiicienda eis tum maxime censeo quando impudenter saluatoris nostri uirgineum partum deridere audent. presertim cum non a poetis ista: sed ab istis dijs dicta sunt. Cum igitur et poete fabulose theologiam tradi-

derint philosophi physiologice fabulas intelligunt.
Dii uero ipsi aperte qui et unde fuerunt oraculis
suis declararint manifestum enim est: quia dys cre-
dendum est. uel quia dii sunt / uel quia unusquisque
melius quam ceteri sua cognouit. Quod si ita est phy-
losophorum physiologie false omnino inueniuntur.
Sin uero phylosophi ueritatem assequuntur ipsorum
deorum: de se ipsis testimonia falsa relinquentur.
Sed illud forsan quispiam obiciet quia respon-
sum Apollinis phylosophorum sentencie conueni-
ens hoc modo inuenitur.

Sol et osyris item dionysius. horus Apollo.
Rex et item retinet lucis qui et noctis habenas
Qui uentos qui dat imbres qui tempora mutat
Stellarum summus rex immortalis et ignis.

Iidem ergo dii et poetarum fabulas et phylosophorum
sentencias comprobantes pugnancia de se ipsis con-
firmant. Nam si mortalem sibi matrem ascribit
Apollo et patriam unde oriundus fuit sponte
fatetur: quomodo sol erit. Quod si sol est: quomo-
delos insula patria et mater latona. hec enim
uera esse idem Apollo respondit. preterea si Apollo
sol est: quomodo hec de se ipso cecinit. Utrum sol
de celo in aliquem hominem descendit et hec de
se cecinit. Sed non est possibile talem tantamque
substanciam homini se subicere. An intelligen-
cia et uirtus illa que in ipso est. Sed nec illam
anima hominis umquam suscipere potuit. Eadem
utemur racione de luna quis potestatem que in
luna est: hecaten appellantes et malignorum spi-
rituum originem putantes: cum ad amorum
obscena inuocent ministeria concedendum eis
fortasse uideatur. Quomodo autem et pluto
et Sarapis in solem referuntur: cum malignorum
spirituum princeps esse Sarapis predicetur. Ex
quibus omnibus mystica phylosophorum theolo-
gia falsa et cauillatoria uniuersa uidetur. Ora-

cilorum autem omnium auctores demones esse
malignos qui nonnumq̃ fabulas / nonnumq̃ phy
losophorum sententiam ratam faciunt: ut et il
los derrideant & hos maiore arrogancia perdant:
quis non uiderit. his ita dictis iam tempus est
in alio uolumine terciam partem gentilium
theologie percurrere. quam ciuilem appellant
Nam quoniam in tria genera theologiam par
tiuntur: in fabulosum quod eciam hystoriam
appellant poetis maxime attributum. in natu
rale atq; misticum quod phylosophi approbarũt
& in ciuile quod in singulis ciuitatibus consue
tudine ac legibus defensatur. — .

Liber Quartus incipit :~

His ita dictis iam tempus est in
hoc uolumine terciam partem gen
tilium theologie percurrere. quã
ciuilem appellant. Nam quoniã
in tria genera theologiam partiũt:
in fabulosum qd eciam historiã
appellant poetis maxime attribu
tum. in naturale atq; mysticum quod & phylo
sophi approbarunt & in ciuile quod in singulis
ciuitatibus consuetudine ac legibus defensatur.
Estq; de duabus primis partibus in superioribus
libris expositum. tempus iam est terciam quoq;
portionem quam ciuilem appellant testimonio
semper ipsorum utentes redarguere. Continent:
igitur in hoc tercio genere oracula responsa cu
re morborum in hominibus piis & econtra in
iecti uel aucti morbi in impiis. Quarum om
nium rerum periculum fecisse dicentes pie se
deos colere. Nos uero impie facere affirmant: q
tam manifestas uirtutes contemnimus leges
patrias transgredientes. quas ita oportet suare

unumquemque: ut nemo debeat res nouas temera-
ria cura scrutari. presertim cum a legibus capitalis
pena aduersus eos decernatur: qui secundum leges
et consuetudines patrie deos non uenerantur. Sed
primum quidem et fabulosum theologie genus
et secundum naturale scilicet ac alegoricum unusquisque
sicuti placet inquiunt interpretetur ac reprobet.
Tertium autem quod singularum legibus ciuitatum
comprobatur. nec quisquam poeta nec phylosophus
moueat: nisi uelit tamquam ipsius iure patrio puniri.
Ad hec igitur nobis dicendum rationeque reddenda quare
saluatoris nostri euangelica predicatio omnium gen-
tium huiusmodi legibus contemptis ad uerum sui
cultum nos reuocat.

Cap^m p^m

Q[uod] hominum arti[...] responsa reddi qu[...] non temere diceret.

Quales igitur eas uirtutes
que in simulachris habitant dicere oportet. utrum
bonas et uere diuinas: an contra. hoc enim modo
mihi non placet eos interrogare. Nam alius for-
tasse non ita faceret. sed nullam omnino uirtutem
in simulachris esse contenderet et hominum mali-
tia arteque malefica omnia fieri probaret. Responsa
enim ipsa ad decipiendos auditores ab astutis et
cautis hominibus ambigue ad utrumlibet euen-
tum esse acute composita. Miracula uero que simu-
lachris attribuunt natura rerum fieri. Multa enim
esse genera herbarum multa lapidum secreta qua-
dam et multis ignota natura insita morbos quosdam
pellentia: quosdam inducentia. Alia enim contra-
here atque densare: alia distrahere et rarificare ten-
dere aut omnino mutare et saluare natura esse.
Quod alia breui tempore: alia longo efficiunt. et
alia in longum durant: alia dissoluuntur. Ita non
nulla conseruatiua sanitatis inueniuntur: nonnulla
econtra morbos inducunt. Multa enim lune lu-
cem ita secuntur: ut simul cum ea crescant atque
decrescant. Animalia igitur non nulla plante la-
pides aromata magnas uirtutes insita sibi na-
tura possident. Ad que omnia positio quoque lo-

corum multum conducit. Instrumenta etiã ipsis
ad huiuscemodi artem multa ante preparata &
ministros eis esse multos diceret qui per ciuitatẽ
uagantur inuestigantes. cuius rei quilibet egeat:
ut intelligant quid petiturus adeo uenerit. pp-
terea et aditis & ex penetralibus & profundissi-
mis plerumq3 speluncis responsa ferri: ut et te-
nebre ipse non nihil conferant & non nulli lateãt
in cauernarum secessibus nuncij atq3 ministri.
Ad que omnia uidelicet non parum superstitio
& opinio faciat hominum. preterea multitudinis
insiciam & eorum astutiam: qui hec peragunt:
non parum posse qui uoluptate capiant: interro-
gantes bona spe sibi proposita uel si nonnulla con-
iectura: quid euenturum sit consequi poterunt.
aperte ut in ceteris credantur: mala prenuncient.
Sin uero nihil coniecturis inuenitur ambiguitate
ita fallant: ut redargutionem effugere uideant.
Multa uero etiam contingere alijs quibusdam
cauillationibus adhibitis. Nam & cantando nõ
nunq̃ peragere quedam uidentur & inaudita
quedam nomina inuocant: ut uideantur di-
uini. Maxime autem multos decipi cum aliq̃
liter electi sint quos ipsa responsorum mira-
bilis compositio & uerborum elegantia & ora-
tionis grauitas simul & ambiguitas adeo tra-
hit: ut diuina esse facile credant. Ex illis autẽ
responsis que ambigue dicta non sunt sʒ qua-
dam futurorum coniunctura clarius prolata
multa: immo uero pene omnia falsa inuenta
sunt. Vnde si quod etiam euentu rerum com-
probatum fuerit: casu potius q̃ ratione id ac-
cidisse credendum. Que quamuis paucissima
sint: feruntur tamen in parimis & lapidibus
insculpta permanent. Que autem falsa fue-
runt pene innumerabilia: eorum nullus me-
minit. nihil illud animo uoluit bellorum &

sedicionum hec responsa deorum causam fuis-
se plerumque. nec etiam eo tempore quando gre-
cia florebat et demonum supersticio in ea uige-
bat: clarum quiddam et utile facinus predic-
tione deorum factum unquam fuisse. In calamita-
tibus enim bellorum nihil providentes dereliquerunt
eos quos in summa pericula bellorum res-
ponsis impulerunt. Quod loco suo planius facie-
mus. probabimusque multos ab illis in bella inie-
ctos nec utiliter unquam responsum: sed ambiguitate
qua ignorantiam suam tegebant: delusos decep-
tosque fuisse querentes. Multa enim etiam tu ipse
ab historiis colligere potes: quibus sepenumero sa-
lutem et uitam egrotantibus promittentes quasi
dii crediti ac diuine predicationis magna exac-
ta mercede euentu ac morte languentium pate-
facti sunt malefici quidam uiri: non dii fuisse.
Quid autem oportet dicere quod ciuibus suis isti
fatidici non nunquam profuerunt. et eis qui de lon-
ge ueniunt ignotique sunt: mirabilia promittunt.
cum certe oporteret ciuibus magis suis quam alienis
deos propicios facere. Sed quia peregrinos igno-
rantes maliciam suam facile decipiunt. ciues
autem suos longi temporis periculo doctos deci-
pere non possunt. hoc ita fit: uniuersam rem is-
tam humane inuentionis opus fuisse quispiam
assereret. Unde ab omnipotente iam deo cum
templis et simulachris deiecta omnino putrescit.
Ubi enim est oraculum delphicum quod magna
religione ab omnibus colebatur. ubi Apollo py-
thius aut clarius ubi dodoneus Iupiter. Delphi-
cum quidem oraculum ter a thracibus concre-
matum fuisse traditur. neque unquam ab Apolli-
ne calamitas illa predicta. Idem de capitolino
ioue ptholomeorum temporibus fuisse audiui-
mus: quando ueste quoque templum exustum

fuit. Magna vero illa effigies iovis quam decus
quasi universe grecie dicunt fuisse: temporibus
Julij cesaris in ipsis olimpias certaminibus ful-
mine divinitus icta flagravit. Antiquoribus
etiam temporibus capitolinum arsisse templum
fertur et pantheum fulmine disiectum atque
dirutum narratur. Sarapis quoque sacrarium
in Alexandria similiter arsisse non ignoramus.
Que omnia ab ipsis gentilibus conscripta te-
nemus. Quid igitur mirum est si aliis prodes-
se non potuerunt: qui ab extremis se ipsos pe-
riculis non defensarunt. Illud autem quod ma-
ximo argumento est ab hominibus hec: non
ab alia virtute fieri non pretermittam. nam
multi vatum atque aruspicum non solum
priscis: sed etiam nostris temporibus tormen-
tis in iudicio coacti universam rem suis in-
vencionibus fieri ediderunt. a quibus modos
quoque artificij exquisitius patefactos non
ignoramus. Qui tamquam seductores et malefici
viri ultimo supplicio secundum leges affecti sunt.
Que res adeo clara est: ut neminem lateat. Non
enim deiecti quidam et ignobiles: sed alij gene-
rosam istam philosophiam pallium induti et
supercilium elevantes profitebantur. Alij pri-
mates Anthiochene Civitatis fuerunt et illi
maxime qui adversus veram christi religionem
multa conati sunt. nec sumus nescij philosophum
quoque illum et vatem similia in myleto passum
interisse. Quibus omnibus in unum collectis
non dubitabit forsan aliquis dicere nec deos
nec demones hec oracula constituisse: sed seduc-
torum atque improborum hominum ad turpes
questus excogitacionem fuisse. Quam opinio-
nem multis etiam grecis et illis maxime qui no-
minatissimi phylosophi fuerunt placuisse non
ignoramus. Nam perypatetici homines cynici

atque epicurei sic sentiunt. Quos ego id circo sumopere admiror: quia nati et educati moribus corruptissimis et apparentibus tam deos quam oracula revereri docti sua sponte potuerunt ab erroribus illis emergere. adeo ut scribere quoque ausi sint non modo falsa: verum etiam inutilia et multorum detrimentorum causam oracula esse. Quorum scripta: cum pene infinita sint: unius testimonium mihi non sufficit. Qui cum chrisipus a predictione deorum fatalem vim confirmare vellet: sic adversus eum conscribit redarguens quia male responsis deorum: que ut plurimum falsa sunt: factum esse ostendat. Audias igitur quid ipse ad verbum scribit. Ad hec alia quoque ratione in his que de fato conscripsit chrysipus utitur. non enim possent inquit predictiones vatum vere esse ac certe: nisi fato fierent universa. Que ratio multo maior est quam cetere. quasi enim verum atque concessum esset: veritatem in responsis deorum contineri quasique id manifestum sit: omnia fatis fieri: ex hoc intulit. Videmus autem omnino contrarium. Aperte namque patet plurima ex oraculis mendacio ac fraude composita. Verum chrysipus ex alterutris hec comprobavit. Omnia enim fatis fieri mendose ostendit: quia vaticinatio sit. Vaticinationem vero mendose esse probat: quia omnia fatis fiunt. Quo probationis modo nihil vanius excogitari potest. Quod si nonnulla responsa eventu rerum vera fuisse contendat: quia perpaucissima illa sunt: non vaticinii certitudine: sed casu sic accidisse. quod nullam esse vaticinii artem ostendit. Nec ei arcu aut funda artificiose uti eum dicemus: qui cum sepius atque sepius telum proiecerit: semel aut ad summum bis vel ter ad signum pervenerit. cum pene infinities longissime a signo abfuerit. nec ille certe medicinam tenet: qui cum multos interemerit: vix tandem unum

a morbo liberauit. Nulla enim sciencia uel ars
dicatur que omnia uel saltem plurima ad debitū
finem non deducat. Quod autem omnia fere fal
so uates isti predicant: uniuersa uita hominum
testis est. & isti ipsi maxime qui uaticinandi ar-
tem profitentur. quos manifeste uidemus cum
sibi aliquid agendum utile imminet: sententia
& consilio eorum uti diligenter qui rerum periti
am habere putantur. Verum quod uaticinatio nulla
sit: in aliis plenius approbabimus. Ea etiam affe
rentes que hac de re Epicurus conscripsit. Nunc
autem illud quod diximus confirmandum non
esse .s. artis: sed casus ueritatem oraculorum. Cum
enim non semper neque plerumque: sed rarissime ali
quid assequimur: nec sciencia nec arte: sed casu &
fortuna id factum dicimus: si uocabulorum po
testates recte rebus accomodamus. Ad hec si e
ciam concederetur uera esse responsa: uaticinandique
autem non fictam fatata quidem esse omnia pro
be sequeretur: utilem uero esse diuinationem ho
minibus nullo modo hinc demostraretur. Sum
mopere namque uaticinationes Chrisipus laudat
tanquam humane uite perutiles. Sed quenam utilitas
sequetur: si futura omnino mala predicas: cum
nullo modo cauere possis. Nam que fatata sunt:
nemo euitare potest. Nulla igitur utilitas: im
mo uero & dolor inde sequitur. Meror enim propter
futura mala hominum animos perturbat. nec
uero econtra ex predictione bonorum leticia
homines afficiuntur. Non enim tantum solent
homines expectatione bonorum gaudere: quantum
timore malorum exagitari. Preterea mala nobis
imminere: nisi audiamus: nullo modo cogitamus.
bona uero humanum genus expectare solet propter
nature mirabilem ad ea inclinationem. Ita fit
ut bonorum nuntiatione non magnopere au-
geatur leticia. immo autem non numquam etiam
minuatur: si maiora sponte sperauimus quam ua
ticinio predicantur. Malorum autem predic-

Inutilem esse diuina
cionem. cap^m 2^m

tione: quoniam preter spem sepenumero annu-
tiantur: uehementer turbemur. Verum etiam
si hec ita non se haberent: neminem tamen la-
teret nullam esse in diuinatione utilitatem.
Quod si quis dicat: ideo ipsam conferre homini-
bus: quia futura mala predicat: nisi caueamus
is fatorum uim abstulit. Siquidem nostrarum
uirium est cauere & non cauere. Quod si neces-
sario id quoque fieri quispiam contendat: ut fati
necessitas uniuersa complectetur: Sic diuinacionis
comoditas nulla erit. fiet enim omnino quod fata-
tum est: etiam si omnibus oraculis predicetur.
Eďypodi quidem & Alexandrum priami filium:
ipse quoque chrisipus asserit non potuisse aparen-
tibus interimi. quamuis summopere id facere studuis-
sent: ut malum quod ab illis sibi futurum erat:
effugerent. Sic nec diuinacio nec studium eis
suum profuit propter fatorum necessitatem. hec ille.
Tu autem illud semper probe teneas: perypateti-
cos ut diximus cynicos atque epicuros / grecos ho-
mines atque philosophos & grecie moribus apuerutia e-
ducatos / & inquisitioni ueritatis maxime dedi-
tos oraculorum responsa omnia tanquam inania
contempsisse. Quod certe nequaquam illi fecissent:
nisi apertissime rem falsam omnino uiderent.
plurima huiuscemodi colligere in animo non est.
nam quamuis magna istorum copia sit: non ta-
men hoc pacto quia scilicet hominum inuentione ac
acuta excogitatione oracula penitus constent.
Sed sicut incepi aliqua uirtute fieri hec non in-
ficians: respondere constitui. non enim parum
huius loci refutatio euangelio conducit. Nam
si omnes simul greci atque barbari ante aduentum
saluatoris nostri deum uerum ignorasse & a ma-
lignis demonibus in morem cecorum fuisse ducti
ostendentur: Quomodo non magis euangelice
dispensationis mysterium admirabimur: quo

undique a seductione & oppressione demonum liberati sumus. Ex illo enim tempore ad huc usque diem cum ipsis simulachris atque templis cuncta ubique iacent oracula. & pro eis orandi & hymnis efferendi uerum deum & saluatorem nostrū ecclesie in mediis urbibus euangelice doctrine uirtute in toto orbe condite sunt. ubi animis piis & cultu uirtutis fulgentibus secundum salutaria & diuina precepta quotidie ab omnibus gentibus hostie que sole deo placent: deo saluatori nr̄o offeruntur. Quibus cum simul etiā illud ostenditur: non temere nos uti multi putant superstitionem aparentibus traditam cōtempsisse. Sed uero certoque iuditio ueritatem euangelicam amplecti. Sed de his hactenus. Tempus enim iam est: ut propositum negocium capiamus.

Diuisio gentium theologie. ca^m. 3^m.

In quatuor igitur genera exquisitissimi falsitatis theologi non theologie modum quendam ut in superioribus: sed quasi subiectum ipsius partiuntur. In primis enim deum patrē omnium atque regem locandum putant. Deinde aliorum deorum multitudinem sequi contendūt. tertio loco demones. Quarto heroas ponunt. Quos omnes lucem esse appellarique autumant: preter malignos demones qui tenebre appellantur. Demones enim alios bonos: alios prauos arbitrantur. Et hos ita primum locum in malis obtinere: quemadmodum deus in bonis. ita rebus diuisis diis quidem celestia & usque ad lunam habitatula tribuerunt. Demonibus autem regionem lune atque aeris: animis terrestria & inferna. Deinde precipiunt celestes quos & ethereos deos appellant summa eē religione colendos. post eos bonos demonas. Tertio heroum animas, extremo prauos demones placandos aiunt. hec uerbis partientes: ope maliuolas uirtutes demonum solummodo colere inueniuntur. Consideret enim unusquisque qua-

lesnam putari oporteat eas uirtutes que idolis co-
luntur: deos ne an demones. et utrum bonos de-
mones an proteruos. Quod facile facere poterit
si diligenter his libris attendet. Ignorare autem
non oportet nullum demonem a diuina scriptura
bonum appellari. neq; deum alium uere atq; pro-
prie preter unum qui omnia creauit. Virtutes
autem bonas que creaturis connumerantur: nec
deos nec demones: sz dei angelos et spiritales minis-
tros potestates diuinas archangelos aliisq; nomi-
nibus pulchre accomodatis nuncupat. Demones
autem si potestatem nominis dicere licet non qr
daimones sint quod latine scientes dicere possumus
sed quia dimenin soleant pulcherrime appellauit.
Id autem latine tum timere tum terrere significat.
Absurdum certe omnino est bonas et malas uirtu-
tes que nullas operationis similitudines habeant:
eadem appellatione confundere. Videamus igr
quenam uirtutes oraculis et responsis presint: ut
impietas gentilitatis omnibus pateat. nec a me
ipso quicq̃ afferre in animo est: ne criminandi
ansas prebeam inimicis. sz testimoniis quicqd
adhuc fert eorum ipsorum in medium pductis
totam rem pagam. Cum autem innumerabi-
les sint et phylosophi et hystorici: illum idoneũ
proposito magis meo iudico qui et demonibus
maxime amicus fuit. et multa nr̃is temporibꝫ
aduersus nos mendosissime conscripsit. hic ei
gentilium pene omnium deorum ac demonũ
naturam maxime inuestigasse et summopere
falsitatem defendisse uidetur. hic igitur in li-
bris quos de responsorum phylosophia conscrip-
sit: Apollinis ac reliquorum deorum et bonorũ
demonum illa responsa collegit: quibus putauit
et uirtutem suorum demonum ostendere et
et ceteros homines ad uerum ut ipe dicit demo-
num cultum impellere posse. Ex istis igitur

.Caᵐ. 4ᵐ

.Porphyrius de phia responsorum.

·Porphyrius·

responsis que ab ipsis electa sunt: queque quasi
veriora memorie tradita: operepretium est to-
tam hanc rem considerare atque cognoscere: qua-
lesnam sint eorum auctores. Sed primum
illud videamus quomodo in exordio librorum
iureiurando affirmat nihil se falsi allaturum.
Constantibus inquit atque infirmis hominibus qui
a bonitate deorum atque demonum spem salutis
hauriunt nihil addens et nihil auferens hec
tradere oportet. Nam et ego deos ipsos testor ni-
hil me ad responsorum sensum: aut addidisse:
aut detraxisse: nisi forsan verbum aliquod
correxerim. magisque impietatem timui quam fu-
turam sacrilegii penam. Colligemus autem
in his libris multa que ad veritatem dogma-
tum pertinent et divinationis negotium non
omnino contemnemus. nam ad speculationem
harum rerum conducit et ad bene vivendum
hortatur. Quam autem utilitatem labor hic
afferet noster: illi maxime cognoscent: qui cum
veritatem magno labore quesiuissent: vota
sepius fecerunt. orarunt que ut auctoritate
docentium deorum visione dignati possent a
dubitationis vexatione liberari. huiusmodi
usus exordiis obtestatur. postea ne ad multos
libri efferantur: his verbis. Tu vero caveas: ne
lucri aut inanis glorie gratia: scelestis et in-
dignis hominibus hec tradas. non enim par-
uum tam tibi qui edes: quam mihi qui credidi pe-
riculum imminet. his autem solummodo
hec communicanda sunt: qui vitam ad ani-
me salutem direxerunt. Nam et ipsi dii non
aperte: sed enygmatice hominibus ista tra-
diderunt. Responsa deinde Apollinis colligit
quibus non solum demonibus et infernis vir-
tutibus: verum etiam celestibus animalia esse
sacrificanda precepit Apollo. Cum idem ipse

in aliis demones non deos esse affirmet quibus gentiles cede animalium sacrificabant. non enim fas esse animalia deorum gratia interficere. Sed primum Apollinem ipsum audiamus qui de cultu et sacrificiis deorum sic per responsa homines instituit. Institutio Apollinis per responsa.

Hec age qui nutu diuorum ingressus amice es
huius iter uitae mactanda est hostia cunctis
Multa deis seu qui terram seu qui mare uastu
Aera seu qui habitant latum seu qui ethera seu qui
Alta colunt celi seu qui infima regna baratri
Que quibus obseruanda modis sint singula dicam
Tu memori conscripta animo mea dicta teneto
Terna quidem diuis celestibus hostia et ipsa
Candida mactanda est. terna et terrestribus atque
Atra eadem. gaudent porro et capiuntur apertis
Terrestres aris. foueas cum numina contra
Exposcant. atro imbutas inferna cruore.
Nec placeat nisi que terre mandetur humata
hostia. mel uero nymphe atque liquentia uina
offerri letantur. at ignem accendier aris
Que circumuolitant terram sibi numina querunt
Imponique atrum corpus. tu thura simulque
Inutier salsas fruges et dulcia liba
hec facito. uerum quibus est data cura profundi
his ipso semper fer sacra in littore. totum
proiceque in fluctus animal. celestibus autem
Extremas reddes partes atque igne cremabis.
Quod superest prepone tibi. dapibusque reseruia
Sudet odoratis crassisque uaporibus aer.

Deinde hoc Apollinis oraculum exponit dicens. Cum igitur et terrestres et inferni dii sint: omnibus istis atras quadrupedes offerendas iubet. Modus autem differt. nam terrestribus quidem super aras: infernis autem in foueis mactandas esse

hostias precepit. Aeris autem uolatilia dicit offe
renda corporibus holocaustis & sanguine ad aram
circumducto. Volatilia etiam marinis: sed uiua
in fluctus proicere mandat. Ita omnibus dijs
preter quam terrestribus uolatilia immolari possunt.
Sed marinis solummodo nigri coloris uolatilia.
Quare ceteris alba offerenda sunt. celestibus uero
& ethereis bestiarum quas albas esse uolt: ex-
tremitates ait esse conseruandas: reliquas autem
partes comedendas. Ex his enim solum comedere
oportet: ex alijs uero minime. Ita quadrupedes
& terrestres terrestribus sacrificanda sunt. Si-
mili namque simile gaudet. Ouis porro ter-
restre animal est & idcirco cereri gratissimum
Atra uero quia & terra naturaliter tenebrosa
Tres autem simul quomiam terrestris corpo-
ris tria sunt symbola & super aras terrestri-
bus quomiam super terram uersantur. Ceteris
uero dijs idcirco uolatilia sunt offerenda: quo-
miam uniuersi mouentur. In motu enim sem-
per maris aqua est cuius atrae sunt hostie:
quomiam & ceruleus color aquarum. Alba uero
aeris. lucis enim acceptiuus aer est. celestibus
autem atque ethereis extremitates ait consecran-
das: quomiam leuiores reliquo corpore sunt. Quo-
rum sacrificiis communicare oportet: quia cum
alij dij arcere mala soleant: celestes bona nobis
largiuntur. Hec mirabilis ille phylosophus in
libris responsorum conscripsit. Age autem ui-
deamus quemadmodum contraria omnino in
eo libro posuit quem de abstinendo a carnibus
animalium conscripsit. Ibi enim primum nihil
sacrificandum neque incendendum censet. Deinde
opiniones aliorum reprobat. asserens non esse deos
illos qui cede animalium gaudent. Scelestissimam
enim esse brutorum etiam animalium cedem
abominabilem non solum deo primo: uerum etiam
celestibus & diuinis uirtutibus. Ita Apollinem

Redargutio predictorum ipsius porphyrij libris. ca^{m} 9^{m}

suum redarguit: qui etiam animalia celestibus ee offerenda responsis suis iussit. Theophrasti quoque auctoritate nititur qui placuisse ostendit: non dijs sed demonibus dumtaxat esse sacrificandum. Quare si quis Theophrasti et huius ratione acquiescit: Apollo etiam ipse non deus erit: sed demon ceterique omnes quos deos gentilitas ducit. Quibus ubique animalia immolantur: demones erunt et demones perniciosissimi. Nam si cedes et immolatio hec animalium sceleris et abhominationis secundum ipsum plenissima est: quomodo erunt boni qui hac re summopere gaudent. Quod si non solum animalia: uerum etiam crudelitatis cumulo mactari homines offerrique sibi cupiunt. Quomodo apertissime scelesti et inhumani non erunt, nihilque aliud quam perniciosissimi demones, aut quomodo iure nos accusabimus: qui omnino impium esse putamus. sanctissimam dei appellationem atque ueneratio nem spiritibus inmundis attribuere. Solum enim creatorem omnium deum adorare didicimus: nihil terrenum et mortuum: sed integritatem animi et castimoniam corporis, rectam sententiam et ardentissimam fidem offerentes. quam ad extremum usque spiritum intemeratam auxilio saluatoris seruabimus. Sed uideamus quibus ostendit rationibus: nec deo nec diuinis uirtutibus terrenum aliquid offerendum, aut incendendum esse. Aliena enim hec ait ab omni sunt pietate. nihil enim materiale inueniri potest: quod inmateriali deo non sit obscenum. Id circo neque oratio ei que uoce proferatur conuenit. Sed nec interior oratio: si animi uitio contaminatur. Silentio autem sancto et cogitatione integra ab omnique morbo remota eum colimus. Sic illi et coniungimur et similes ut possibile hominum est: efficimur, mundissimam mentem quasi sacram hostiam ei offerentes. Ita hymnis deum laudamus, ita salutem ac inpassibilitatem animi

.Theophrastus.

acerrimus. Sacrificium deo est aliene enim ab omni uitio mentis speculatio. Virtutibus autē que circa ipsum sunt diisque intelligibilibus hymnos oratione offerre possumus. primitias enim offerre omnes solent earum rerum quas acceperunt & quibus alitur & continetur substantia nostra. Quemadmodum igitur agricola fructuum primitias offert: sic homines oportet munde inuentionem mentis intelligentiis offerre gratiam agentes: quia hec nobis tribuerint. Et quia nos mentemque nostram speculatione sua contineant atque nutriant uiuantes & consulentes & ad salutem nos nostram reducentes. hec porphyrius. Quibus similia in libro de sacrificiis de primo ac magno deo Tyanus ille Apollonius conscripsit. Sic ergo inquit maxime decentem aliquis curam de rebus diuinis suscipiet propitiumque habebit deum si deo primo qui unus est & ab aliis omnibus separatus: post quem longo tempore interuallo reliqui cognoscuntur nullomodo sacrificet. nec ignem incendat nec sensibilium aliquid offerat. nullus ei rei eget non dico a nobis: sed nec ab ab intelligentiis ipsis. Non est autem in terris nec in aere quicquam cui non insit aliqua obscenitas. Meliorem igitur ac superiorem rationem atque orationem ei offerre debemus. Si autem non appello eam que non ore profertur: que illi offerenda est. Nam ab optimo atque pulcherrimo rerum omnium peroptimum similiter atque pulcherrimum omnium bonorum nostrorum. Intellectus uero hic est organo non indigens: bona nobis petenda sunt. Sic apollonius. Sed porphyrium rursus Theophrasti testimonio utentem audiamus. Gliscente paulisper inquit iniquitate animalium crudelis immolatio suscepta est. Adeoque creuit: ut ad cacumen iam maledictionis peruentum sit: iugulatis hominibus & sanguine

aris humano cruentatis. Ita demones concitati iustas penas sumpserunt. Alii namque hominum omnino impii facti sunt: nullos deos colentes: alii malos deos uenerantur quos humana meliores natura non putant. Non ergo animalia immolanda sunt: sed illa que immolata nihil omnino ulli officiunt. Innocens enim immolatio atque sancta penitus esse debet. Si uero quispiam obiciet: ita usui nostro animalia diuinitus esse concessa. Quemadmodum et fruges terre: sciat animalibus cesis non nihil noxe committi. priuantur enim anima uiolenter. Ergo non sacrificanda. presertim cum ut ipso nomine ostenditur: res sacra sit. Sacer autem nemo est qui ex alieno gratias refert. Nec enim fruges: si aliunde per uim acceperis: offerre fas est. Non enim aliorum iniuria deus placatur. Quod si ablate fruges offerende non sunt: multo minus animalia iis anima inde ablata offerenda sunt. presertim cum anima multo nobilior frugibus sit. Quamquam animalia priuat: magnopere peccat. Preterea si primicias quasdam ex animalibus diis offeremus: cuius rei gratia id faceremus. Utrum honoris. Quisnam honor hic potest esse qui ab iniuria originem trahit: an potius dedecoris et uituperationis. Non possumus quippe negare non iniuste agere: cum animalia nihil iniuriantia interfitimus. Sed neque hac uia gratie diis refferende sunt. Qui enim beneficii gratiam retribuit: non maleficio id pagit. Non enim magis retribuere uidebitur: quam si rem auitims raptam in gratiam et honorem retribueret. Sed neque gratia impetrandi cuiusdam boni. nam qui alterum ledendo exorare deum putat: is ingratum se futurum ostendit. Quare nec spe futuri beneficii anima-

lia immolanda sunt. presertim cum non sit pos
sibile ita hec agere: ut deum lateant. Si ergo
rei alicuius causa immolandum est: nullius
rei gratia id faciundum ostenditur: relinquitur
profecto nequaquam immolandum esse & ma-
xime cum nulla re dii indigeant. sed animum
hominis recipiant. illudque sibi sanctissimum
sacrificium sit: rectam de ipsis ac de reliquis
rebus habere sententiam. Mens igitur sancta
& anima & omnis passionis expers optime pri
mitie deo sunt. Aperte igitur his omnibus iux
ta summos grecorum phylosophos patet nullo
animantium litari posse. iniustumque ac obsce-
num esse cede animalium deum reddere fore pro-
pitium. Quare non deus nec demon quidem
bonus: sed seductor & mendax fuit: qui nidore
carnium & libationem sanguinis petiit. Et in
eodem libro ipse porphyrius non ignorat inquit
cui cure pietas est: nihil animantium diis of-
ferri: sed demonibus aut bonis aut malignis.

Quod omnes demones mali sunt capitulum 6m

Quoniam igitur alios bonos alios malos de-
mones putat: age iam videamus certisque ratio-
nibus approbemus malignos esse omnes demo-
nas. quamvis gentilitas loco deorum eos vene-
retur. Quod quidem hoc modo demostrare co-
nabimur. Omne quod bonum est non prodesse
non potest. e contra quod malum est. Demones
autem & dii gentilium Saturnus Iupiter Iuno
minerua & similes ac invisibiles virtutes que
in simulachris & per simulachra operantur non
solum brutorum immolationibus animalium
quod iniustum & abominabile Theophrasto &
porphyrio esse videtur: verum etiam cede ac san-
guine hominum summopere gaudent. Quomodo
igitur boni demones isti erunt. & non scelesti
atque perniciosi spiritus.

Quod homines demonibus sacrificabant usque ad tempora salvatoris. capitulum 7m

Incipiamus igitur
latius ostendere quantus error quantaque impie-

tatis putredo humanum genus ante saluatoris
nostri tempora detinebat. Que postquam incepit e-
uangelium in orbe terrarum predicari: minui
sic cepit: ut adriani temporibus in morem solis
euangelica iam coruscante doctrina apertissime
dissoluta sit. Gentilium ergo ipsorum ut adhuc
fecimus uocibus ad declarandam priscorum
temporum pestem utemur. que adeo animos
hominum inuaserat: ut quasi demoniaci & a
perniciosis profecto spiritibus agitati liberorum
sanguine scelestas placarent uirtutes. Ita pater
unicum filium dilectam mater filiam demoni
tanquam ouem sacrificabant. Ita hominum genus
quod humanum esse natura cognoscitur: ad fu-
riosam immanemque crudelitatem a demonibus
impellebatur. Que ita se habere non apud bar-
baros: uerum etiam apud grecos omnis hystoria
plena est. Nam & rhodii saturno hominem sacri-
ficabant. Quam rem magnis temporibus postea
mitigare uolentes: supplicio aliquem damnatum
ad saturnia usque conseruabant. quem in ipso
festo uino grauatum immolabant. In salamy-
ne uero insula quam antiquissimis temporibus
coroneam uocabant: usque ad dyomedis tempo-
ra agrauale cecropis filie homo cedebatur. post-
ea uero in templo palladis agrauale ac dyome-
dis: unum enim trium fuit. dyomedi homo immo-
labatur. quia ab adolescentibus ter circum aram
ductus: tandem a sacerdote hasta percussus & in
rogo impositus cremabatur. Quam rem Diphilus
rex cypri seleuci temporibus abominatus: non ho-
minem: sed bouem dyomedi sacrificari statuit. De-
mon autem ille quicunque fuerit non inuitus bo-
uem pro homine suscipiebat. Ita non multum in-
teresse inter immolationem hominis atque bestie
uidetur. Manethus autem hystoricus apud egyp-
tios in elyopoli homines immolatos fuisse in li-

bris de pietate testatur. Quem morem Amosis
improbavit. Sacrificabantur vero iunoni tres in
die quos inquirebant si mundi essent. quenad-
modum postea vituli. Ceteros autem homines
offerri pro illis tres Amosis iussit. Dionyso etiã
omadio apud chyos appellato homo crudeliter
discerptus sacrificabatur. Lacedemonios etiam
Apollodorus scribit hominem marti sacrificare
solitos. Et phenices bellorum aut pestilencie cala-
mitatibus amicissimos Saturno solebant immo-
lare. Quod omnes qui eorum hystoriam scripse-
runt: testantur maxime autẽ Sanchumatho a
philone biblio in grecam linguam: ut in superio-
ribus dictum est: traductus. Hystrus quoque q
crhetensem hystoriam collegit curhetas scribit
Saturno antiquitus pueros sacrificasse. Sed
pallas qui optime omnium mythre mysteria
edidit: sic de hac re scripsit. Immolationes autẽ
hominum imperatoris Adriani temporibus ubiq;
fere cessarunt. Immolabatur enim prius in lao-
dicea syrie palladi virgo. nunc autem cerva.
Et arabes singulis annis puerum immolantes
sub ara sepeliebant. omnesq; greci communiter
anteq̃ in bello exirent ut philarchus historicus
tradidit: hominem immolabant. preterea trha-
cas et scytas ceteraq; prisca: verum etiã nunc
quis ignorat in magna urbe latiari iovis solen-
nitate hominem immolari. et usque ad hunc
diem non in arcadia solum pani lyceo. nec in
cartagine saturno: sed omnes communiter homi-
nes cum dies statutus advenerit quo sacrifi-
care hominem solebant: aram sanguine homi-
nis spargunt. philo etiam qui phenicum his-
toriam conscripsit: his verbis in primo utitur
libro. Morem inquit priscis in magnis calami-
tatibus atque periculis fuisse: ut civitatis aut
gentis princeps dilectissimum ex liberis ulcis-

centi demoni quasi redemptionis premium tra-
deret & sic traditum mystice iugularet. Sic igitur
Saturnus rex regionis quę phenices israelem uo-
cant qui postea quam hominem exuit ad saturni
stellam adductus est. cum anobreth nympha
unicum haberet atque carissimum filium: ieud
a re ipsa dictum; Sic enim etiam nunc phenices
unicum filium appellant) quia maximo atque
periculosissimo bello ciuitas premebatur: regio
indutum ornatu super constructam ad hec
preparatamque aram immolauit. Non mirum er-
go dicemus illum eximium clementem in libro
quo ad ueritatem gentiles adhortatur: his uer-
bis ista deplorasse. crudeles inmanesque hominum
hostes dii uestri sunt. qui non solum amentia
letantur uestra: uerum etiam modo per conten-
tionem certaminis: modo per cupiditatem uic-
torie animis uestris concitatis ad uoluptatem
suam immolationes hominum postulant. Qui
multis nonnumquam ciuitatibus atque gentibus
tamquam communes pestes & fulmina incidentes
non cessarunt atrociter homines uexare. quousque
sanguine hominum placati sunt. Aristomenes
enim messenius ioui quem illi appellant itho-
meten: tricentos sacrificauit. In quibus etiam
Theopompus lacedemoniorum rex fuit nobilis
.s. ac regia hostia tauro. Scythe autem quoscumque
aduenas ceperint: capiunt autem multos qui
fluctibus ac tempestate ad eos depelluntur
diane statim immolare solent. Que sacrificia
tragice in scena Euripedes decantauit. Mony
mus uero in libro miraculorum collectionis
in pelle ciuitate thessalica hominem achiuum
pelleo & chironi singulis annis immolatum fuis-
se narrat. lytii etiam (ethetenses autem isti sunt;)
ioui hominem immolabant: ut anticlides scrip-
sit. lesbii quoque dionyso & phocaenses diane

alteros dosiada: alteros pythocles hystorici hominem immolare solitos conscripserunt. herectheus uero atticus & Macarius romanus filias suas: alter proserpine: ut Demaratus in primo tradidit: alter defensori demonum ut Dorotheus in quarto italicarum rerum exposuit: immolare non dubitarunt per humanos uero demones. Quomodo enim non scelestissimi sunt & illi qui tanquam saluatores inuocantur. & isti qui salutem ab insidiatoribus petunt litareque putant dijs hominum iugulo. nec enim homicidij crimen effugiunt: etiam si ioui hominem offerant. Cur igitur o prudentissimi beluas fugimus. & si forte ursam aut leonem aut serpentem uidimus: statim resilimus ut poeta omnium maximus ait. retroque pedem cum uoce repressit.

Improuisum aperit ueluti qui sentibus anguem
pressit humi nitens trepidusque repente refugit.
Attollentem iras & cerula colla tumentem.

Pernitiosos autem demonas fraudulentos & pestes hominum manifeste uidentes a quibus liberi etiam uestri ad cedem petuntur non fugitis. hec ille. Ego autem etiam dionysium alicarnasea uirum romane hystorie ac italice peritissimum huius sceleris testem adducam. qui in principio de antiquitate italica iouem & Apollinem: quoniam decima hominum immolata non fuerat: magnas ijs calamitates induxisse his uerbis scribit. Nullus in arboribus fructus inquit ad maturitatem usque permansit: sed immaturi omnes defluebant. nec spice semine replebantur. nec herbe pecori sufficientes germinabant. Fontes quoque ipsi: alij bibi non poterant: alij estatis tempore deficiebant. et mulieres aut abortum patiebantur aut nati pueri manci & discerpti erant. cetera quoque hominum multitudo egrotatione ac morte crebrius quam solebant uexabantur. Sciscitantibusque ipsis quid in deos commiserunt. quidque

facturi ab his pestibus liberabuntur: responsum fue-
rat · quia cum impetrassent que petierant non red-
diderunt omnia que uouerunt · sed maiora adhuc
debent · que si reddiderint: conquiescent · pelasgi
enim et aborigenes nihil sibi terra producente
uouerunt ioui atque Apollini ex nascituris deci-
mam se partem immolaturos · cessauit igitur
postea talis calamitas / et illi fecundissimo rerū
usi prouentu decimam nascentium ouium par-
tem sacrificabant · hec Myrsinus lesbius non pe-
lasgos aut aborigenes: sed tyrenos passos fuisse
narrat · Responsum igitur recitatum magna
omnes ambiguitate tenebantur · Senior deni-
de quidam aliarum rerum primitias dixit rec-
te dijs consecratas fuisse · nullam autem ex ho-
minibus partem quam dij maxime diligunt esse
immolatam · Quare calamitatibus semper inquit
uexabimur: nisi ut ceterorum animalium: sic
hominum primitias sacrificabimus · hanc senis
orationem cum alij probarent: alij plenam insi-
diarum putarent: sciscitari rursus per oracula
placuit si hominum decimam dijs sacrificare
gratum esset · Deo autem annuente magna
seditione uexati sunt · Et tunc primū prima-
tes ciuitatum et reliqua multitudo atroci sus-
pitione: ne dolo ista primates facerent commo-
ta: scisi atque diuisi sunt · migrabantque multi:
immo uero quasi amentia furentes pellebant
et pellebant · multeque ciuitates destitute pene
fuerunt · Sequebantur enim fugientes filios
qui genuerunt et fratres cognati et propinqui
propinquos · Ita ex Italia fugientes et grētiam
et barbariam repleuerunt · Quod malum nō
paucis annis italiam uexauit · Nam et ciuita-
tum principes: tum seditionem timentes et sus-
pecti latentibus: tum religioni satisfaciundū
putantes: ab adolescentibus qui ad iuuentam
in annos perueniebant primitias deligebant ·

Et paulo post asserunt autem saturno in italia pris-
cis temporibus ita sacrificatum fuisse: quemadmo-
dum apud carthaginenses antequam urbs eorum dir-
ueretur. Celti uero ad hec usque tempora et oc-
cidentaliores fere omnes homicidio sacrificant.
hercules autem fertur primus in saturnina ara
edificata intemeratas hostias immolasse, ac le-
gem qua homines sacrificabantur reuocasse. et
ne quasi patrio ritu neglecto inani superstitione
incole turbarentur: simulachra pro uiuis homi-
nibus quos in fluenta tiberis proiciebant: hos-
tiarum ornata modo in tiberim immittere docu-
it. Que res a romanis temporibus quoque nostris
ritibus mais diligenter fieri solet. Ea enim die
pontifices animalibus primo secundum leges im-
molatis uirginesque uestales pretores, aliique ciues
quos sacris adesse fas est: triginta simulachra ho-
minum que argiuos appellant: a ponte sacro in
tyberim demittunt. hec dionysius. Dyodorus uero
consentanea istis in uigesimo hystorie uolumine
carthaginensibus ab Agathocle tyranno Sicilie
post mortem Alexandri magni primi ptholomei
temporibus obsessis: his uerbis conscripsit. Dicebant
autem Saturnum illis iratum fuisse: quoniam
prius ipsi excellentiores ex filiis suis sacrificabant
postea uero clam emptis infantibus atque educa-
tis liberorum loco immolabant. Cumque diligen-
ti facta inquisitione multi ex suppositis inuenī-
rentur sacrificati: facile animum induxerunt:
ut crederent ad obsessionem urbis hostes idcirco
diuinitus missos fuisse. quoniam priscos deorum
honores non seruarent. Itaque deos placare stu-
dentes: ducentos ex nobilissimis adolescentibus
publice sacrificarunt. Trecenti uero alii: quoniam
suspectos se esse uidebant: sponte se tradiderunt.
Erat autem apud eos enea saturni statua mag-
nitudine mirabilis, cuius manus in terram ex-
tense ita erant in girum: ut qui ad eum per-

uenire adolescentes cogebantur in ingentem
foueam ignis repletam marcerent. Iure igitur
hebreorum scriptura reprehendit eos qui mori-
bus patriis contemptis hec imitati sunt dicens.
immolabantque filios filiasque suas demonibus
infectaque terra est in sanguinibus et contami-
nata in operibus eorum. Arbitror iam per ea
que dicta sunt satis patere non bonorum de-
monum inuentionem fuisse pristinam illam et
primam simulachrorum institutionem et uniuer-
sam religionem gentilium: sed perniciosorum atque
scelestorum omnino. Ita uerus profecto inuenitur
propheticus ille sermo. omnes dii gentium
demonia. Apostolicum etiam illud quo dicitur
quia que gentes sacrificant: demonibus non
deo sacrificant. Et certe si quid boni in deis gen-
tilium esset: amatores profecto iusticie saluta-
res et benefactores hominibus essent. nec hu-
mano sanguine gauderent. sed responsis et mo-
dis omnibus a cede humanum genus repel-
lerent. Quod uero maligni ad ista demo-
nes humanum genus intruserunt: quis per se-
ipsum pateat: tamen inde apertius quoque ui-
debis si adulteria et fornicationes gentilium
que usque ad hunc diem in helyopoli fenice
multisque aliis in locis pagunt in mente tibi
ueniant: quasi enim primitias quasdam diis
debitas turpissimas huiusmodi operationes
in templis offerunt. Nam si nec homines quidem
modesti ac mites cedibus et stupris letantur:
quanto magis dii aut boni demones ab his
rebus erunt alieni. Si uero quispiam obiciet
malignos quidem esse demones eos qui hec pe-
tunt: alios autem esse illos bonos quos maxime
tamquam saluatores uenerantur: querendum ubi-
nam isti saluatores sui quos colunt sint et non

· Quod mali demones ad omnia flagitia et faci-
nora homines impel-
lebant;

possunt malorum uim ab huiusmodi facinoribus
atque flagitiis auertere. Quomodo autem boni
sunt si malos demones non depellunt sed cultori-
bus non auxiliantur? Aut cur humanum penitusque
hominum genus atrocitate malorum demonum
uexari permittunt? Cur etiam non admonuerunt
homines non ut deum honorare: sed ut perniciosum
demonem odisse illum cui hec iniquia et turpia
placerent? Quomodo ergo uerum isti deum co-
lunt qui nec rhodiis nec salamyniis nec elyopoli-
tanis fugiendos esse prauos demonas significauit.
nec malignum immanis spiritum cui ternis quotidie
homines sacrificari solitum ab hystoria dicitur nunquam
contemnendum esse umquam dixit. nec chyos docuit:
ne menbratim crudelissime discerptum hominem
dionyso immolarent. nec tenedios similiter nec
prohibuit mauorti hominem ubique offerri. Cur
igitur eum colunt qui uel liberos prauis demoni-
bus iugulantes nequaquam defendit. nec dixit in lao-
dicia syrie ubi singulis annis uirgine litabatur:
perniciosum demonem habitare. nec in libia atque
arabia ubi adolescentem sacrificantes sub ara se-
peliebant. hec omnia uerus deus quem colunt:
quomodo non admonuit facienda non esse? Inces-
tus etiam et adulteria uerus ille ac bonus deus
quomodo non docuit bono deo et bonis demonibus
placere non posse. Quod nullus umquam preterquam ue-
rus profecto deus noster qui solus est: fecisse inue-
nietur. Is enim per Moysen uniuersos premonuit
homines non esse colenda demonia. econtra uero
repellunda contemnundaque tamquam perniciosissimos
spiritus. templaque ipsorum ac cerimonias quibus
honorantur sic esse delenda: ut nulla eorum extet
materia: qui adeo malitiose humanum genus inua-
serunt / tantamque uictoriam amentia hominum
consecuti sunt: ut si colligere in unum que ab hys-
toricis suis dicuntur uolueris: uniuersum istis sce-
lestibus orbem spiritibus subiectum fuisse inuenies.

Gretiam Africam Trhatiam Scythiam prudentissimorum Atheniensium gentem ipsam quoque magnam urbem. Siquidem etiam ibidem dialibus homines iugulabantur. Rhodum preterea Salamyna insulas omnes chium tenedum arcadiam lacedemona egyptum phenitiam lybiam. Syriam arabiam ubique usque ad tempora saluatoris nostri tam animalium quam hominum cede & turpissimis pollutionibus perniciosissimos demones placabant. neque prius uitam hominum hec mala reliquerunt: quam saluatoris nostri doctrine fulgor orbem illustrauit. historicos enim suos iam audiuimus. ad Adrianum usque tempora facinora & flagitia illa fuisse protensa. Eius uero imperatoris temporibus turpitudinem omnem hanc intellectam atque contemptam fuisse. Illo uero maxime tempore salutaris euangelij predicatio per orbem in modum fulguris coruscabat. Mentiuntur autem: quoniam rebus uicti prauis se demonibus satisficasse negant. Illos enim adorabant: illis homines cedebant: ad honorem illorum turpissima admittebant flagitia: quos deos maximos et putabant et appellabant. Saturnum enim iouem Martem dyonisium iunonem mineruam uenerem & sapientissimum atque pulcherrimum Apollinem optimos & maximos deos ac denique saluatores esse predicant. Isti ergo perniciosissimi illi demones sunt. nam si huiusmodi sunt qui cede hominum gaudent: Gaudent autem isti quibus nisi homines immolentur: ferre non possunt. Scelestissimi certe spiritus esse conuincuntur. siue ipsi talibus gaudeant: quod dubitari non potest: siue alijs hec offerri permittant. Cur enim si boni sunt spiritus his sceleribus malignos placari demones iubent? Cur ergo errare homines patiuntur: ut ad colendos prauos demones ignorantia deductos despitiant? Cur huiuscemodi humanum genus seruire spiritibus non dedignantur? cum oporteat si boni dij sunt longissime ab hominibus omnem falsam religionem

Quod omnibus contemptis deo inherendum est. Ca. 8.

diuina sua uirtute predicationeque integra pellere. An pater bonus non negliget filium a prauis hominibus circumuentum / nec humanus dominus seruum. nec dux belli ad captiuitatem suos milites duci patietur si aliquo eis modo poterit prouidere. nec pastor lupis pecudes tradet. Hy autem boni qui miseros ut dicimt: homines tutantur qui pastores & saluatores reges patres & domini nuncupantur inimicis demonibus quasi atrocissimis belluis homines a quibus pie coluntur: crudeliter trucidandos tradent. nec propugnabunt & protegent imbecillum genus hominum. nec hostes & prauos spiritus tamquam immanes bestias longe a grege hominum fugabunt. nec docebunt homines qui se remque suam illis commendant: non colendos sed fugiendos esse prauos spiritus. Quando igitur hoc nec faciunt nec umquam fecerunt. immo uero econtra oraculis atque responsis suis homines immolari sibi petebant & turpissima flagitia in templis offerri re ipsa patet pessimos ac iniquissimos esse natura. Ad hec quomodo deus aut bonus aliquis demon a gentibus umquam adorabitur: si bonum malo numquam conuenire potest nisi lucem ac tenebras ad idem concurrere posse contendant. Quomodo autem hy sunt aut omnino boni demones qui bonitate ab hominibus separantur. Iniquum enim esse porphyrius scripsit: non dico homines solum: sed etiam quod multo minus est: animalia bruta occidere. Quare immolaciones huiuscemodi modesto atque prudenti uiro fugiendas, nec placandos spiritus sanguine: sed animi uirtute repellendos consulebat. mundum enim animum non inuadunt: quoniam eis dissimilis est. Si uero ciuitatibus necesse est hos etiam placare: nihil ad nos. ciuitates enim etiam res externas ut diuitias & omnia que corporis sunt: ut formam bona esse confirmant & horum contraria mala. pauci enim sunt in ipsis qui anime

curam habeant. Nos autem quantum nobis possi-
bile est: istis non indigemus. sed omni studio atque
opera deo similes fieri conamur. Quod fieri solet
perfectiore uirtute et uera de rebus opinione. e
contra uero prauis tam demonibus quam hominibus
et omnibus qui caducis atque materialibus rebus
gaudent: dissimiles esse studemus. Non iniuria
igitur philosophus et demones contemnere debet
et diuinationes negligere. Ea enim que homines
uaticinationibus petunt negligit. Non ergo de
matrimonio non de mercibus non de seruo uel
de furto non de aliis inanibus rebus quas falsa
opinione homines cupiunt ab extis animalium
quereret: sed ipse per se ipsum deo accedens eternam
solummodo uitam quereret: quam toto animo
desiderat. his uerbis porphyrius auguria et
auspicatus et uniuersam diuinationem quam
multi admirantur falsa opinione hominum
constare aperte ostendit: quibus phylosophum
nullo modo indigere dicit. Si ergo modestus pru-
densque uir ea fugit quibus demones placantur:
que sunt gentilium sacra sanguine animalium
confecta. nemo priscorum prudens ac modes-
tus inuenietur. omnes enim (ut diximus) ante
saluatoris nostri aduentum: uel hominum san-
guinem demonibus offerebant. Nemo ergo
secundum porphyrium prudens modestusque gen-
tilium fuit. preterea ipse rationem sequens
sacra demonum refutat et mundo animo esse
hortatur quem demones inuadere nequeunt:
quoniam dissimiles sunt. Apollo uero deus su-
us: rursus enim homini comparatus inferior re-
perietur perniciosissimo demoni: quia uidelicet
ei amicus sit. pernicioso enim perniciosius
amicus est: sacrificandum consuluit. Quod
ipse in libro de responsis conscripsit. Cum enim

Quod solus saluator nr̄ humanum genus a seruitute demonum liberauit. ca. 9m

uates festinaret quod querebat inspicere: Apollo
respondit munera prius demoni offerenda esse
dicens. Ratio autem humana duce natura his
contraria facundia probat mundiciam .s. ani-
me adhibendam & sacrificandum non esse de-
monibus. quoniam purum mundumque aggre-
di non possunt: cum dii similes ei sint. Quod si
prudens et modestus uir est qui demonibus nō
sacrificat qui suis responsis sacrificandum con-
sulit. qualisnam sit per te ipsum considera. pes-
simi ergo atque perniciosissimi sunt: qui cede ac
sanguine hominum gaudent. Quem morem si
quis laudat: is omnes homines qui nūc uiuūt
uituperat. Quod si prudenter nostra tempora
huiuscemodi rem contempserunt: prisci omnes
stultissime id faciebant. His omnibus hac
luce clarius patet non dii non boni demones: sed
longe ab omni bonitate remoti hostes ueri dei per-
niciosi atque impii gentilium ee deos. a quibus
nemo preter dominum nr̄m iesum christum hu-
manum genus eripuit. qui euangelio suo uni-
uersis barbaris simul et grecis huic morbo me-
detur & a durissima atque antiquissimaque ser-
uitute liberat ac ad ueram conuocat liberta-
tem ad quam curriculo tendere magna uoce
omnibus predicat clamans: Spiritus domini su-
per me. propter quod misit me euangelizare pau-
peribus. misit me sanare contritos corde. predi-
care captiuis remissionem & cecis uisum. Et
rursus educere ligatos e uinculis et e domo carce-
ris sedentes in tenebris. hec enim ab antiquissimis
temporibus uera hebreorum oracula redemptionē
nr̄am & cece mentis illuminationem predicentia
confirmabant futuram. Unde nos saluatoris nr̄i
gratia & patrocinio confirmati a flagitiis ad
modestiam & ad prudentiam ex amentia liberati
iam a demonum seruitute: nec sacrificabimus

umq̄: nec seruiemus dyis gentilium. a quibus ph
dolor oppressi tenebamur. Nunc quia liberati euan-
gelica doctrina ad saluatorem nr̄m dominum &
benefactorem ac regem uniuersi adducti sumus.
quem pie adoramus: non ut demonibus uidetur.
s; ut ab euangelica doctrina didicimus qua muti-
ti prauos demones atq; perniciosos facile fundemq.
Nam castitate & bonis moribus uixi eamq; uite
munditiam adhibentes. quam nobis saluator
tradidit. nequaq̄ illos timebimus qui mundum
aggredi animum: quoniam dissimiles sunt: ne-
queunt ut philosophus concedebat. Sed neque
diuinationes indigebimus, neq; aruspices inter-
rogabimus. nec quitq̄ penitus demoniacum per-
scrutabimur. Quorum enim gratia hec petunt:
ea nos contemnere christus docuit. illaq; solum
modo desiderare iussit: de quibus nemo aruspex
nullius hostie exta significare aliquid poterunt
que solus saluator noster uerbum dei quod semp
cum deo patre & omnibus significauit. qui ani-
mum atq; mentem suam domicilium illi con-
stituerunt. De quibus ip̄e dicit: habitabo in ipsis
& ero sibi deus. & ipsi erunt mihi populus. hec
de prauitate demonum quos deos appellant:
dicta sufficiant. Nunc uideamus quenad-
modum cum esum carnium porphyrius exter-
minet: apertissime prauos istos demones in mul-
tas figuras & formas: ut homines seducant
transmutari. bonorumq; ut cupiditatū inflā-
matione multitudinem alliciant. persuadeatq;
deos esse: cum non sint. effigiem assumere con-
firmet. Quos tantum ait potuisse: ut sapien-
tissimos poetas & phylosophos complures de-
cepezint. quorum eloquentia multitudinē
euerterunt. preterea omnes maleficas artes
ab ipsis demonibus inuentas fuisse: ad uolup-

De trāsmutatione & operatione prauorū demonum. ca. 10.

tatemq; homines inpulsos: ut titilatione obcecati
primum eorum spiritum summum deum putaret.
Sed uerba eius ascribamus. Quecumq; inquit
anime uitiis subiecte appetitu feruntur ire con
cupiscentieq; seruientes in naturam demonū
conuertuntur. ac perniciose sicut illi sunt. Sūt
autem sicut & demones inuisibiles atq; insensi-
biles humano sensu. Non enim habent corpus
quod soliditate sua sentiri possit. nec formam
omnes unam: sed multis atq; uariis transmutate
figuris modo apparent: modo inuisibiles sunt.
Spiritus autem qua quidem corporalis est: passi-
bilis & corruptibilis est. qua uero anime colliga-
tus est: longo temporis spatio perdurat. Eterno
autem esse non potest: quoniam mutatur & deflu-
it. proportionati autem sunt bonorum spiritus
sicut & corpora fuerunt. Malorum autem impro-
portionati. Demones igitur uitiis dediti quicquid
mali excogitare & efficere possunt: libenter aggre-
diuntur. Violenti enim omnino atq; simulatores
cum sint priuatiq; luce meliore insidiose aggre-
diuntur: nunc occulte adulantes: modo manifes-
tius cogentes. Et paulo post hec inquit. & simi-
lia faciunt auera opinione de cultu deorum
ad se ipsos transferre cupientes. omnibus enim
gaudent malis & deorum assumpta persona te-
meritate nostra feruntur. Alliciunt enim mul-
titudinem ardore cupiditatum / diuitiarum / po-
tentie / uoluptatum / inanis preterea glorie ap-
petitione. Unde seditiones rixe bellaq; nascuntur.
Quodq; omnium pessimum est deos etiā ipsos
& primo uniuersi deum similibus seruire uitiis
persuadent. Ita omnia sursum deorsumq; per-
turbant. credunt enim eis non solum uolgus:
sed multi etiam phylosophorum alter alteri
causam prebentes. Qui enim philosophi commu-

nes opiniones non contempserunt: ad impieta-
tem uolgi delapsi sunt. Multitudo etiam uitiis
consentanea impietatis sue a phylosophis uer-
ba percipiens in falsa de diis opinione confirma-
ta est. Nam poesis: quoniam et uerbis sonantibus
et compositione magnifica utitur persuasit: im-
mo uero inflammauit homines ad impietatem.
Ita seducti non possunt perspicere nec bonita-
tem nocere, nec prauitatem iuuare umquam posse.
Nam ut non potest caliditas: ut ait plato: fri-
giditatem inducere nec frigiditas caliditatem:
sic nec iusticia nocere potest. Iustissimus autem
omnium deus est. non enim esset deus: nisi esset
iustus. Quare alia quedam est uirtus bonorum
demonum: alia malorum. Qui enim ad nocen-
dum nati sunt et istut omnibus pagunt uiri-
bus: bonis contrarii sunt. Contraria uero in eo-
dem esse non possunt. Ab istis autem malefice
quoque artes constitute sunt. Nos enim summo-
pere et presidentem istorum malefia omnes ue-
nerantur. hi pleni sunt omni falsa phantasti-
caque uisione qua facile decipiunt. monstra qui-
dam et prodigia sensuum et imaginationum pro-
ponentes: unde amatoria et incentiua libidi-
num preparantur quibus omnis luxuria et
diuitiarum copia et magnis glorie cumulus com-
parari atque acquiri creditur. hac falsitate ho-
mines decipiunt: dii enim esse uolunt cum nidore
carnium et fumis gaudeant. his enim uaporibus
confirmari et roborari uidentur. hec omnia ergo
sunt qui exactissime ista sciebat. prenominatus
enim phylosophus qui maxime omnium ista scru-
tatus est prauos demones omnes qui sanguine
gaudent: appellauit. et multitudinem a poetis
et non nullis philosophis persuasisse falso bonos
uideri asseruit. Idem declarat malignorum
demonum principes sarapim et proserpinam esse.

Qui sunt principes demonum secundum porphyrium.

Diuina uero scriptura belzebuch prauitatis prin-
cipem appellat. Sunt autem uerba eius hec in
libro responsorum conscripta: malignos omnes
demones non temere sarapidi subicimus. non
enim sacrorum eius symbolis solummodo per
suasi sumus. Verum etiam quia quecumque al
liciunt & quecumque repellunt: plutoni attri-
buuntur: ut in primo monstrauimus. Sarapis
autem apud egyptios is deus est: qui apud gre-
cos pluto nuncupatur. Idcirco prauis demoni-
bus iste princeps est. nam iste symbola quoque
dedit hominibus: quibus demones expelluntur.
Iste supplices docuit quomodo brutorum assump-
ta figura demones hominibus insiliunt. Vnde
apud egyptios & ceteros omnes qui prudentes
in agendis cerimoniis deorum esse uidentur: cor-
rigie in templis irrumpuntur. & animalia ante
inuocationem deorum expulsa multitudine ce-
duntur. Ita domo ceteris rebus uacua & mun-
di spiritu & sanguine animalium deus inuocatur.
Sunt autem corpora hominum istis plena & ma-
xime illorum qui delicatis cibis uiuunt. come-
dentibus enim nobis adueniunt & inherent cor-
pori. Idcirco ieiunium & castitas maxime lau
datur. non quia principaliter deus bonis istis
placetur. sed ut recedant illi qui sanguine &
immunditia gaudentes: ut his fruantur: ut
in utentium corpora ingrediuntur. Certum enim
est quia uehemens caducarum rerum cupiditas
& appetitiui spiritus impetus non aliunde quam
ex presentia istorum maxime crescit. Quare cum
appetitio nimium inflammata est & uolupta
tis ardor animum ita exagitat: ut omnis co-
gitatio ad exteriora uagetur. Tunc huiusmodi
demonum presentiam esse cognoscas. quorum
presentia facit: ut appetitiuus spiritus in cor-
pore nostro multiplicetur. Et paulo post nunquid

ait isti sunt illi demones quorum princeps Sara-
pis est. Symbolum enim etiam horum triceps ca-
nis est ille .s. qui in aqua terra aere. Tribus his
elementis uersatur perniciosissimus demon. Is et
ceteros demones tanq̄ princeps expellit. Sed pro-
serpina etiam demonum princeps est: quia in tri-
bus his elementis plurimum potest. Et post pau-
ca: unum inquit proserpine responsum si appo-
suero: uolumen istud concludam;

Nature triplicis ego sum lucina puella
Taurea itemq; triceps missa e celo aurea phebe
Quam multe narrant forme: que ternaq; signa
Que terna & simulachra fero terre aeris ignis.
Quippe meis atris terrarum est cura molossis.

Deinde quinam sint canes atri clare interpetrat(ur)
dicens perniciosos demones sic appellari.

Q(uod) potentia demonum per aduentum saluatoris
fuit deiecta.

Incipit liber Quintus.

DEinde quinam sint canes atri cla-
re interpetratur dicens pernicio-
sos demones sic appellari. Verum
et si satis a superioribus pateat:
non bonos (sed) perniciosos demones
quasi deos a gentilibus cultos: nō
tamen erit ab re: quoniam multi
adhuc imbecillitate quadam animi seducunt(ur)
religionem patrum laudantes: cumulatius ean-
dem rem ostendere: a qua non ab alio q̄ a predi-
catione christi liberati sumus. Ipsi enim fatent(ur)
temporibus saluatoris nostri oracula sua cessasse
& mortem non nullorum demonum accidisse. Et
ad hoc ut in superioribus patuit post euangeli-
cam doctrinam diis offerri homines improbatum
esse. Adiciendum autem est: non solum supersti-

tionem demonum fuisse: uerum etiam multos
atque uarios principatus cessasse. Fere enim per
omnes ciuitates et castella reges et tyranni an-
tiquitus erant: ita ut non pautiores principatus
essent quam ciuitates. Facileque a demonibus impulsi
alteri in alteros insurgebant. Sic depopulationes
regionum obsidiones urbium et seruitus maxi-
ma in morem iumentorum captiuis seruientibus
unde facile consideratu est quod ingens ante salua-
toris nostri tempora humanum genus calamitas
premeret. Que omnia diligenter in unum collec-
ta: si non ante cessasse considerantur: nec succes-
sione unum post alterum defecisse: sed omnia simul
quasi terre motu facto post domini nostri resurrec-
tionem ruerunt: quomodo non oportebit euan-
gelice ac uere salutaris doctrine mysterium ad-
mirari: cuius predicatione factum est: ut creatori
et soli uero deo per uniuersum orbem edes constitu-
te sint. ubi tam uetus quam noua scriptura ita pu-
blice legitur ut ab omnibus audiatur. unde au-
dientes discant summa uirtute et uera pietate
ac religione uiri simul et mulieres uiuere. Peri-
erunt autem responsa demonum et auguria et a-
ruspicia hominum. nec quis adeo nunc insanit
ut postea quam nomen christi in orbe claruit: audeat
carissimorum sanguine aut cede hominum imma-
nissimos demonas placare. Quam rem prius
non rudes aut priuati solummodo: uerum etiam
sapientes et reges factitabant. Quod autem post
tempora saluatoris nostri potentia demonum
fracta iaceat; ipse porphyrius christiani nomi-
nis hostis in libro quem aduersus religionem nos-
tram conscripsit: hoc modo testatur. Nunc uero
mirantur inquit si tam multis annis peste ciui-
tas uexatur: cum et esculapius et alii dii longe
absint ab ea. postea enim quam iesus colitur nihil
utilitatis a diis consequi possumus. hec uerba
illius sunt. Quod si dii sunt o porphyri: quare

urbibus suis.

uiribus suis iesu uirtutem non deprimunt. Siquidem
ut uos dicitis mortalis homo iesus et seductor fu-
it: demones uero uestri et dii et saluatores. Cur
igitur omnes simul cum esculapio terga uerte-
runt: uniuersum que humanum genus fusi atque
fugati iesu tradiderunt. Qui etiam post mortem
apud omnes gentes in dies crescat: manifestissi-
ma signa uiuere et infinitas ut deus uires habere
omnibus ostendens: qui aliquantisper uolunt
auertere: tantum solus unus et ipse mortuus
potest et innumeros deos expulerit. et honori-
bus eorum destructis cultum ad se transtulerit.
Illi autem et multi et uiui: ut dicitis: nec appa-
rent usquam iam nec operantur. Cur igitur fit.
quia non dii: sed praui demones dii uestri sunt..
Iesus autem et qui eum misit pater deus uerus
est: ac ideo gloria sua crescit in dies et huma-
num genus quotidie ad maiorem uirtutem
congreditur. Cumque oporteret si dii essent et hu-
manarum rerum curam haberent: religionem
christi deponere et cultum suum corroborare
nihil efficiunt. sed conati quidem sepius sunt. et
reges et principes uniuersumque romanorum impe-
rium aduersus saluatoris nostri euangelium con-
citauerunt. Iacent autem superati. nec totius
orbis uires: quamuis ipsorum suggestionibus
conspirassent contra pauculos homines ac pau-
perrimos euangelii nuntios quicquam efficere
potuerunt. Iesum enim mortui diuine uires
pulsis demonibus ac falsis deis qui terrestrem
hunc aerem et cauernas terre habitare condem-
nati in sepulchris hominum omnique immunda
materia uagantur sanguine ac uaporibus gau-
dentes ad ueram humanum genus pietatem
attraxerunt. Principes certe demonum
siue aerei siue inferni posteaquam uiderunt ab ho-
minibus nonnullos mortales quasi deos san-

Quibus homines rationibus a demonibus decepti sunt. capitulum 2m.

guine ac nidore sibi gratissimis honorari: motibus
quibusdam simulachrorum que homines in me-
moriam mortuorum fecerunt: facile amentes
decipiebant · preterea diuinationibus quas de-
moniaca operatione predicere uidebantur et uo-
luptate corporis alliciebant omnes · adeo ut mo-
do celestes uirtutes ac dei: modo heroum animas
que post mortem in celum ascendissent: ab homi-
nibus crederentur · Unde opinio de multitudine
deorum cum a simulachris ad inuisibiles spiritus
qui per simulachra operabantur et in eis habita-
bant: cogitatio raperetur: quasi uera uehemen-
tius creauit · Ita terrestres et aerei demones ma-
lignitatis spiritus dii maximi putati sunt · pris-
corum etiam heroum qui maxime colebantur
memoria in maius errorem extollebant · Quorum
figuras per singulas ciuitates imaginibus atque
statuis exprimere conabantur · Animas uero
prodigiose aut incorporeas uirtutes statuis ple-
runque adesse demones simulabant · Sic maleficas
artibus et inuocatione animarum omnia per-
turbabant · Isti ergo terrestres demones aerei atque
inferni spiritus quos huius mundi principes di-
uine litere nuncupant: modo bonos se demonas:
modo deos celestes et nunc heroum animas: nunc
alios atque alios fingentes: in uarios humanum
genus errores iniecerunt · ut alii deos: alii heroas:
alii demonas esse contenderent · Et hos alii bonos:
alii malos · quos tamen ne nocerent placandos
sacrificiis censebant · Ita factum est: ut multitu-
do immo uero innumerabilitas deorum credita
sit · Primum enim fulgentia in celo corpora
tum propter perpetuum motum: tum quoniam cuncta
hec inferiora perspiciant atque moueant: deos ap-
pellarunt · Deinde quoniam heroes uitae hominum
communiter profuerunt in deorum numero ac-
cepti sunt · Quorum turpissima facta theologie
sue partem putantes fabulosam appellauerunt ·

· Quod multitudo deorum credita sit · capitulum 3m

Quam postea detestati: quamuis et uera et prisca sit:
ad naturalia tamen reducentes fabulas negant.
nec finem his fecerunt: sed pprys quoque passionibus
adorabile nomen dei attribuerunt. Quod theolo-
gie genus ita per se ipsum iacet: ut oratione confu-
tatoria non egeat. Quid enim turpius quam uenerē
cupidinem et priapum deos nuncupare. Res quoque
humanas deos fecerunt. Orationis enim uim mer-
curium: excogitationis palladem nominarunt. Ad
hec opera et artes alias marti et minerue ut belli-
cas: alias uulcano ut omnes que per ignem fiunt:
accomodarunt. Extremo malignos quosdam de-
mones uarios certe ac multiplices: quos modo deos:
modo animas mortuorum esse credunt: in theologi-
am suam susceperunt. Hec cum ita se habeant: ce-
teris quia manifeste friuola sunt pretermissis: de
operatione demonum: quamuis in superioribus dic-
tum sit: tamen quia fere omnes occupauit: nunc
quoque dicamus. Primum autem plutarchi
uerba in testimonium adducam que in eo libro
qui inscribitur: quod oracula defecerunt: conscripta
sunt. probe inquit asserunt multi: cum a plato-
ne quod qualitatibus subiicitur elementum in-
uentum sit quam materiam uocant a multis
magnisque dubitationibus philosophos esse libe-
ratos. Mihi autem uidetur pluribus atque ma-
ioribus satisfecisse dubitationibus qui genus
demonum inter deos et homines posuerunt.
Modum enim excogitarunt quo humanum
genus diuino coniungitur. Laudandus ergo
est qui primo inuenit. Zorohaster ut dicitur:
siue Orpheus: siue quidam frix: aut egyptius:
aut ab utrorumque cerimoniis coniicere possu-
mus. Grecas autem homerus promiscue his
nominibus uti uidetur: eosdem modo deos: mo-
do demonas nuncupans. hesyodus primus ho-
minum distinctius quatuor genera rationalis

· Quod demones quos inter h[...]
minum deorumque natu[...]
collocabant: uisa da[...]
credebantur. cap. 4.

nature ordine posuit · Deos primum : deinde de-
monas : postea heroas : extremo homines · e quib;
mutacionem atq; progressum in melius facere uo-
uidetur · Aurei quidem genus homines in bonos
demonas transferens · semideos autem uiros in
heroas reducens · necesse est de spatio temporis
cum demetrio contendere · Nam siue longo quo-
dam tempore siue breui siue certo siue incerto
demonis anima & heroys uita commutetur : ni-
hil ad rem : cum priscorum hominum atq; sapi-
entum testimonio pateat naturas esse quasdã
inter deos & homines que suscipiunt mortaliũ
passiones · quos demonas appellantes & hono-
rantes leges patrias conseruabimus · Et post pau-
ca recte mihi dici uidetur non deos qui longe
a terris semoti sunt · Sz demonas deorum minis-
tros oraculis preesse · Qui uero his demonibus pecca-
ta et errores attribuunt secundum Empedoclem
& ad hec mortem atq; luctum : hi mihi parum pru-
dentes solent uideri · Et paulo post · Est enim ut
in hominibus uirtutis diuersitas et appetitiue
atq; irrationalis partis : sic in ipsis quoque de-
monibus · Sed in aliis irrationalis hec pars te-
nuis est atq; imbecilla : in alys uehemens atq;
impetuosa · cuius rei uestigia testimoniaq; sũt
sacra & cerimonie fabulose multis ad hunc
usq; diem in locis peracta · ne fastos enim dies
& tristes in quibus ieiunia & planctus in sacris
adhibentur ad pellendos prauos demones con-
stitutos esse crediderim · Cuius rei argumentum
est que antiquitus — fiebat hominum im-
molatio quam nec diuinitus introductam fuis-
se credendum est · nec reges atq; principes te-
mere carissimos sibi liberos iugulasse · Sz perni-
ciosorum demonum iram & impetum retunden-
tes fecisse · Nam demones cum non possint ani-
me aut nolint per corpus coniungi quemadmo-

hercules echaliam amore uirginis commotus
obsidebat. Sic animam hominis corpore deten-
tam petentes bella pestes aliasque calamitates
urbibus inuexerunt. nec antea cessarunt quam ha-
buerint quod cupiebant. his apertissime plutar-
chus precipuus apud gentiles phylosophus ostendit
permaosissimis demonibus homines immolatos
fuisse. Quorum si aliqui boni sunt: cur ita praui
placabantur cum possent facile boni exorari ut
prauos pellerent. Nunc autem cum numquam id fece-
runt sed turpissima semper uita et obscenis uerbis
et sanguine brutorum atque hominum malignos
demones placarunt: quomodo hec facientes que
prauis gratissima sunt deo et bonis uirtutibus
placere putabant. Neminem enim fugit non
posse bonorum esse amicum eum qui sic uiuit:
ut malis gratissimus sit. Non ergo deos. sed neque
bonos demonas gentiles: sed permaosos solummodo
uenerantur. Quam rem magis idem plutarchus
confirmat dicens: fabulosas de diis rationes res
quasdam significare a demonibus antiquissimis
gestas temporibus. et ea que de gigantibus ac
de tytanibus decantantur: demonum fuisse
operationes. Unde mihi suspitio nonnunquam
incidit: ne ista illa sint que ante diluuium a gi-
gantibus facta diuina scriptura tetigit. De qui-
bus dicitur: cum autem uidissent angeli dei filias
hominum quia essent speciose: elegerunt sibi ex
illis uxores. ex quibus procreati sunt famosissimi
gigantes a seculo. Suspicabitur enim fortasse
quispiam illos et illorum spiritus esse: qui ab
hominibus postea dii putati sunt. pugnasque il-
lorum tumultus et bella esse: que fabulose de diis
conscribuntur. plutarchus etiam in libro ubi de
iside ac egyptiorum diis conscripsit: his uerbis uti-
tur. Multo melius autem dicunt qui que de ty-
phone osyri et iside conscribuntur: nec deorum

No de uitanda malorum societate

nec hominum: sed magnorum demonum calami
tates affirmant fuisse. Quos etiam plato pytha
goras: xenocrates & chrysipus priscos secuti theo
logos excellentiores quam homines fuisse asserunt.
Sed naturam suam quamuis hominem supiore
anima: tamen & corpore coniunctam dixerunt.
Quare uoluptate quoque atque dolore alios magis:
alios minus affici. Vt enim in hominibus: ita etiam
in demonibus uirtutis & uitii diuersitas inuenitur.
Nam que de gigantibus & titanibus greci decan
tant & Apollinis aduersus phythonem bella: dio
nysi preterea fuga & cereris peregrinatio nihil
ab illis differunt: que de osyride & typhone apud
egyptios narrantur. Empedocles autem penas
etiam dare demonas peccatorum confirmat.
ether enim eos inquit & pontus expellit & terra
nullomodo suscipit. Sic ab alio in aliud elementum
depulsi atrociter uexantur. quousque purgati pro
prium ad locum redeant. Similia uero de typhone
ferunt egyptii quem aiunt inuidia commotum
terram simul atque mare turbasse: Deinde graues
penas persoluisse. his similia idem plutarchus in
libro quoque de casu oraculorum explicuit. Ille
inquit demonibus diuinationem attribuens: mul
ta de delphis & de dionyso dicebat. nec erat nes
cius eorum sacrorum que apud grecos celebrantur.
Sed dicebat eis magnas istorum fuisse calamita
tes significari. apollinique cum phytonem interfe
cisset: non annorum nouem neque ad tempe
fugere necessarium fuisse: sed in alium mundum
impulso post nouem magnos annos penis pur
gato contigisse: ut ad oraculum quod interim
themis custodiebat rediret. Sic se habuerunt que
de typhone & titanibus narrantur. Demonum
enim aduersus demonas pugne fuerunt et exi
lia eorum qui uicti fuerant atque supplicia: qua
lia typhon quoniam in osyrim & saturnus: quo
niam in celum peccauit: passus est. Quorum ho-

nores aut omnino apud nos defecerunt: aut mi-
nores sunt: cum in alio ipsi exulent mundo. Au-
dio enim etiam solymos litiorum uitinos saturnū
maxime ueneratos fuisse. Sed postquā arthalum
& Arthon & thosybin principes suos interfecerit: fu-
gisse inde ipsum testantur, ac ideo neglectum fuisse.
his autem similia multa possumus a fabulis acci-
pere. Si uero nominibus deorum non nullos demo-
nas appellamus: minime mirum uideri debet: Cū
enim deorum unus quisque subiciatur: cuius ūtute
sustentatur: eius nomine solet nuncupari. Nam &
nostrum alias mercurialis est, & multi forte ita nū-
cupati sunt: ut nomine rem ostendant. multi con-
trarias etiam denominationes habuerunt;° Nūc
rursum de bonorum demonum uirtute atq; opera-
tione a porphyrio non nulla colligamus. Iure nāq;
testimonio ipsius crebrius utimur qui & nostre re-
ligionis maxime hostis fuit, & exactissime theo-
logiam gentilium sciuisse putatur. Is igitur in libro
de responsis pana dionysii famulum enarrat fuis-
se. Quem cum in numero bonorum demonum col-
locet agricolis quibusdam apparuisse confirmat.
quos et repente postea mortuos asserit sic dicens.
pana dionysii famulum fuisse Apollo isto respon-
so significauit. Nam cum nouem simul homines
in quodam branchidarum agro mortui essent: in-
terrogantibus quenam necis eorum causa fue-
rat sic apollo respondit. Responsum Apollinis.

Toruus dionysii famulus pan atq; bicornis
per nemora obscura gradiens montesq; p altos
Pium una atq; alia resonam syringa tenebat
Gestabatq; manu multos is corpore uasto
prostrauit mortiq; uiros dedit horridus illos.

Audis homicidia uides figuram perspicis res ges-
tas. panos quas apollo exposuit. Quomodo igr̄
bonus est demon qui talia faciebat. Sȝ conside-
ra etiam aliorum magnifica facta quorū gratia

° hec plutarchus.

De operatione bonorum [de]monum secūdum porphyrium
ca.m 9.m

celo relicto in terra conuersantur. Non enim modestiam aut iusticiam exemplo docuerunt: sed alij obscenis uoluptatibus: alij pugnis: alij uenationibus gaudent. Cum enim ab Apolline quereretur si iurandum est sic responsum fuisse ait. Responsum Apollinis.

Sunt calami matri diuum / sunt tympana aere.
Femineique chori dura atque horrentia bella
pallas amat. nemora et saltus uenatibus apti
Dianam capiunt. Iunonique humidus aer
Debetur. ceteraque seges perquirit Osyrim
In latus nili coniunx fidelissima ripis.

Si ergo fistula atque tympana talesque sonitus et tuba muliebris matri deorum gratissima sunt omni uirtute neglecta hec adhibenda esse uidentur. minerue quoque pugna ac bella: non pax nec quies hominum. et diane uarie canes tanquam uenatrici in primum placent. Cur igitur relictis ceteris que ad beatam uitam conducunt: hec que grata dijs sunt non amplectuntur. Magnam uero naturam demonum ea que istis subiecit maxime ostendit. Recte inquit a pythagora dictum est: non sponte inuocatos deos: sed necessitate quadam impulsos accedere quamuis alios maiore: alios minore impelli necessitate non ignoramus. Non nulli autem quadam accedendi consuetudine et maxime si natura boni sunt: facilius accedunt. Non nulli [cum] inuocati aduenerint: nocere conantur presertim si negligentius quispiam in ea re se habuerit. hec enim omnia uera esse ac necessitate omnes inuocatos uenire: a responsis eorum discere possumus. Non autem simpliciter dicta necessitate: sed persuasione quadam perfusa coguntur.

Q. demones coguntur ab hominibus. cam. 6m.

Exorata uenit tutis sermonibus istuc.
Mortales: quos consilia innuere deorum. Et in alio
De celis hecathe cur huc compulsa uenire es. Et paulo post redetur
Victa hominum precibus celestia numina terram
Coguntur petere et casus aperire futuros. Apollo quoque inquit cogi se hoc responso declarat.

Carminibus domitus phebeus fulgor ab alto
Defluxit tacitus. purumque per aera tectus
Afflatu spirans labensque in corda sonoro.
Et subiit mentem innociuam sanctique capacem.
Numinis & peperit mortali ex gutture uocem.

Istis ipse subicit dicens: nihil his clarius nihil diui-
nius nihil uerius excogitari potest. Spiritus enim
a celesti defluxus uirtute animatum & organicum
corpus ingreditur & anima tanquam basi usus per
instrumenta corporis uocem reddit. hinc igitur
patet coactos accedere. Ab his autem que sequentur
non posse quidem cum uelint recedere perdiscemus.

Cessa nunc tandem et uerbis iam parce utroque
Da requiem soluens priscas cedensque figuras
Et remoue a membris ac lintea dura resolue
Soluite serta pedes liquidis & spargite lymphis.
Eque manu ramum laureis auferte uirentis.
Linea sitque omnis deleta omnisque character.

Quibus addidit philosophus lineas ergo dicit de-
lendas ut recedere possit. Ista enim & habitus cor-
poris atque uestitus: quoniam inuocatorum ha-
bent deorum effigiem ne recedat facile faciunt.
Quam ergo diuinitatem habent qui ad tantam
miseriam deiecti sunt: ut ab hominibus detine-
antur. neque uirtute aut sapientia cogantur:
sed arte quadam malefica impellantur. Nec
ergo pythagoras, nec tu porphyri, nec quicunque
illos deos appellat recte unquam dicere poterit: sed
nec bonos quidem appellare demonas licet eos.
qui a mortalibus presertim maleficias atque ma-
gias ita alligantur: ut neque recedere quidem
possint: cum uelint. Nam si diuina impassibilis
omnino natura est: quomodo dii erunt qui ues-
titi lineis figuris coronis herbarum floribus &
uerbis quibusdam ineptis ac barbaris quasi uin-
culis ab hominibus uinciuntur. Quomodo autem

boni saltem demones erunt qui coacti hominibus adsunt. Nam si ad benefaciendum uocantur: oportet certe si boni sunt: sponte absque ulla illata necessitate accedere. Sin autem ad malefaciendum: quomodo boni erunt: qui mala peragunt. Et quomodo adoratione ac cultu digni sunt: qui maleficiis hominibus seruiunt. et mala coacti et preter uoluntatem suscipiunt: non uirtutis aut alicuius boni gratia: sed perniciosissimo magorum artificio. Quod idem porphyrius in epistola ad hanebonum egyptium latius exposuit petitque ab eo tanquam in re perfectissimo: quare tantam illud artificium uim habeat perdoceri. Sic enim dubitando interrogat. Magnam uero mihi dubitationem illud affert: quia ut meliores rogant / et ut peioribus imperant. Deinde cur: cum ipsi dii iubeant ceteros esse iustos: iussi multa iniqua committunt. Nam cum nullo modo uelint exaudire hominem qui multis se diebus ab operatione uenerea non abstinuit: ipsi uocati ad iniustam uenerem multos impellunt. Preterea nolunt ut ab esu carnium ad inuocandum uatem accedere ne se animalium cede inquinent. Ipsi uero nidore ac sanguine maxime ducuntur. Ad hec: qui mortuum tetigit: ei ad uisionem deorum accedere non licet. Mortuis autem et cadaueribus animalium: omnes fere diuine res peraguntur. Illud autem nullam mihi rationem habere uidetur. Quod non dico demoni aut anime: sed ipsi regi atque regine: soli dico aut lune aut alicui celestium deorum famuli nonnunquam et scelesti homines terrorem inferunt et multa falso dicentes ad manifestandam ueritatem illos compellunt. Falsa enim profecto dicunt atque impossibilia: cum celum se scissuros et archana isidos educturos et menbra osyridos typhoni tradituros minantur: nisi dii respondeant. Quomodo enim deiecti atque formidolosi non sunt qui ficto hu-

huiuscemodi terrore tanq̄ infantes mouentur. Moueri
autem eos istis cheremon etiam sacer scriba testat̄r.
Et hec illa dicit esse quibus maxime demones co-
guntur. Ipse uero quibus utuntur rationes ac pre-
ces: qua ratione ualeant: non uideo. Tu enim in-
quiunt qui e limo emersisti qui sedes in loto / qui
nauigio nauigas qui singulis horis formam com-
mutas & singulis zodiaci signis commutaris.
His enim orationibus atq; hymnis uisui hominis
dicunt deum se subicere: nescientes quia imagi-
nationis sue passionem illi attribuunt. Si uero
hec symbolice dicuntur: quia uirtutum signa
suarum sunt: expositionem nobis horum sig-
norum afferant. Non enim passio certe solaris
aliquo modo credi potest. Nam si solis esset quem-
admodum eclipsis: sic ab uniuersis hominibus
uideretur. Barbara uero uerba & que nihil sig-
nificant: quid sibi uolunt. Nam si ad uerborum
significationem deus respicit: quacumq; uoce ea-
dem res significatur: mouebitur. Non enim egyp-
tius erat deus. Si autem egyptius fuit: s; tamen
egyptia lingua immo uero nec humana omnino
utitur: quare aut magorum malignitate hec
omnia sunt excogitata: qui nostras passiones
deo attribuere ausi sunt: aut aliter de deo ho-
mines cogitant: q̄ rei ueritas habeat. Et post
pauca: Falsum igitur omnino esse uidetur: quo-
modo necessitas deo possit inferri. Nec enim per-
mulcetur nec cogitur deus. Ita frustra p̄ hanc:
ut ipsi dicunt: sapientiam de inueniendo fugi-
tiuo seruo / de prediis emendis / de uxore ducen-
da diuinum intellectum perturbant. Hec ab
epistola porphyrii dicta sufficiant. Magice
autem artis ipsi dii gentilium ac inuentores
& doctores fuerunt. Unde nanque homines
quibus demones coguntur: q̄ ab ipsis demonib;

Q[uod] dii gentilium magic[as] artes docuerunt ca[pitulum]

discere potuissent. Neque putes id ita a nobis dici.
nihil enim nos harum rerum scimus, nec scire uo-
lumus. Sed ad redarguendum errorem gentilium
et ad defensionem nostram idem ipse porphyrius
testis citetur: qui in libro de responsis his uerbis
utitur. Non autem solum felicem conuersatio-
nem suam: uerum etiam quibus rebus gaude-
ant et quibus illigentur dij hominibus: signi-
ficarunt. Et ad hec: quibus rebus cogantur et que
sibi offerenda sint et quos dies euitare oporteat:
figuras quoque ipsas simulachrorum quales esse
debeant, et in quibus locis ipsi uersentur. Et om-
nino nihil est: quod ab ipsis dijs homines non
didicerint. Quam rem cum multis approbare
possimus: paucis tamen erimus contenti. Pri-
mum enim proserpine responsa de symulachris
quomodo et ex qua materia faciunda sint: his
uerbis hecathe declarat. Responsa proserpi-
ne de simulachro.

Quale mihi facias simulachrum aduerte docebo
Siluestri cape nata loco atque absyntia circum
Pomito. Tum totum celato et pingito mures
Qui soleant habitare domos. pulcherrime sunto
hec ornamenta atque animo gratissima nostro.
Tum myrrham, thus, styracem ipsorumque cruorem
Conterito pariter murium: sacra desuper inde
Verba cane et tot uero adhibe, muresque repone
Quot mihi tu esse uides formas: tum sumito laurum
Ex que eius trunco uaginam aptato. piasque
Tunc effunde preces simulachro et debita solue
Vota. hec si facies per somnum meque uidebis.

His alijsque huiusmodi magnus ille apud gentes phy-
losophus theologusque mirabilis secreta misteria su-
blimia atque archana ostendit quibus demonum
uirtus et malignitas profecto manifestatur. Quod
enim prosint malefice iste artes aut quam utili-

tatem inanimata nobis afferunt simulachra.
Quid autem oportet magicas artes insequi si uir-
tutes et phylosophia ad felicitatem sufficiant. Sz
uideamus qualia sint que subiecit characteras
inquit et figuras non parum ab iis deis diligi:
proserpina his uerbis significauit.

Quisnam hominum formas eris neglexerit unquam
Aut auri flaua aut argenti candida dona
Quis non miratur: quis non: hec ipsa deorum.

Non autem solum figuras ad iis peramari: sed ipsos
etiam circumscribi docuit. Contineri enim eos
ait in consecrata imagine quasi in sacra quadam
terra. Sacra enim e terra quae dei habet imagi-
nem qua sublata illud statim soluitur: quo deus
continetur. His omnibus optime astruitur terres-
tres atque passibiles demones a gentibus coli quos
non iniuria nos penitus contempsimus. Vides enim
a theologis eorum et ab illis ipsis concedi figuris
et characteribus eos detineri. cum oporteret non
alibi quam in animo: nec in omni animo: sed ab omni
macula remotissimo et omni uirtute predito eos
habitare. Merito enim certe ad talem animum
diuinus aduenit spiritus. nec nobis uirtute ac
pietate preparatis ad suscipiundum deum magi-
cis artibus opus erit. Sed de his satis. Nunc
autem audias que responsa deorum de efficien-
tibus oraculis in eodem libro porphyrius recitat;

Quod oracula defecerunt. ca. 8.

Ablata est pythy uox haud reuocabilis ulli
Temporibus longis. et enim iam cessit Apollo
Clauibus obclusus. silet ergo rite peractus
Discedas patria et redeas ad limina sacris.

Oportune ustis adiciam illa que plutarchus de
deffitientibus conscripsit oraculis. Cum igitur
ait Amonius tacuisset. Tum ego ad cleumbrotum
dixi. Narra nobis o amice si placet de oraculis:
de quibus apud nos preclara dicebantur. Nunc

autem omnia extincta ee uidentur. Hec ego. Tacente autem Cleumbroto et quasi rubore con fuso ac in terram respiciente. Quid autē inqt Demetrius de illis querere: cum omnia fere hic preter unum uel ad summum alterum defecisse perspiciamus. Quare communiter inter nos con sideremus quanam de causa oracula deorum hic debilitata: immo uero extincta sunt. Non eī ignoramus boetiam multiuocam ppter mul titudinem oraculorum appellatam fuisse. Que omnia quasi aquarum fluenta desicata sunt nullibi enim nunc q̄ in lebadia boetie oraculū in illis partibus inuenitur. Cetera uero uniusa uel silent: uel penitus desolata ruerunt. Ad hec alia quoque subicit plutarchus: quibus gentilium demonas mortales ee ostendit. Nō enim inquit male mihi dici uidetur: non deos sꝫ ministros deorum demonas oraculis preesse. His autem demonibus errores et calamitates attribuerunt: ac denique mortales esse opinari barbarice dictum arbitror. Interrogauit igitur Cleumbrotus philippum quis et unde ille adoles cens esset. Cumqꝫ audisset: neqꝫ nos ignoramus inquit o heracleo in absurda uerba nos inci disse. Sed non possumus cum de magnis rebus dicatur: audacter magis q̄ uere subiectis prin cipiis recte ad ulteriora procedere. Nec credo te fugere: datum esse abs te quod negaueras. Concedis enim demonas esse ministros deorū. Quid autem inter hos et deos intererit si utrisqꝫ incorruptibilitas et inpassibilitas essencialiter inest. Ad hec cum heracleo silencio cogitaret: malos quidem demonas esse ait. Philippus nō solum Empedocles: uerum etiam plato et xe nocrates et chrisippus scripserunt. Democrytus autem cum deprecetur: bona sibi apparere de-

[margin:] ...um demones ...s sunt. ca.m 9.m

tare. Ea responsis delphici Apollinis delusus Oeno-
maus uir apud grecos tam phylosophia q̄ eloquentia
nobilis: curiose collegit et refutauit. Vt ergo igitur uer-
bis eius ut uideas gentium deos ab ipsorum gen-
tium philosophis derisos oraculaque deorum fig-
menta hominum putata fuisse. Sic igitur Oeno-
maus in libro de falsitate oraculorum conscrip-
sit. Cum fame inquit Athenienses ppter Andro-
gei cedem agitarentur et ad auxilia deorum con-
fugerent: non ut iusticia et humanitate aut sal-
tem penitencia mentisque contricione placandos
deos apollo respondit. Sed mortem morti peste
pesti et crudelitatem crudelitati addidit. Ius-
sit enim singulis annis septem mares totidemque
feminas in cretam sacrificandos mitterent. Ci-
uis rei memoria: immo quedam uestigia uel
usque ad tempora Socratis quingentis annis
postea durauere. Id quippe fuit quo mors So-
cratis rememorata fuisse dicatur. Responsum Apollinis.

Deligite ex omni bis septem corpora sexu.
Atque ea mynoi regi mandate quot annis
Per mala sic hec uestra dei placabitis iram.

Cur autem o deorum optime si iustissimu fu-
[illegible]
di quintum spirarent uenti: nihil esse dicendum: sin
uero tranquillitas maris ēēt et uentorū flatus
cum in eo loco essent: omnino deficerent: nō ēē
retinenda que audierunt. Cum igitur iuxta pa-
ludem essent: quia nullus erat flatus uentorū:
tunc Thamnum in mare pronum respicientem
magna uoce dixisse que audiuit: magnus pan
mortuus est. Qua re nunciata magnus multorum
gemitus: immo uero innumerabilium miraculo
quodam commixtus subito auditus fuerat. Et
quoniam multi fuerant: qui ea in naui naiga-
bant: cito ac facile cum romam uenissent: huius-
cemodi rei rumores urbem repleuerunt. Et a Tibe-
rio cesare qui tunc gubernacula rei publice gere-

autem omnia extincta esse uidentur. Hec ego. Tacente autem Cleumbroto et quasi rubore confuso ac in terram respiciente. Quid autem inquit Demetrius de illis querere: cum omnia fere hic preter unum: uel ad summum alterum defecisse perspiciamus. Quare communiter inter nos consideremus quanam de causa oracula deorum sic debilitata: immo uero extincta sunt. Non enim ignoramus boetiam multiuocam propter multitudinem oraculorum appellatam fuisse. Que omnia quasi aquarum fluenta desicata sunt nullibi enim nunc quam in lebadia boetie oraculum in illis partibus inuenitur. Cetera uero uniuersa uel silent: uel penitus desolata ruerunt. Ad hec alia quoque subicit plutarchus: quibus gentilium demonas mortales esse ostendit. Non enim inquit male mihi dici uidetur: non deos sed ministros deorum demonas oraculis preesse. His autem demonibus errores et calamitates attribuerunt ac denique mortales esse opinari barbarice dictum arbitror. Interrogauit igitur cleumbrotus philippum quis et unde ille adoles

...im demones ...s sunt. capitulum 9m

ubi saturnus somno uinctus a briareo custodietur. Somnum enim quasi nexum ipsi esse inuectum multosque cum ipso esse demonas cultores atque ministros. hec plutarchus. Animaduertendum autem arbitror diligenter quo tempore demonis mortem fuisse dicat. Quippe Tiberii tempore saluator et dominus noster cum hominibus conuersatus omne demonum genus ab humana depulit uita. habes igitur etiam a summis apud gentiles uiris: non alio tempore umquam quam temporibus saluatoris nostri demonas extinctos fuisse. Verum quoniam hec cunctis nota non sunt: ad ea transgredi animus est: que neminem e studiosis fugere possunt. Vetustissima enim deorum responsa omnes grecorum populi et uniuersa solent gymnasia decan-

De uetustorum falsitate oraculorum ex oenomao. capitulum 10m

tare. Ea responsis delphici Apollinis delusus Oeno-
maus uir apud grecos tam phylosophia quam eloquentia
nobilis: curiose collegit & refutauit. Utar igitur uer-
bis eius ut uideas gentium deos ab ipsorum gen-
tium philosophis derisos oraculaque deorum fig-
menta hominum putata fuisse. Sic igitur Oeno-
maus in libro de falsitate oraculorum conscrip-
sit. Cum fame inquit Athenienses propter Andro-
gei cedem agitarentur & ad auxilia deorum con-
fugerent: non ut iustitia & humanitate aut sal-
tem penitentia mentisque contritione placandos
deos apollo respondit. Sed mortem morti peste
pesti & crudelitatem crudelitati addidit. Ius-
sit enim singulis annis septem mares totidemque
feminas in Cretam sacrificandos mitterent. Cu-
ius rei memoria: immo quedam uestigia uel
usque ad tempora Socratis quingentis annis
postea durauere. Id quippe fuit quo mors So-
cratis rememorata fuisse dicitur. Responsum Apollinis.

Deligite ex omni bis septem corpora sexu.
Atque ea mynoi regi mandate quot annis
Per mala sic hec uestra dei placabitis iram.

Cur autem o deorum optime si iustissimum fu-
isse minoa sciebas qui primus leges sanxisse
fertur & apud inferos iudex esse propter iustitiam
creditur constitutus: tantam ad eum morituram
iuuentutem destinasti: an ut fame illius offica-
res. Interfectores enim Androgei non innocentes
si iustus ille fuit: petiisset. Cur autem si deus
es ambiguis homines oraculis in perniciem de-
ceptos crudeliter ac iniquiter intrudis. Cresus
enim imperium lydie a maioribus successione
susceptum pietate in deos maiores suos statu-
ens superare: ut eorum patrocinio tutior esset.
Te o Apollo maxime coluit: templumque tuum
delphicum auro atque argento ita ornauit: ut di-
tissimum templorum omnium & sit & uideatur.

Unde iure tua beniuolentia fretus aduersus persas arma mouere statuit. neque id absque consilio tuo. Tu enim ea de re interroganti sic respondisti.

Intrepidus si Cresus alym transmiserit amnem
Imperium perdet magnum regnumque superbum.

Hac responsi ambiguitate tui numinis cultorem qui te suis opibus ditauit: euertisti et regnum lydie quod longissima successionis serie in eum deuenerat: in persas transtulisti. non sponte ut opinor. Non enim tam pium religiosumque regem et precipue tui amicum decipere numquam uoluisti. sed futurorum ignorantia id factum arbitror. Nam si tamquam deus futura cognosceres: non latuisset te non intellecturum oraculi ambigua Cresum. Miser igitur tu qui delphos habitans: inde ad uniuersum orbem inania fundis responsa. Insanum autem omnes homines qui ad te quasi ad ueridicum deum accurrunt. nec me ipsum insanum fuisse inficior: qui et bis ambiguitate ne ignorantia tua dicam deceptus. Tercio etiam non diuitys aut uana re quapiam: Sed quomodo facilius atque tucius phylosophari possem: abs te quesiui. Sed mea omittenda forsan sunt alienaque simul que temporibus nostris efficiens omnia confundis. Antiquissima uero que uniuersis patent: omnino predicanda. Magno xerxes terrestribus copiys atque naualibus in gretiam impetu ferebatur. Quare Atheniensens quibus maxime infensus erat: turbati: cum nulla salutis spes sibi aliunde restaret: ad te delphice confugerunt. Quid autem tu: num amicos atque cultores tuos defendisti: minime. sed ligneo muro munitos derelicta urbe fugere consuluisti.

Effugite extremas mundi et penetrate sub oras
Ne miseri tardate. feret fuga sola salutem.
Non saluum caput ullius non pes ue manus ue
Vlla nec in reliquo pars denique corpore salua
Curribus ecce furit uectus quos syria mittit
Mitis erit nulli. rapiet ferus omnia mauors
Non templis diuum parcet: non menibus urbis
Cuncta igni consumet: an ipsa exterrita magno
Sudore aspicitis superum simulachra madere.

Hec ne diuinatio est. nemo profecto conditionem illorum temporum perspiciens: hec ignorasset. Sed quid deinde sequitur.

Post multas tandem prostratus iupiter urbes.
Lignea dat pallas quam menia condidit urbi
Vnde optata salus felix et palma sequetur.
Si tantum pugnam non expectauit equestrē
Tu uero salamis: uel cum successerit estas
Vel cum tristis hyemis propriis priuabere gnatis.

Quo pacto si Apollo futura quasi presentia preuidere potest amissuram sciebat filios salamyna: utrum uero hieme quando cerealia semina iaciuntur: an estate quando metiuntur: ignorabat. quia uidelicet certum erat non potuisse illos ingenti persarum exercitui resistere. Quo autem tempoē aggrederentur: maleficus ille qui hec responsa fingebat: scire non poterat. Simili ratione ruinā urbis Atheniensium preuiderat ac ideo fugere illis nauibus quasi ligneo munitos muro consulebat. quod etiam Themystocles humani uiribus ingenii preuiderat. Sed anteq̄ tu auctoritate tua populum mouisses: persuadere non poterat. Nūc qui hac de re querentibus Lacedemoniis responsum fuit: uideamus.

Qui sparthām antiquam colitis: uel menia uestra
A persis deuicta cadent: uel regis adempti
herculidis mortem grauiter plangetis amaram.

Hec certe si quieto in tempore cecinisses omnibus

fatuola usa fuissent. Sed terrore factum est: ut ignorantia tua lateret. Non enim solum uaticinia: uerum etiam auspicia & auium uolatus atque cantus in talibus solent temporibus facile credi. Considerasti enim urbe prostrata: regem quoque non euasurum. Sin autem rex egrederetur: casurum illum nemo dubitasset: qui & multitudinem hostium & uirtutem Lacedemoniorum non ignoraret. Ita fieri posse conieasti: ut preteriti hostes admiratique animos hominum consilium aggrediunde urbis relinquerent. Quam si tamen cepissent ac diruissent: rex etiam euadere non poterat. Rege interempto posse urbem euadere sperasti. ac ideo ita ex ignorantia disiunxisti: ut quo quo res se uerteret: ueridicus uidereris. Pretereo multa quorum ambiguitate magnas urbes plerunque scimus euersas fuisse. Nihil enim unquam hominibus hec deorum responsa contulerunt. Offuerunt uero sepius alios in alios cupiditate ac spe uictorie Apollinis auctoritate concitantia. Sed audiamus quid Lycurgo respondit.

Care ioui magno qui templa ad nostra lycurge
Venisti: care & cunctis dilecteque diuis.
Te ne hominem appellem ne deum. si quando sacrarum
Cura tibi tanta est documenta exquirere legum.
Te potius uatum celesti ex stirpe putarim
has autem concedo libens. cognoscere binas
bina uias opus est primo & uestigia uite
humane. Quarum una fouet letaque tuetur.
Libertate homines semper contra altera tristi
Seruitio & turpi premit hanc ignauia uecors
Seditioque parit pax illam dulcis amorque
hanc igitur fugiet. illam sed quisque sequtur

Queris an deus sit. & deum potius fore putas eterne conitiens illum per uirtutem futurum memorie. leges autem illis eas concedis: quas

amicule quoque medius fidius & mancipia non
ignorant. Quibus enim uirtute atque concordia
ciuitates crescere: contrariis libertatem amitti
ambigeret. Sed doce quomodo concordes ciues
erunt. nec mortales homines uelis hec uidere que
tu nescias. Non autem de rebus publicis atque gran
dibus solum: sed priuatis etiam ac leuioribus
inutilia dabant responsa. De ducenda enim uxo
re interrogatus respondit Arguiam eligito puel
lam de filiis ueni e lapacydes. periet uxor tibi per
initiosum de ingratione ad aureos ingrate uiros
de mam gloria
Excedit cunctas exculta pelasgica tellus
Trhaces equi prestant. uirtus sed maior eorum
Est hominum qui pulchre arethuse e gurgite potant.
Non uideris certe o Apollo aruspicibus & auguri
bus melior. Multo enim te Socrates prestantior:
qui cum ab eo quidam quereret: duceret ne uxo
rem: utrum facies inquit penitebit. Illi uero qui
filios desiderabat dixisse fertur: non recte ipsum
facere quod de habendis cogitet liberis: cum po
tius cogitandum sit: quomodo si dabuntur: de
beant gubernari. Ei uero qui patriam deserere
uolebat: quoniam infeliciter in ea degeret: non
proba ipsum agitare consilia respondit. patriam
enim relinquebat: sed suam morositatem que fa
ciet ut apud alios quoque non prospere uiuat: se
cum afferebat. Tu autem o Apollo non modo
uocatus: sed etiam sponte non nullis consuluisti.
Nam Atheniensibus nihil petentibus uiginti an
te uigintique post caniculares dies: opaca in domo
dionyso uti medico consuluisti. Nec preclarum
quid: sed quod mediocriter uel peritus medicus
sciret: protulisti. Quo uero senem cuidam si libe
ros procreare uellet iuniorem ducendam uxorem
respondisti: quilibet id qui nature uires ac eta
tum considerauit: non peius te ipso uideret.

Q[uod] malefici uates partem questus petebant. ca.ᵐ 11ᵐ

plato homerum a ciuitate expulit sua. ca. 12ᵐ.

Q. po te insis [?] laudibant quasi diuum.

Cur autem o sapientissime deorum charilao ac
Archelao lacedemoniorum regibus multo utilius
fore respondisti: si agri quem in bello acquisiuerunt:
mediam Apollini partem tribuerent. Cur porro
alteri Apollini tribuerent. non enim tibi petebas.
neque ita ego te impudentem audeo dicere: sint
hec Archilochum autem poetam omnium poe-
tarum petulantissimum qui de mulieribus ea scrip-
sit: que nemo frugi equo animo audiret. Et
euripedem a socratica phylosophia improbatum
& homerum quem plato tanq̄ inutilem a ciui-
tate sua repulit: laudibus ad astra tulisti. Archi-
lochi enim patri de filio querenti dixisti: precla-
rus hic inter homines erit o thelesydes. Similiter
fere de euripide. nascetur tibi filius mnesarchide
optimus atque gloriosus. homerum autem & felicissi-
mum quasi deum & miserum: quoniam in agenda
uita non paruos tulit labores: pronunciasti. Quid
igitur erat quo immortalitate tibi Archilochus dig-
nus uidebatur. Dic queso absque inuidia ut mira-
bilem eius uirtutem etiam nos imitati ad celum
similiter conscendamus. An uituperandas omnes
mulieres putas que nobis nubere nolint ut Archi-
lochus fecit. Sed apptez carmina uidelicet tibi pla-
cuit. Dij enim & uiri diuum carmine utuntur. nec
domus. nec ciuitas aliqua. nec nationes sine car-
mine probe gubernantur. Quare qui eum occidit
Archias a templo quasi scelestus exire abs te iuss9
est. Musarum enim occidit amicum. Qua uero
uirtute dij euripidem admirati sunt: nescio nisi
coronas ac plaudentia theatra soleant admi-
rari: an quia publice in arce Atheniensium cena-
ret: an quia macedonum populi eum laudabant:
celo dignum iudicasti. homerum uero cur deum:
cur felicem fore putabas: cui de morte interro-
ganti respondisti: patriam quere. Nam hanc
mater tibi: non pater dedit. Sed non procul a
mynois tellure insula est. in qua tibi erunt ul-
tima fata: cum adolescentium abditum sermo-

nem audies. Graue nanque o sapientissimi uiro
rum deorum uolui dicere graue inquam est: si
neque ubi natus est: neque ubi morietur: sciet
homerus. Simileque mihi uidetur ac si scarabeus
uehementia uentorum a stercore ubi natus est:
ad alia stercora latus delphicum apollinem in
terrogaret: quoniam e stercore natus esset: et
in quo denique moreretur. Sed de poetis hactenus.
Tu uero non poetas solummodo: sed pugiles etiam
atque athletas in deorum tuis oraculis honores
conduxisti. Utinam cum mare metiri possis, et
arenarum numerum non ignores: surdos intelli
gas: et mutos audias. hec omnia nescires: et illud
probe teneres: quia pugiles a calcitrantibus non
differunt. Sic enim aut asinos quoque deos puta
res aut cleomedem pugilem: non quasi deum ho
norares. Ultimus deorum cleomedes: quem uene
ratur sacrus. Cur enim o deorum interpres: ut pla
to dicit: ad celum illum hominem rapuisti: an
quia uno ictu in olympico certamine aduersa
rium deicit / apertisque pectoribus eius manu pul
monem abstraxit. O rem mirabilem: an quia
quatuor talentis damnatus non tulit. Sed mero
re ac ira commotus: columnam qua domus sus
tentabatur: ubi iudicium filii docebantur: substra
xit et misera omnes morte confecit. Sed illud for
san admiraris: quia in loculum persequentes fu
giens sacrum ingressus: tegmen loculi sic appo
suit atque tenuit: ut inde non potuerit abstrahi.
Ideo ergo deus et non mortalis. ideo uirtutem eius
dii admirati in celum ipsum sicut ganymedem
rapuerunt. Sed illum pulchritudine persuasi:
hunc robore corporis et quia uiribus bene usus
est. Cur non de asinis quoque bene calcitrantibus:
ut de pugilibus oracula reddis. precipuus deorum
siluester asinus non cleomedes quem ueneratur
sacrus. Quippe et cleomedem et multos alios si
calcibus secum certaret: omnino superaret. ipsum
etiam pugilem thasium ad barathrum de celo

Quod Athlete diuinis honoribus auctore Apollinis afficiebantur. cap. 13.

calabus facile deciperet. Credamus enim deo: qd' etiam Thasius ambrosia nectareq; deorum in celo utatur. Nunc demum intelligo diuinum qd' e celestibus uti. Quod si phylosophi omnes intellexissent: omnis uirtutis genere spreto Thasium pugilem imitati fuissent cui immortalitatem quidem ut Cleomedi dii non concesserunt. Sic autem honorarunt: ut cum enea statua eius animata quasi super pulsantem hostem cecidit. Cumq; Thasii quasi diuinarum rerum ignari scelus illd putassent: in mareq; statuam idcirco piecerut: dii commoti ingenti anone penuria eos uexabat. Tu autem Apollo quasi deorum humanissimus ambiguum (ut soles) auxilium illis prebuisti sic dicens. Reductis in patria exulibus cererem metetis. Thasii uero quasi maiori arte deorum humanitati exules q statue forent: restituerunt eos in patriam: ut nullam utilitatem consecuti sunt: donec quidam uidelicet sapiens pugilis demersam statuam intelligi per oraculum exposuerit. Qua restituta: fecunditas agrorum thasiis restituta e. Simile quid locris fertur accidisse qui cum Euticule quasi proditionis conscium in carcerem intrusissent & post mortem statuas eius dehonestassent: fame laborantes oraculum acceperunt: ut dehonestatu honorarent: si agros non frustra uellent arare. Nõ minus igitur Athletas dii uidentur diligere q boues saginati ab hominibus diliguntur. quibus sacrificatis tu o apollo placari soles. Quid autẽ

Q etiam tyrannis Apollo adulabatur. Cam 14m.

dicam quod crudelissimis etiam tyrannis sic adularis: ut summos uiros putare uidearis. Quid ei ais de Cypselo. Felix hic uir Cypselus eacida. Quomodo autem si Cypselus felix: phalaridem cuius ille similis fuit: beatum fuisse negabimus. non uideo qua ratione phalaris etiam tibi ac ioui placuit. Sic enim ipsi quoque respondisti Apollo iupiterq; pater uitam phalaridi prorogauit. qr charitona & menalyppum humanissime tractauit. Nam cum illos insidiantes sibi cepisset:

patientiam: quam dum torquerentur ostenderūt:
admiratus dimisit. Methymnensibus autem
perutile forte asseruisti: si ligneum dionysi caput
colerent. Colunt enim certe methymnenses lig-
neum dionysi caput: ate hortante persuasi. alii
uero lapideis: alii eneis: nonnulli aureis: multi
argenteis sacrificant simulachris. Triginta deo-
rum milia in terra esse censet hesiodus. Ego au-
tem multo plures lapideos atq; ligneos hominū
creatores ac dominos ēē uideo. Sed tibi o Apollo
mirabile uisum est: quod ligneum humani ca-
pitis simulachrum dum iactum traherent: me-
thymnenses contraxerunt / colendumq; illud di-
uinis honoribus ēē respondisti. O rem mirabilem:
ex profundo maris ita repente rhetibus anne-
xum dionysi caput prosiluit. hec oenomaus..
Nunc in hoc sexto euangelice preparationis uo-
lumine falsitatem oraculorum: afalsa de fatis
opinione profluxisse. neque aliunde q̄ celestium
motu corporum diuinationem illorum coniectu-
ra collectam fuisse ostendemus. Expliat liber 5ntus.

·Q̄ ligna & lapides ado-
randos Apollo consule-
bat ca.m iiii.m

¶ Liber Sextus incipit :~

Sed iam in hoc euangelice pre-
parationis uolumine falsita-
tem oraculorum afalsa de fa-
tis opinione profluxisse. neq̄
aliunde q̄ celestium motu cor-
porum diuinationem illorū
coniectura collectam fuisse os-
tendemus. Adsit ergo rursus
magnus apud gentes porphyrius qui in libro
de oraculis manifeste hoc his uerbis aperit. Que
cunque inquit dii fatata predicant: stellarum
motu ita futura significant. quod omnes & ma-
xime Apollo multis responsis aperuit. Cum enim

voluntates hominum fatis arbitrabantur: liberum negantes arbitrium. ideo deorum consiliis persuasi. ca. 2m.

ab eo quereretur marem ne: an feminam in ute-
ro habens mulier pareret: feminam respondit.
ideo a conceptionis tempore percepisse declarat
dicens: Non sperato marem phebe cum arares cy-
prie radiis tenebatur. Egrotationes etiam stella-
rum cursu predicabant. Malis enim pulmonem
agitari humoribus respondit: quia salebris satur-
nus premeretur. Et in alio responso: fatatus tibi
adest dies: quem saturnus mavorsque simul statue-
runt. his abunde intellectum puto non divina quo-
dam virtute: sed celestium motus observatione ac
ratione mathematica genitum deos futura co-
novisse. Ita nihil divinius quam homines afferebant.

Quare modo attente considera quod non solum
exteriora et que in potestate nostra non sunt: ve-
rum etiam voluntates hominum fatatas arbi-
trabantur. Sic enim ipse Apollo cum de milite
quodam interrogatus esset: quare tam pericu-
lose rei studeret: Respondit dicens: marcum ge-
nethliacus concitat. Adeo autem generosi quidem
illi dii fatum extulerunt: ut nec templa sua
defendere se posse a fulminibus confiterentur.
Qua igitur spe vota illis redduntur/ aut cur
pie colenda colendi adorandique sunt qui sibi
ipsis sufficere nequeunt. Que omnia oraculo
suo his verbis edito apollo confirmavit.

Vos aberichthonii generati sanguine magni
Qui quando destructura cadet pulcherrima templi
percupidi scire hec oracula nostra petistis
Cum validi magno venti/ cum frigore surgent
Compressus cum fulminibus ruet undique crebris
Exilietque ether: que templa excelsa deorum
Sub mediisque undis naves multasque cremabit
Atque altos ferient montes ipsosque fugabunt
Tunc quoque terrifico perculsum hoc fulmine templum
Terre autem longe prestat quodcumque severe
Esse etenim certum stabile inviolabile semper

Pastores trepidos speleaq; postere cogent
Ardebit. sic stat fatorum immobilis ordo.
Et fixa & stabili statuerunt longe sorores
Quicquid nent fusis parce: rex iussit olimpi.
Si ergo nec templa sua deffendere dy possunt: s;
uenire omnino necesse est: que parcarum fusis
sunt inuoluta: Quid oportet deos aut colere aut
de futuris interrogare: si tam bonorum q̄ contra-
riorum causa necessitas erit fatalis. Erit igitur
hec necessitas dijs omnibus spretis: sola ueneråda.
Quod si parcarum dominus iupiter est: qui quod-
cunque fusis parce conuoluent: immobile fore
statuit: cur non ceteris omnibus relictis solum
illum deum & solum bonorum largitorem mag-
na predicas uoce? presertim cum ipse solus consi-
lia parcarum: ut alibi dicis: mutare facile possit
Vera igitur ratio illum ēē deum: illum sequendū
atq; colendum solummodo astruit. Econtra
uero pithius apollo maleficis artibus fata solui
contendit. Cum enim quereret quidam: cur inep-
tus ad rem quampiam ab Apolline iudicatus
esset: quidq; faciundum esset: ut quasi aptus
susciperetur: fatorum impeditum eum respond.
quam magicis artibus effugere poterat. Unde
aperte patet magicam diuinitus artem homini-
bus concessam: ut aliquo modo fatum repelleret.
hec porphyrij: non mea sunt. Qui autem re ma-
gica fata hominibus soluenda consuluit: quomō
ipse qui deus est: fatatum templi non repulit in-
cendium? Sed nobis illud etiam considerandum
est: q̄ dignus dei appellatione sit: qui non ad phy-
losophiam: s; ad malas artes hortatur. Porphy-
rius autem mentiri quoque deos fatetur: exqui-
sitam futurorum cognitionem dicens: non homi-
nibus solum sed multis etiam deorum incom-
prehensibilem ēē. Unde interroganti non sponte
inquit mentiuntur. Quare predicere solent nō
posse uera se respondere. homines autem ex a-
mentia perseuerantius cogunt: ut respondeant.

Q fata magica ui solui posse Apollo respondit ca. 3m.

Q Apollo non nunq̄ mentiri se fatebat. ca. 4m.

Apollo igitur delphicus cum huiusmodi celi ac conti-
nentis affectio esset: ut uerum preuidere nō posset.
retinere dicebat per uatem uim istam & potentiam
hec uerba non proferas. falsa dicam si coges. Et in
alio responso: nihil hodie inquit stellarum mihi ua-
ticinandum prestat. Deinde concludens ait: manifes-
tum iam fecimus: unde falsitas ad deorum ora-
cula surrepat. hec porphyrius. Nos autem dicimus:
hinc patere nihil in deorum oraculis diuinum fuis-
se. Quomodo enim deus qui natura ueritas est:
mentietur: aut quomodo boni demones falsitate
querentes fraudabunt? Quomodo etiam homine
superior erit: qui stellarum motu impeditur? Sed
mortalem quidem hominem cui aliqua cura uir-
tutis sit: nulla ratione cogi posse: ut mentiatur:
non dubitamus. Nam si etiam uerbera & cedem
minaberis non dubitabit exclamare: ensem acue:
ignem afferas: corpus meum incidas: totum crema-
to: stelle in terram ante descendent: q̄ falsum a
me quicquam audias. Deum autem aut bonos de-
monas ad continentis celi necessitatem ignoran-
tiam suam referentes credemus? minime. Non
enim dii aut boni: sed pernitiosi ac nequā demones
sunt qui libertatem nostram destruxerunt & stel-
lis non exteriora solum: uerum etiam uoluntates
nostras cogi nobis persuaserunt. Quod si esset: ia-
ceret omnis phylosophia: iaceret pietas. nulla
esset laus uirtutis: nullus fructus laborum. nec
puniendi essent improbi: nec admirandi studiosi:
si non libera uoluntate & nostra sponte susceptis
laboribus: sed necessitate fatorum hec fierent. Ita
uniuersam hominum uitam hec euertit opinio.
Nam si euentura omnino sunt prospera uel aduersa
unicuique hominum: estq; necesse hec me agere:
& te illa: quid oportet cura laboreq; consici. Nam
si quis militiam ire cupit non sponte: sed fatis coac-
tus id cupit: & latrones similiter & adulteri cete-
riq; nequissimi homines & econtra modesti &
iusti fatis compelluntur: quomodo igitur hoc dog-

Q falsa est opinio de fato. cam. 6m

mate imbutus quisquam monenti, aut precipienti
mentem adhibebit: aut quomodo non exclamabit
non sunt potestatis hec mee o doctor. Ac video quid
oportet solicitum esse nisi etiam fatis hec mihi solli-
tudo destinata sit. Quod si docendi precipiendique ti-
bi necessitas instat: frustra tamen doces ac precipis.
Faciam enim si fata volunt: immo vero laboran-
dum mihi non est. Aderit enim mihi necessario quod
fatatum est. Et profecto qui hortatur et docet, qui
peccantes castigat, et probos comendat: is re ipsa li-
berum nobis arbitrium inesse ostendens solo fatorum
utitur nomine. Similiterque facit: ut si quis bonitatem
nature qua universa gubernantur: nequicie appel-
let vocabulo. Eodem enim certe pacto: cum mani-
feste omnes non aliunde: sed a libera voluntate ad
monendos filios castigandosque servos inducamur,
et sponte nos aliud velle, aliud nolle cognoscamus:
vehementer errat: qui hec necessitate fatorum fie-
ri contendit, et studia hominum retundit. Exhor-
tacione nanque atque doctrina bene vitam agi hu-
manam videmus. Que omnia unacum legibus
hec opinio si sibi ipsi constet: radicitus evellit. Non
enim erit opus: aut peccantes castigare si quid
coacti fecerunt, aut honores probis viris retribuere.
Que utraque profecto videmus magnam vim: al-
terum ad improbitatem reprehendendam: alterum
ad probitatem amplexandam retinere. Pietas
enim in deum nonne funditus evertitur: si nec ipse
deus nobis, nec pie orationes et cultus eius necessi-
tate vinctis hominibus potest prodesse. Quomodo
autem cum sentiamus ita nos appeticione mo-
veri: non omnino amentissimum erit ab exte-
riore quadam vi quasi animi expertes moveri
nos credere. Sic enim libera voluntate alia fugi-
mus: alia sequimur: ut quemadmodum dolere,
gaudere, videre, audire: non raciocinando: sed re
ipsa comprehendimus: ita a nostrorum ipsorum
consilio ad fugiendum aut sequendum nos mo-
veri profecto sentimus. Quas ob res racionalis
nature libertas iure negari non potest. Si autem

retundit

multa preter uoluntatem eueniunt: quibus nonnulli
turbantur: distinguendas res elegantius est. consi-
derandumque diligentius: qua ratione fiant. Videbi-
mus enim non fatorum: sed alia quadam atque subli-
miori prouidentie ratione ita fieri. Age igitur: altius
rem consideremus. Vniuersa igitur diuina prouiden-
tia existere ac gubernari uera pietatis predicant
iura. propria uero ratione singula secundum formas
suas: quedam habitu: quedam natura: quedam sen-
su: alia ratione ac iudicio & uoluntate mouentur
& alia quidem antecedente ratione facta: alia
uero consequente ad ea que per antecedentem
producta sunt: uarium totius atque diuersum
constituunt ornatum. Cumque singula rerum
genera propriam nature determinatamque fabricam
a prima causa consecuta sint. huic libertatis: qui
nostre rationem facile perspiciet. Cum enim non
simplex quedam res homo existat: sed a duobus
contrariis animo atque corpore constet: cumque
corpus ex consequenti: ut organum animo at-
tributum sit: anima uero de intellectus subs-
tantia precedente sit ratione creata. & illud qui-
dem irrationabile corruptibile ac mortale. hec
autem rationalis incorporea atque immortalis.
Cumque corpore belluis: animo rationali immor-
talique nature coniungamur. Iure ita composi-
tum hoc animal cum simplex natura sit: dupli-
citer diuersaque uia uiuendi rationem complec-
titur. Nam & nature corporis seruit & diuinio-
rem partem si seipsum cognouit: non spernit
libertatis sue cupidum: Ita idem & seruit &
liberum est. Talem enim a deo corporis atque ani-
me: quibus ipse sciuit rationibus coniunctio-
nem homo consecutus est. Si ergo quispiam:
que corporis aut animi nature sunt: fati uo-
cabulo abusus necessitati subiciat: uehementer
errat. Si enim necessitas que impediri non po-
test: fatum esse intelligitur: Multa uero anime

& corporis naturam consequentia impediunt.
infinitaq; forinsecus preter naturam & anime &
corpori accidunt: quomodo fatum & natura idem
atq; unum erit? Fiunt enim in nobis multa uolu-
tate que in nobis est: cuiusmodi sunt que secundū
naturam anime appetimus. Multa etiam natura
corporis fiunt. Alia istis animo dico & corpori acci-
dunt: que aliys natura conueniunt. Sed neque
animi libertatem neq; corporis naturam: nec que-
cunque forinsecus accidunt: iure quispiam a cau-
sa subtrahat. Causa uero omnium & que liberta-
tis nostre sunt: & que nature corporis sunt & que
accidunt extrinsecus deus est: a quo uniuersa
que sunt: producuntur. De omnibus enim que
sunt: scriptura id dicit. Quoniam ipse dixit et
facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Si ergo
cum alia uolumus: alia preter opinionem acci-
dunt nostram: meminisse tunc debemus coniunc-
tionis huius nostre: que corpore atq; animo con-
stat. Unde rationalis atque intellectiua anima
in infantis corpore preter naturam suam irra-
tionalis esse uidetur. & intellectus egrotatione
corporis uersus insanit & senectute instrumen-
tis omnibus confectis intellectiue anime uirtus
hebetatur. Dolores rursus preter naturam uehe-
mentius corpus urgentes libertatem animi deici-
unt: que doloribus uicta corpus consequitur. Ita
patet ineuitabilia quedam uincula libertati ani-
me partim a natura corporis: partim ab exterio-
ribus imminere. Sed uoluntas hominis ad tan-
tum uirtutis interdum peruenit: ut nature cor-
poris & exterioribus cunctis resistat. Corpus enim
plerunque ad uenerem fertur & anima habenis
utens rationis subigit impetum corporis atq;
domat. Fame siti ac frigore conficitur & reme-
dia queritat. At uoluntas econtra ea ipsa non-
nunquā eligit & ieiunio ceterisq; laboribus
appetitum carnis frenat. Preterea natura cor-
poris titilatione gaudet uoluntatum & uo-

luntas laborem pleriunque amat. Multi autē
peiora secuti naturalem usum ad eum qui pre
ter naturam est: converterunt. masculi in mas
culos turpitudinem operantes. Ita non in om
nibus racio vincatur: sed interdum ipsa ducat:
interdum autem ducitur. Adeo: ut nō nunq̄
cum mori melius q̄ vivere iudicaverit; ppriis
homo manibus se ipsum interimat. Si ergo so
lummodo ad corpus universa sibi esset concer
tacio: non magna bene vivendi difficultas ēēt.
Nunc vero cum hanc vitam deus inter multa
constituerit. inter homines inter beluas inter
ignem etiā atque aquam continentemq; aera:
non est sibi solummodo pugnandum adversus
coniunctam corporis naturam: verum etiam
ad infinita pene exteriora. Crebro enim natā
etiam ciborum & continentis temperies: aut e
contra frigora estus aliaq; huiusmodi complu
ra natura quidem facta: nobis autē per accidens
ingruencia: non parum ppter corporis naturā
que non potest facile exteriores excessus sufferre:
voluntatem hominis perturbant. Ad hec illi
quibus cum vivimus: voluntatem pleriunque
nrām racionibus aut quovis alio modo ad suā
convertunt. & alias meliorem alias peiorem effi
ciunt. Solet enim prava conversacio nocere:
sicut e contra bona prodesse. bonos quippe mores
conversacio mala corrumpit: veluti etiā pravi
mores proba conversacione corriguntur. Sic
igitur racionalis anime virtus huc atq; illuc
ab exterioribus fertur. Rursus autem viribus
suis divinis aliquando cuncta superat & invic
to robore phylosophatur. Quid dicam: quod
quibusdam seculis excelso magnoq; animo ho
mines & robustissimis corporibus habundavit;
nonnullis e contra. Que omnia gubernacioni
totius aptissime congruencia q̄ maximum orna
tum varietate rerum faciunt. Omnibus autē

.simpliciter.

simpliciter: tam iis quorum nos sumus causa
quam his que aut natura fiunt aut extrinsecus
accidunt: una omnipotens atque omnia pene-
trans providencia dei presidet. Que univer-
sa ineffabilibus gubernans rationibus mul-
ta etiam eorum que natura fiunt: commutat.
auxiliumque affert: ut ea quorum nos sumus
causa: et eligamus et operemur. His omnibus
tripertito ut diximus divisis: in ea que in nobis
sunt in ea que secundum naturam et in ea
que per accidens fiunt. omnibusque istis ad
voluntatem dei reductis nullum locum fa-
torum possidet ratio. hinc etiam unde ma-
lorum scaturiat fons: aperitur qui nullum
habet in iis que secundum naturam aut cor-
pore aut animo fiunt. Sed nec in his que fo-
rinsecus accidunt solummodo autem in libe-
ro animi motu: quando non secundum naturam
neque recte movetur: sed a regia exiens via s
sponte: dominus enim sibi ipsi animus est: pre-
ter naturam fertur. Cumque precipuum hono-
rem a deo acceperit: ut liber sit et sui mo-
tus iudex divina quedam lex iniuncta sibi
naturaliter est: que in ipso interiore exclamat
recessu: via regia proficiscaris. noli ad dex-
tram aut ad sinistram declinare. Via vero
regia recta est: quam unicuique anime quasi
natura insitam legem auxiliatricem ad opus
creator nobis instituit. Sic per legem rectam
ostendit viam: per potestatem vero liberam
effecit: ut in ipsa esset virtutis premia sine
vi aliqua eligere: cum possit etiam contra-
ria malle. Ita si proprio motu naturalem des-
pexerit legem: fons viciorum non aliunde
sponte non aliunde neque ulla necessitate:
sed libera voluntate atque iudicio facta est.
Eligentis igitur culpa est. Deus vero inculpa-

bilis est. nec enim paruam deus aut naturam
aut substantiam anime creauit. Cum enim ipse
bonus sit: bona sunt omnia que ab eo creata sunt.
bona igitur sunt omnia que natura insunt. Vni-
cuique autem rationali anime liberum arbitriu(m)
natura inest. bonum ergo est ad eligenda bona
creatum. Ideo quando male agit: non est natura
culpanda. non enim natura: sed preter naturam
malum agitur: cum sit electionis deprauate: non
nature opus. Cui enim uirtus ad eligenda bona
inest: si ea non eligit: sed sponte melioribus spretis
mala immutatus sequitur. Quis potest eum dicere
morbi sui causam non fuisse: presertim cum insi-
tam atque salutarem legem uolens contempserit.
Qui ergo omnibus istis relictis a necessitate mo-
tuque stellarum omnia dependere putat: nec nobis
sed uirtuti qua omnia mouentur peccandi causam
tribuit: is quomodo non impius atque amens erit.
Nam si fortuna et casu absque aliqua prouiden-
tia ferri omnia opinatur: impietatis crimine re-
us mente captus quoque uidebitur. quoniam pul-
cherrimum rerum omnium ordinem non pers-
piciat. Sin uero prouidencia dei et optima ratione
cuncta gubernari fatetur: quoniam tamen non
peccare in fatorum delinquentes concedat: ne-
cesse est: causamque delictorum diuine attribu-
at prouidentie: mutato uocabulo necessitatem
et fatum ipsam appellans. Impius profecto iudi-
cabitur: immo uero pessimus omnium qui a cre-
atore uniuersi: alios ad adulteria: alios ad rapi-
nas: alios ad alia uicia impelli arbitretur. Vnde
sequitur: aut hec peccata non esse: aut peccandi
causam in creatorem referri. Nam siue eum ui-
deat uniuersa cunctisque adsit: peccare homines
cogit: siue stellarum motui uim cogendi conces-
sit: ipse certe aut per seipsum: aut per orbes celes-
tes quasi per organum nolentes homines ad ui-
cia immittit. Quare non iure homo: sed creator eo-
peccator erit. Quo dogmate nihil scelestius exco-
gitari potest. Ita qui fatorum necessitatem esse

credit: is aperte deum & providentiã negat. ueluti
econtra qui deum uniuersis preesse putat: uim fa-
torum omnino destruit. Aut enim idem est deus
quod fatum: aut diuersum: idem certe nõ erit.
Nam si seriem causarum ineuitabilem celestium
motu effectam fatum esse opinantur: quomodo
elementa corporea unde celestia etiam constant:
priora fato non erunt? & quomodo quod elemen-
tis & celo posterius est: idem erit quod prima cau-
sa? Quod si elementa & rationis & anime omni-
no expertia sunt: deus autem incorporeus & uita
& sapientia est: rebus omnibus & ut sint & ut
bene sint bonitate sua largiens: non erit profecto
unum ac idem deus atq; fatum. quod cum ce-
lestia corpora consequatur: eorum accidens est.
Si ergo diuersum: querendum utrum melius deo
est: an non? Sz nihil deo melius nihil potentius
excogitari potest. Vincet ergo deus superabit ex-
terminabitq; omnino fatum. Aut si patietur ip-
sum extare: cum possit uim eius malignam com-
pescere: ipse ad se ipsum malignitatis causam
attrahet. immo uero siquidem creator omnium
deus est: fatum quoq; ab ipso productum est.
Ita nulli uidebitur sibi cure uniuersum ee: cum
tamen ab ordine rerum & alterius ad alteram
affectionem: & ab his que a libera potestate ani-
mi fiunt: aperte prouidentie pateant effectus.
Nam etsi mille quedam partim corporis: partim
externarum rerum animum plerunque a uir-
tute repellant: ad omnia tamen resistit & in-
uicta diuino auxilio libertas humana euadit.
Que res certamine martyrum qui pro euange-
lica doctrina cuncta libere subierunt pericula:
comprobatur. Infiniti enim pene homines: nõ
solum greci & barbari: uerum etiam mulieres
tenereq; puelle intrepide cruciatu omni supe-
rato libenter a corpore abierunt. nec quisq; po-
terit fatorum hec necessitati accomodare. Unde

enim alias talia celestium motus effecit certamina: aut quando uita hominum ante saluatoris nostri doctrinam huiusmodi unquam fuit: que praua superstitionem deterret & cognitionem ueri dei omnibus immitteret? Quis autem sapiens unq potuit doctrinam suam ad uniuersum orbem dispergere & dominus uel ab omnibus uel a pluribus credi? Quod si hec nunq fuerunt: non est certe causarum series & fatalis necessitas omnium horum causa. nam si esset: profecto alius quoque eandem: aut similem stellarum necessitatem nascens habuisset. Quibus porro fatis saluator noster deus uerus per uniuersum orbem predicatur: et qui ul apud grecos uel apud barbaros dii putabantur: non alia re q predicatione nri saluatoris destituntur. Quod uero fatum uniuersi creatorem ipsum esse confirmauit: qui nullam ee fatorum uim docuit atque docet. Quomodo igitur ipsum fatum non esse seipsum predicat? Qui autem predicationis euangelice gratia: uel certarunt iam multis annis: uel etiam nunc certant. Quomodo ad unam uoluntatem & fidem & ad eandem uirtutem animi uiuendique rationem: diuersis temporibus: & tam multi nostra memoria fato compulsi sunt. Quis mentis compos credere unquam poterit: iuuenes simul ac senes: uiros & feminas: seruos & liberos: doctos atque indoctos: non i uno clymate orbis: neque in eadem ora natos: sed ubique terrarum & diuersis temporibus fatis coactos: unam & eandem nouam atque inauditam doctrinam & quidem cum periculo mortis patriis ritibus anteposuisse: & uere phylosophie dogmata duriciemque uiuendi q delicias maluisse. Cecus profecto de his: ut tuto prouerbio dicitur: recte iudicaret: non necessitate: s3 libero hec fieri arbitrio. Plura dicere possem. S3 quoniam suis testibus gentes: non argumentis nostris confundere instituimus: Oenomaum rursus audiamus: qui magno animo in libro de maleficiis artificibus: his aduersus Apollinem uerbis utitur.

Ipsorum gentilium phorum uerba contra eos qui fatum esse opinantur. C^m 6^m

Oenomaus.

Sed eas igitur in delphis: tu ne possis tacere cum
velis. Sic iovis filius Apollo uolt modo non quia
uolt: sed quia necessitas uelle ipsum compellit. Vide-
tur autem mihi: quoniam in hunc sermonem de-
ductus sum: de potestate nostra quam fundamen-
tum humane uite multi appellant: diligentius
querere. hanc potestatem nos libertatem nun-
cupamus. Democritus autem si bene memini
atque Chrysippus: alter seruam: alter semiseruam
pulcherrimam omnium humanorum rem conan-
tur ostendere. De quibus tamen non multum cu-
randum est. Quod si deus etiam aduersus non
est: quid faciemus. Sed non est equum uel Apol-
line repugnante ueritatem prodere. Charisto
enim chironis sic respondit. patria relicta eu-
boeam pete: ubi fatatum tibi est: urbem edifi-
care. Quid ais o Apollo: an non est potestatis
mee patriam relinquere. Quod si mihi fatatum
est alibi urbem edificare: siue tu consulas: siue
non & siue ipse uelim siue nolim: omnino faciam.
eritque mihi necesse etiam si nolim. Sed forte me-
lius est tibi: quam rationibus credere. Aliud igitur af-
feras: nuncia pariis o thesides in aeria urbem
sibi condendam fore. Nuntiarem inquam etiam
si tu non preciperes: quoniam fatatum est. Aeriam
autem thasum insulam Archilochus thesidis fi-
lius prius appellatam fuisse docuit & pariis co-
loniam illo mittere persuasit. qui uidelicet nun-
quam id fecisset: nisi tu iussisses. Cur igitur fata-
tum erat. Sed quoniam otiosi sumus: age nunc
mihi responde. Sumusne ego ac tu aliquid? sumus
certe respondebis. Qua ratione id ita iudicamus?
non aliunde uidelicet: quam sensu perceptioneque qua-
dam nostra. Quid porro: quomodo cognouimus
animalia nos ex animalibus esse: ut ego quidem
dico homines ex hominibus alter maleficus:
alter maleficii redargutor: ut uero tu diceres al-
ter homo alter deus: & alter diuinator & alter

sycophanta. Quod tibi facile concedam: si ratio-
nibus ita mihi esse ostendes. Quid ais: an non recte
iudicauimus sensu ac perceptione nostra illud nos
intellexisse. Nam si non ita se habet: quomodo ali-
quis ad delphicum oraculum ueniat: nisi sen-
tiat / intelligatque alicuius se rei indigere. Quomodo
autem Chrisippus qui semiseruitutem induxit:
id quod dicebat intelligebat: aut quomodo uel
cum presente Archesilao disputat: uel absenti
Epicuro respondet: si nec quid sit Archesilaus, nec
quid sit epicurus omnino percepit nec percipere
potest. immo uero nec quid ipse sit. Si hec aduersus
uos quispiam diceret: nullo modo ferre possetis. Qua-
re o Democrite atque Chrisippe et tu o celestis
diuinator si molestum uobis uidetur: cum quis
intelligentiam atque sensum eripere uobis conatur:
nonne nos quoque moleste ferre debemus. si mag-
ni uos sensum et mentem uestram putatis. nobis
autem fati necessitatem: nescio quam incutiatis.
quam alius uestrum a deo esse asserit: alius ab
atomis deorsum latis: ab inde rursus repercussis:
que modo coniunguntur: modo resoluuntur: fie-
ri contendit. Cum aperte eo sensu ac mente quo
nos aliquid percipimus: alia sponte: alia ui nos
agere percipiamus. Nec fugit nos quantum in-
terest inter ambulare ac ferri: aut inter uelle
atque cogi. Quorsum hec? quia nescire uideris o
Apollo quenam sint ea quorum domini sumus.
que a nostra uoluntate dependent. hec certe uo-
luntas nostra non paucarum rerum principium
est. Tu autem cum omnia scias: hoc principium
ita te latet: ut que hinc secuntur: nullo pacto
scire uidearis. Non ne igitur impudens es: qui la-
io respondisti: quia interimi eum a filio fatatum
esset. Ignorasti quippe quia uoluntati sue domi-
nus nasciturus filius foret. Illud porro ridiculum
est: coniunctionem nescio quam esse causarum
et seriem. Utuntur autem sapientiores ratione
quadam Euripidis. Laium enim aiunt domi-

num sui fuisse: siue procreare uellet filium: siue
nollet. Filio uero nato necesse fuisse ab eo inter
fici. Quare potuisse id recte Apollinis prudentia
percipi. Verum filius quoque sicuti & pater sue
uoluntatis erat. Et quemadmodum ille dare ope-
ram liberis & non dare: sic iste interficere & non
interficere poterat. huiusmodi sunt omnia res-
ponsa Apollinis qui etiam apud Euripidem ad
laium dicit: uniuersa tua sanguine corruet do-
mus. Series igitur causarum quenam fuit. ce-
des patris antecessit & enigmatis solutione ma-
tris nuptias consecutus est filius. Ad hec alter ne-
potum regnum rapuit: alter profugus Adrasti
filiam argis in uxorem duxit. Vnde septem du-
ces ridiculose mouentur: que series ista congluti-
nauit. nam si Edipus regnare uoluisset aut Iochas-
tes nuptias repulisset: quomodo maledictionē
illam euripidiam in filios edidisset. preterea si
Edipodis filii conuenissent simul: uel uicissim reg-
nare uel si qui profugit non ad argos sed in extre-
mas terrarum oras abiisset: vel si cum in argos
uenisset Adrastus ei filiam non dedisset uel si
uxore ducta in patriam reduci non curasset aut
si cuperet quidem ipse: Adrastus uero & ceteri du-
ces contempsissent aut si cum parati ad pug-
nam thebas petiissent: timore percussus frater
cum fratre conuenisset: quomodo uniuersa cor-
ruissent. Sed fata omnia sunt ista: dices: fateor.
non enim rem ad seriem istam rerum necessariã
pernego. Quãcunque enim rem mihi obtuleris:
simili quodam pacto eam incidere potero. ac ita
ostendam nullam ēē in rebus necessariã seriem.
Quippe: cum singula principia & causas rerum
agitabilium libere omnes mutare possent. An nō
intelligis quia & Asinus & canis & pulex ꝓprio
appetitu mouentur. Que omnia tu nullo modo
sentire uideris apollo. tibi iupiter dedit locco
respondisti dabitque mala. Non recte o Apollo nō-

iniuriantem hominem tam male dii tractant. Cur
enim Iupiter huius necessitatis auctor nos: at nō
seipsum punit. Ipse quippe necessitatem agendi nob
imposuit. Cur ergo nos plectimur qui huic seriei
resistere nullo modo possumus. Tu quoque ipse ua-
ticinandi inanem artem depone. Erit enim quod
fatatum est etiam si non predixeris. Licurgum au-
tem illum qua ratione o Apollo laudasti. nam si bo-
nus erat: non illi hoc: sed fatis tribuendum. Sin enim
omnia necessitate agimus: ut tu predicas: nō spon-
te: sed ui bonus erat. quasi quispiam mentecaptus
formosos laudet & deformes uituperet. Iure nāque
nequam homines dicere possunt. Noluisti nos o
iupiter bonos esse: immo uero etiam coegisti pra-
uitatem amplecti. Tibi autem o Chrisippe atque Cle-
antes nulla laus attribuenda est: etiam si boni
fuistis. Ita uirtutem quidem laudabo: uos autem
minime. Quare Epicurum quoque non dignum
fuisse assero: quem opprobriis peteres (mollem atque
iniustum appellas eum o Chrysippe) qui iuris sui
non fuit. hec quomodo dicebas si sponte illum
peccare non credebas. hec Oenomaus. qui tibi si
non satisfacit: reliquos phylosophos perlegere nō
graueris. Multi enim atque insignes aduersus huius-
cemodi dogma scripserunt. Inde igitur aliqua: quo-
niam multi tam docti quam indocti falsa opinione te-
nentur: sumere statui.

Diogenianus de eodem ca.m 7m.

Primum igitur Dio-
genianum aduersus Chrysippum audias. Chry-
sippus enim & nos causam esse agibilium & omnia
fieri fato contendens homeri testimonio uteba-
tur. Quod parum fuisse ab ipso intellectum Dio-
genianus ostendit. Sed Chrysippi quedam prius
ponemus qui in primo de fatis libro necessitate
omnia fieri auctoritate multorum arguit. & de-
mum homerum inducit dicentem.

Et alibi.

Que data sorte mihi est nato: fors me inuida pressit
Que nato inuoluit filus sibi parca seuerus
Cum mater peperit illum.
Non est qui fixas parcarum auertere leges
Effugere aut possit.

Non recordabatur enim inquit contraria istis ali
bi homerum cecinisse quibus & ipse Chrysippus in
secundo libro tunc usus fuit. cum multa etiam
a nobis fieri ostendere uolebat. Quid enim cla-
rius atque acutius illis. Et rursus.

Vt caderent tribuit sua certe amentia causam
Quare falso accusant superos stultique queruntur
Mortales et enim nostrorum causa malorum
Nos sumus & sua quenque magis uecordia ledit.

His enim & horum similibus non esse cuncta neces-
sario & fatis fatiunda nobis probatur. quamuis
etiam ab illis carminibus parum ab homero Chry-
sippi dogma confirmatur. Non enim omnia: sed
non nulla fato fieri uerbis suis homerus signifi-
cat. cum enim dicit.

Que data sorte mihi est nato: fors me inuida pressit.

Non omnia profecto: sed mortem fatis ac necessario
sibi euentura ostendit. hoc ipsum etiam illud uolt.

Que nato inuoluit filis sibi parca seueris

Non enim omnia: sed quedam fato destinata ne-
cessario sibi euentura confirmat. Illud quoque
optime ab homero dictum est.

Non est qui fixas parcarum auertere leges
Effugere aut possit.

Quis enim potest que necessario impendent effugere.
Non ergo suffragatur homerus Chrysippo: uerum
etiam reffragatur. Ille nanque apertissime a no
bis multa fieri predicat. Necessario autem cuncta
fieri nunquam ab eo dictum est. Chrysippus ue-
ro necessitate fatorum cuncta fieri conatur os-
tendere. & ille quidem cum poeta sit: non pol-
licetur ueritatem rerum dicere: sed uarias homi-
num opiniones plerunque ponit. Vnde non est
alienum ab eo contraria nonnunquam dicere. Phy-
losophis autem & contradicere sibi ipsis turpe
est. & poetarum uti testimonio magis quam ratione
turpissimum. putat autem insolubilibus uti

argumentis expositione nominum. Fatum enim dicat dictum quoddam determinatumque diuinitus esse. Parcas autem econtrario: quoniam neminem parcant. Sortes quia ita sortitum unicuique sit. ac ideo tres esse parcas arbitratur: quia tria sunt tempora in quibus omnia uoluuntur. Lachesimque dictam esse: quia lanchanin grece euenire per sortem designat. Atropum: quia uerti non possit. Cloto: quoniam contorta coordinataque omnia teneat. hec enim nomina ipsa greca lingua ostendunt. his uirgilius fatalem putauit necessitatem demostrasse. Ego autem satis mirari non possum quomodo nihil se penitus afferre non sensit. Significent enim nomina: quemadmodum exposuit positaque sint ab hominibus ea ipsa de causa. Cur igitur o chrysippe uolgares ubique opiniones sequeris. An forte quia omnes uolgo ueritatis perspicaces tibi uidentur. Quomodo igitur scripsisti neminem esse hominem qui non equiue ac horestes & alcmeon insaniat: preter solum sapientem. Deinde addis unum uel duos aut admodum paucos sapientes fuisse opinionesque multorum de gloria de diuitiis de regno de uoluptate. Que omnes pene bona arbitrantur: tanquam uolgares refutandas ducis. Aut quomodo omnes pene leges male positas a rebus publicis putas. Cur autem tam multos etiam libros conscripsisti. Non enim docendi sunt: qui falsas opiniones non habent: nisi forte recte tunc omnes opinari dicas: quando tecum conueniunt. Cum uero diuersa quam tu putant: tunc furiosos appelles. Denam cum te sapientem non nomines: non erit nobis argumento recte illos sapere qui tecum conueniunt. Deinde quare omnes furere dixisti: cum laudare quasi sapientes quia te sequuntur: debuisses. Ad hec etiam si non furere illos: ego asseram cum tamen a sapientia longe absint:

ridiculosum est: propter positionem nominũ eorũ
uti testimonio: quos nos prestantiores te ipso, neq;
sapientiores arbitraris. nisi forte eos qui ab initio
hec nomina excogitauerunt: sapientes fuisse con-
tendas. Quod ostendere nullo pacto poteris. Sed
sit ita: quomodo ergo nominibus significatur:
omnia simpliciter fatis fieri, & non ea solum que
fatata sunt. Nam & parcarum numerus & no-
mina ipsarum & fusus & glomeratum in eo fi-
lum ceteraq; huiusmodi: ineuitabilem a seculo
determinationem causarum ostendunt. Que
tamen necessitas earum rerum solummodo est:
que necessario euentura sunt. queque aliter
accidere non possunt. que uero nõ: quas infini-
tas esse scimus: earum alias diis homines attri-
buerunt: alias uoluntati nre subiecerunt. Aliis
natura preest: aliis fortuna. Quam mutabilem
atq; instabilem esse uolentes: prisci homines
significare in pila sedentem depingunt. An hec
omnibus non ita ee uidentur. Ita quecunque
fortuna aut fato fiunt: omnia diuinitus fieri
arbitrantur. Quecumq; autem nos agimus:
nostre attribuuntur uoluntati. Quare uides
non attestari tibi uolgarem hominũ opinionẽ:
sed potius repugnare. paulo post deinde ait. Sed
in primo quidem libro huiusmodi demostratio-
nibus utitur Chrysippus. In secundo uero repug-
nantia opinioni sue soluere conatur. que nos
incipientes conscripsimus. ut puta quia studia
hominum retunduntur. nec laus aut uitupe-
ratio mouere hominem poterit. Quare in secun-
do libro ait manifestum esse multa fieri a nobis:
que tamen ad gubernationem totius referantur:
ea fatata esse. Vtitur autem exemplis huius-
modi. non inquit simpliciter fatatum fuit ues-
tem te non posse amittere: sed si eam diligenter
custodieris. Ab hostibus quoq; non capi te fatatũ

est: si hostes caueris. liberos quoq; habere fatatū
est: si uxorem uolueris cognoscere. Nam ut si quis
diceret: millonem inquit pugilem intactum fato
certamine habiturum non recte arbitreris: si luc
taturum eum putares: Sic et in aliis res se habet.
Multa enim sunt que fieri non possunt: nisi nos
quoque conferamus studium. Ita enim fatata
sunt: si nos uoluerimus. Miranda profecto est hu
ius sermonis inconstantia. nam quenadmodum
dulce amaro & nigrum albo & calidum frigido
contrarium est: Sic & fatum libertati nostre con
trarium. nam que fatata sunt: siue nolis siue ue
lis: omnino fiunt. Que uero in nr̄a potestate sūt:
ea sicuti uolumus diligencia nostra disponuntur.
Si ergo diligenti obseruatione factum est: meam
ne uestem amiserim, & liberi nati: quia uxorem
cognoscere uolui, nec captus ab hostibus qr fugi,
& intactus e gymnasio recessi: quia certare nolui:
quomodo fatata hec erant. nam si fatata erāt:
nihil uoluntas mea contulit. & si contulit: non
fatata. non enim possunt conuenire simul. fa
tata inquit hec sunt. nam uoluntas nostra fatis
continetur. Quomodo nunq̄ fatata sunt: si mee
potestatis est pugnare ac non pugnare. Sed non
contineri fatis uoluntatem nostram: uerbis q̊q;
suis aperitur. habebis enim filios inquit si uxo
rem cognoscere uolueris. Si noluero igitur nō ha
bebo. hec ita dicere in rebus fatatis non possumꝰ.
non enim morituros omnes homines aut non
morituros si hoc uel illud fecerint: ꝫ simpliciter
morituros dicimus susceptibilesq; doloris esse sim
pliciter dicimus: siue uelint siue non. Quare pa
tet quando aliquid fit: quia nos operam dederi
mus: a nulla causa contineri: ꝫ nostre id esse po
testatis. Quod si ita est: nulla serie causarum
a seculo continebatur. nisi forsan ipsum quoque
uelle ac nolle fatatum in nobis sit: ut necesse
sit uelle aut nolle uxorem cognoscere. Nulla igr
in nobis esset potestas. nec diligentia mea uestis

saluaretur & si amitteretur. omnis ergo culpe pro-
fecto expers. Quemadmodum nulla dignus laude
si saluaretur. hec diogenianus. Nunc Aphrodisiu
audiamus Alexandrum preclarum in philosophia
uirum. qui in libro quem de fato ad Antonium
edidit: his uerbis Chrysippi dogma refutat. Om-
nium que fiunt inquit: quatuor cause sunt. ut
diuinus Aristoteles demostrauit. Causarum enim
quedam efficientes: quedam ad materiam redu-
cuntur: quedam ad formam. quedam finales sunt.
Finalem autem causam dicimus: cuius gratia. Q-
uis enim non omnia que fiunt: quatuor his cau-
sis egeant. Nulla tamen res quaternarium nu-
merum causarum excedit. Verum ut res aper-
tior fiat: in re aliqua ista consideremus. Statue
igitur causa efficiens artifex est. quem statuariu
appellamus. Es uero aut lapis ut materia. Spe-
cies uero & forma que huic subiecto ab artifice
imponitur: etiam causa est. nec iste tres solum-
modo cause sunt: uerum etiam non minus finis:
cuius gratia facta statua est. Vt uerbi gratia: ad
quendam hominem honorandum. nam absque
aliqua huiuscemodi causa non esset facta pro-
fecto statua. Cum igitur iste cause rerum sint,
ac inter se manifestissime differant. quis in non
nullis concidere uideantur: fatum ad efficientem
causam non iniuria reducimus. nam ad ea que
fato fiunt: ita se habet: sicut ars ad statuam.
Quare si aperte uidere uolumus: utrum cuncta:
an quedam fatata sint: efficiens nobis causa di-
ligentius est consideranda. Omnia igitur que fi-
unt: quedam alicuius gratia fiunt: cum efficiens
ad finem aliquem tendens ea facit. quedam nullius
sunt: ut barbe tactus, manus nonnunquam extensio
& similia. Que: quoniam sine aliqua intencione
temere fiunt: omnino relinquenda sunt. Que
autem alicuius gracia fiunt: alia natura: alia
racione fiunt. Nam & natura certo quodam or-

dine ad finem pueniet: nisi impedita fuerit. Cum
autem finem consecuta sit: cessat motus. Ratione
autem fieri dicimus: quando qui facit cogitatione
que facturus est: persequitur que sunt: que artifi
cio et que uoluntate fiunt. Inter hec et ea que natu
ra producuntur id interest: quod naturalia in se ipsis
principium atque causas generationis habent. Et
fiunt quidem ordine: sed natura faciens nulla uti
tur ratiocinatione. Que uero arte ac uoluntate
fiunt: foris habent motus principium et facientem
causam: non in ipsis prodictionisque sue facientis pre
est cogitatio. Fortunam autem et casum ad ea re
ducimus: que alicuius gratia fiunt. Differunt au
tem ab his que precedenter alicuius gratia sunt.
quoniam in illis que finem antecedunt: ipsius finis
gratia fiunt. In casu autem atque fortuna que an
te finem sunt: alterius gratia fiunt. Accidit autem
eis cum alterius gratia fiant: quasi finis: quod
a casu et a fortuna factum est. hec cum ita se ha
beant: considerandum est: ad quasnam efficien
tes causas connumerare fatum debemus. An ad
eas reducendum est que nullius gratia: sed fatum
ad finem aliquem tendere omnes dicimus. Quam
ob rem in his que alicuius gratia fiunt: collocandum
est. hec cum primum ita partitus sit Alexander:
multis deinde argumentis ostendit nihil aliud esse
fatum aut fatatum: quam quod natura fit. Nullo
enim modo inquit ad rationem et uoluntatem
nostram reduci fata possunt. preter naturam etiam
fieri non nulla ostendit: cum interdum accidat
impedimento quodam naturam detineri. Si ergo
preter naturam quedam fiunt: profecto si natura
fieri est: fato fieri: fient etiam preter fatum. Vide
mus enim inquit corpora humana egrotationibus
aliis: aliud secundum particularem eorum naturam
esse subiecta. nec sumus nescii huiusmodi naturalem
corporum dispositionem diligenti norma uiuen
di et medicorum arte et deorum consilio in me
lius uerti. quod similiter animo quoque accidit.
Nam preter naturalem inclinationem eius: quam

complexione corporis habet: exercitio atque doctrina
melior sepe fit. Unde cum physiognomo copyrus tur-
pia quedam de Socrate et a uirtute ipsius aliena
dixisset: ac amultis id circo rideretur: non erat
Socrates respondit copyrus. huiusmodi enim na-
tura eram: nisi naturam phylosophia superassem. hu-
iusmodi ergo ait esse: quibus natura preest. que natu-
ralia nihil a fatis differre ostendit. A fortuna uero
ea fieri ait: que nullo modo intenduntur: quando
alterius quedam gratia fiunt et aliud accidit: quod
ab initio nec sperabatur quidem. ut si quis fodiens:
thesaurum inueneruit: cum huius gratia non foderet.
et equus casu saluus: quando non huius gratia: sed
alimenti cupiditate hostes fugiens domum redierit.
Que omnia fato non fiunt. Sunt autem inquit
cause quedam hominibus penitus ignote. non
nulla enim que suspensa morbos aliquos curare
dicuntur: in quibus nullam certam habemus cau-
sam. Incantationes etiam et malefice artes quam
causam habeant: incertum est. Sed preter hec: sunt
quedam que ad utrumlibet contingentia dicuntur.
que fato fieri omnino negamus. ut mouere pede
leuare supercilia tacere loqui ceteraque huiusmodi
innumerabilia: que fatis fieri nullo modo dici pos-
sunt. Non enim quod fatatum est: contrarium
suscipit. Preterea consilium hominis frustra non
est. esset autem frustra: si homo necessario ageret que
agit. Aperte autem id preter animalia cetera ho-
mo possidet: ut non similiter illis fantasiam se-
quatur: sed rationem habeat qua fatiunda iudicet.
cuius quidem usu ea que in fantasiam inciderunt:
examinans siquidem examinando probat: concedit
fantasie et ad agendum mouetur. Sin uero impro-
bat: eicit expellitque ipsa rationi obtemperans. Un-
de solum modo de his que agere possumus: delibe-
rare solemus. Et si aliquando nimia cupiditate:
non maturo quicquam consilio egerimus: temeri-
tatis atque spreti consilii crimine postea nos ipsos accu-
samus: omnes temere aliquid agentes uituperamus

cohortamurq; consilio uti: quasi agendi potestas
in nobis sit. Quod autem opinio que de fato habetur
falsa penitus est: inde patet: quia etiam eius opi-
nionis auctores & docent & hortantur. & discunt
& consulunt. Increpant etiam castigantq; suos qui
ppria uoluntate peccantes. plurima quoq; conscri-
bunt: quibus ad rectos iuuenes adhortantur mores.
ueniaq; dignum putant si quis inuitus peccat: sed
sponte autem delinquentes puniundos no negant.
Quare uel secundum ipsos hec necessitas fati nulla
penitus est. Libertas igitur nostra natura inest om-
nibus. plurima tamen non ee nre potestatis conce-
dimus: ut omnia que natura uel fortuna fiunt.
que nemo fatis subiecta dicere audebit. his ita nob
compendiose a summis phylosophoru sumptis: que
diuinis nostrisq; scripturis astipulantur. opinio-
nem uero de fato simpliciter redarguit. non est
alienum aduersus etiam malignam caldeorum
astrologiam, quam ueluti disciplinam aliqua profi-
tentur non nihil afferre. DICAMUS igitur non

-Bardesanes de eodem.
.c.8.

mea: sed ea que bardesanes uir genere syrus quidem:
doctrina uero celestium corporum omnium cal-
deorum excellentissimus: in dyalogo quem scisci-
tantibus amicis composuisse ait: hoc modo scribit.
Natura homo nascitur inquit/ alitur/ crescit/ come-
dit bibit/ dormit/ senescit/ moritur. Que omnia
sibi cum ceteris animalibus communia sunt. Sed
bruta quidem: cum animalia sint: coniunctione pro-
creata natura omnino feruntur. Leo carnes est.
saluti sue ppugnat: si quis iniuriam infert. Oues
fenum edunt: carnes non tangunt/ nec ab iniu-
ria se defendunt. Scorpio aggerem comedit & pes-
tifero non iniuriantes stimulo petit. Formica na-
tura duce hiemem suspicatur. Idcirco summis la-
boribus futura sibi alimenta in estate recondit.
Apes mel operantur & inde nutriuntur. plura
mirabilioraq; possem narrare. Sed hec sufficere arbi-
tror ad intelligendum natura ferri expertia ra-
tionis animalia & secundum eam iocunde uiue.
Soli autem homines: cum & natura ducantur:

ut dictum est: mentem etiam & orationem que
a mente profertur: quasi precipuum quoddam do-
num possident: quo: non natura feruntur. Non
enim unus cibus omnibus est. sed alii sicut leones
nutriuntur: alii sicut oves. Non est unus univer-
sis vestitus / non mos / non lex / non unus vivendi
modus / non simplex rerum cupiditas. Singuli
enim hominum propria voluntate vitam sibi eli-
gunt. nec vicinos nisi quantum volunt: imitantur.
Libertas enim hominis servituti subiecta non est.
Nam etiam si sponte serviat: libertatis sue id quoque
est: ut possit cum velit servire. Multi hominum ac
maxime alaneorum gentis: quasi atroces bestie car-
nibus aluntur. panem non comedunt, non quia non
habent: sed quia nolunt. Nonnulli carnes omnino
fastidiunt. alii pisces solummodo edunt. nonnulli
etiam si fame morerentur: pisces non essent. Alii
aquam: alii vinum: alii serviciam bibunt. Adeo
multiplex atque diversa cibi & potus in hominibus
est differentia: ut in oleribus quoque comedendis
convenire non videantur. Sunt etiam qui veluti
Scorpiones / aut aspides non lesi iniuriantur. & qui
non iniuriantur quidem: sed lesi propulsant iniuriam.
nonnulli tanquam lupi rapiunt & sicut catte furantur.
Alii tanquam oves sic omnia ferunt & etiam iniuria ve-
xati perpetiantur. Unde alios iniustos: alios ius-
tos appellamus. His rebus apertum est non natu-
ra in omnibus hominem ferri. Una enim in omnibus
natura est. hec vero diversa. Sed in quibusdam
natura: in quibusdam voluntate. Quare in his
laudem vel vituperationem meretur: in illis autem
iure inculpabilis est. Post pauca. Deinde subiicit
diversas hominibus leges scriptas & non scriptas
in diversis regionibus latas esse. e quibus inquit
narrabo quanto melius possum. Apud Serhas lex
est: nec occidere / nec fornicari / nec furari / nec ado-
rare simulachra. Unde in illa regione nullum tem-
plum conspicitur: nulla meretrix mulier: nulla

·Alanei·

·Serhe·

adultera: nemo fur: nemo homicida. nec uoluntatem alicuius illorum ardentissima stella martis in medio celi constituta ad cedem hominis coegit. nec uenus marti coniuncta: ut alienam quispiam sollicitaret uxorem potuit efficere. Atqui singulis etiam apud eos diebus in medium celi martem peruenire necesse est. et in tanta regione singulis horis nasci homines non negandum. Apud indos autem et bactros multa milia hominum sunt: qui brachmanes appellantur. ii tam traditione patrum quam legibus: nec simulachra colunt: nec animatum aliquid comedunt. Vinum aut ceruisiam nunquam bibunt. ab omni demum malignitate absunt: soli deo attendentes. At uero ceteri omnes indi in eadem ipsa regione: adulteriis cede temulentia simulachrorum cultu inuoluuntur. inueniunturque ibi nonnulli: immo uero gens quedam inibi est in eodem clymate habitans qui homines uenantes atque sacrificantes deuorant. nec ulli planetarum quos felices ac bonos appellant: ac cede a sceleribus istis prohibent. nec maligni brachmanas pellere ad malefaciendum potuerunt. Apud persas lex erat: filias sorores matres quoque ipsas in matrimonium ducere. nec in perside solum: uerum etiam quicunque persarum ad alia clymata orbis e patria exiuerunt: nefanda hec diligenter matrimonia celebrarunt. quos alie gentes hoc scelus abominate magusseos appellant. Suntque usque ad hodiernum diem in media egypto frigia gallaciaque plurimi magussei successione patrum eisdemque sceleribus contaminati. nec dicere possumus in terminis et domo saturni cum saturno ipso in natiuitatibus omnium marte aspiciente uenerem fuisse. Apud Getulos lex est a mulieribus agros coli edes edificari huiusmodique cetera opera fieri. et ad hec: ut quibuscunque uelint:

Ind.

Perse.

Magussei.

Getuli.

conueniant. nec a maritis accusantur: nec adulte(re)
appellantur: cum passim omnibus misceantur ac
precipue aduenis. Aspernantur quoque apud eos
femine uniuersos odores. nec tinctis uestibus in-
duuntur/ et nudis omnes pedibus degunt: cum uiri
apud eos e contra et uestibus et odoribus et coloribus
uariis gaudeant. nec id mollicie faciunt: Fortes
enim et bellicosissimi preter ceteras gentes sunt. nec
omnes apud eos nate femine in capricorno aut aqua-
rio male affectam uenerem habuerunt. nec uiri om-
nes in ariete unacum marte constituta uenere na-
ti sunt. Quod fortes simul et delicatos efficere uiros
caldeorum nuge conclamant. Mulieres in bactris

·bactri·

prestanti ornatu atque unguentis utuntur. et ab
ancillis et seruis multo magis quam earum mariti culte:
singulari quadam pompa equitantes exeunt/ au-
ro atque lapidibus phaleris equorum ornatis. nec
caste uiuunt: sed tam seruis quam conuenis permiscentur.
nec a uiris accusantur. Quippe cum eorum domi-
nari uideantur. nec bactrianorum omnium na-
tiuitas uenerem cum ioue ac marte in medio ce-
li et terminis venereis habuit. Apud arabes adul-

·Arabes·

tere omnes interimuntur. et suspecte solummodo
puniuntur. In parthia uero atque armenia inter-
dum auditibus: interdum otiosi a cognatis ho-
micide necantur. Qui autem uxorem aut filium
aut filiam/ aut celibem fratrem/ aut innuptam
sororem interfecerit: nec accusatur quidem. Lege
nanque ita sancitum est: cum apud grecos et
romanos uideamus maiori supplicio parricida
expiari. In atris qui aliquid uel minimum fura-

·Atri·

tus est: lapidibus obruitur. In bactris qui pau-

·bactri·

ca furatur: sputis dedecoratur. romanorum le-
gibus uulneribus ceditur. ab eufrate fluuio
usque ad orientalem oceanum: cui cedes uel
furtum obiicitur: non magno merore torquetur.
Qui uero pudorem masculi eripuit: si res in lucem
uenerit: magnitudine ignominie seipsum inter-

Greci.
ficere cogitur. Grecorum etiam sapientes specio-
sos sequi pueros non uerentur. In eadem orientis
plaga parentes atque cognati si cognouerint filios
aut agnatos turpitudini se subiecisse: et interfi-
ciunt: et sepulture tradere non dignantur. Apud

Galli.
gallos autem pueri publice nubunt, nulloque de-
decore propter legem notantur. nec est profecto
possibile omnes qui apud gallos florem produnt
etatis: uenerem et mercurium in domo saturni
et martis termino accidentes habere. Multi uiri

Britani.
apud britanos unam uxorem habent: apud
parthos econtra: multe femine unum maritum:
casteque omnes uiuunt legibus obtemperantes.

Amaçones.
Amazones uiros non habent. Sed tempore ueris
fines suos egredientes cum uicinis conueniunt.
Unde omnes naturali lege eodem tempore pariunt.
masculisque interfectis solas feminas alunt. bellico-
seque omnes similiter sunt. magnam exercitationis
bellice curam gerentes. Mercurius in domo sua
cum uenere a caldeis efficere dicitur homines
mymilarios et qui fingere atque pingere sciunt.
In domo uero ueneris unguentarios uocem exer-
centes: hystriones actoresque fabularum. At apud

Sarraceni. Mauri.
sarracenos et mauros in superiore quoque lybia
et exteriore germania, et apud Sarmathas
et scythas ceterasque gentes que septemtrionales
ponti partes habitant. In alania quoque atque
albania othene sauinnia atque aurea nullus
mymilarius, nullus pictor, non architectus, non
geometra, nemo exercens uocem, nemo fabula-
rum actor inuenitur. Sed inanis omnino in tot
tantisque orbis terrarum partibus: mercurii
atque ueneris huiusmodi coniunctio inuenitur.

Medi.
Omnes medi canes non parua alunt cura: qui-
bus morientes homines adhuc spirantes proiici-
unt. neque omnes in natiuitate diurna lunam
cum marte sub terra in cancro habuerunt.

·Indi·

Indi mortuos cremant. quibus cum sponte uxores
concremantur. nec omnes que sponte rogum ma-
riti ascendunt mulieres: natiuitate nocturna so-
lem cum marte in termino martis in leone ha-
buerunt. Plurimi germanorum laqueo gulam

·Germani·

frangunt. nec est possibile omnes qui ita se sus-
pendunt: interceptam a saturno atque marte
lunam habuisse. Quid plura: singulis horis apud
omnes gentes homines nascuntur. Ubique autem
leges atque mores propter liberam hominis potestatem
preualere uidemus. nec natiuitas aliqua nolen-
tes feras ad homicidium compellit / aut brach-
manas ad esum carnium / nec perse a sceleratis
nuptiis remouentur. nec indi a rogo / nec medi
a canibus / nec parthi: ne multas ducant uxores.
nec a castitate messopothamenses femine. nec
greci a gymnasiis ubi nudis corporibus exercentur.
nec romani ab imperando / nec galli ne mulie-
bria patiantur. nec gentes omnes quas barba-
ras appellamus: musarum condicionem appro-
bandam ducunt. Singule namque gentes: ut
uolunt et quando uolunt: libertate sua utuntur.
legibus moribusque obedientes. naturam quoque
ipsam que corpus hominis tribuit: sequentes. In-
terdum sponte: sepius etiam coacti. Suntque ubique
diuites atque pauperes: principes et subditi / sani
et egroti. nemoque istorum necessaria natiuitatis
sorte hec consecutus est. Hec o uardesane: quis
satis nos mouent: Astrologi tamen terrarum

·Astrologi·

orbem in septem clymata partiuntur. et alius
in alio clymate planetarum dominari dicitur.
diuersasque leges hominum a principibus positas.
quos non aliena a legibus quas tulerunt loca
stellarum habuisse non est possibile. Non est o
philippe uera inquam hec ratio. Nam etsi terrarum
orbis septem partibus diuidatur: in singulis

tamen partibus multas, nec septem solummodo: septem planetarum instar: nec duodecim ad duodecim numerum signorum: nec faciērum numero triginta & sex: sed innumerabiles legum differentias inuenimus. Repetere igitur debetis uobiscum crebro que dixi. In uno enim indorum clymate atque regione sunt: qui a carnibus omnino abstinent, & qui uel humanas carnes omnino deuorant. Et magussei non in perside solum: sed ubicunque habitant: filiabus matrimonii iure connectuntur. multeque barbarie gentes: alie meridiem, alie occasum, alie ortum, alie septentrionales partes: diuersas & regiones & clymata habitantes: nulla mercuriali sciencia participant. Quot sapientes putatis malas leges sanxisse? quot leges necessitate solutas? quot uictores leges uictis dedisse? nec tamen stellarum aliqua proprium clyma mutauit. Nostra memoria in arabiam romani uincentes irruerunt, & barbarorum expulsis legibus: suas seruari iusserunt. Sed exponam uobis: quod omnes facile ad hanc ueritatem adducere potest. Omnes iudei mosayca lege in octaua die pueros circuncidunt, nec ui stelle alicuius coguntur, nec regionis temperie impelluntur, nec alienis moribus: ut aliter faciant: inducuntur. Nam siue apud syros, siue apud gallathas, siue in italia, siue in grecia, siue in parthia ubicunque sint: legem suam seruant. Quod necessitate natiuitatis fieri nullo pacto potest. Non enim possibile est eandem habere natiuitatem omnes iudeos. Preterea unam semper septem dierum ubicunque fuerint: ab omni opere cessant. nec iter agunt, nec igne utuntur, nec genethlioca quedam racio coercet iudeum edificare uel diruere, domum uendere, aut emere

Magussei

Iudei

illo die. Atqui multi eorum eo die nascuntur:
multi egrotant aut sanantur: multi denique
eo die moriuntur. hec enim liberi arbitrij non
sunt. In syria & osrhone: sicut etiam galli & phri
gia matri deorum multi abscindebantur. Dein
de rex Abagarus omnium quoque manus qui
id agebant: abscindi iussit. nec quidam postea
in osrhone uirilia sibi amputauit. Quid autem
dicemus de christianorum secta: qui in omni par
te orbis: immo uero in omni ciuitate inueniuntur.
nec multas parthi christiani ducunt uxores. nec
canibus mortuos obijciunt medi: nec perse filias
ducunt: nec bactriani & getuli matrimonia cor
rumpunt: nec egyptij apim aut canem aut hyr
cum aut felem colunt. Si ubicunque sunt alie
nis legibus & moribus uiuere nec cogi possunt.
nec genethliaca ratione aut sua aut principis
alicuius impelluntur unquam: ut que nefan
da magister eorum duxit: facienda putent. Sed
paupertatem labores ignominiam cruciatus in
tollerabiles sufferunt. Nam quemadmodum liber
tas nostra cogi non potest: sic corpus nostrum non
facile potest pericula effugere. Et certe si omnia
potestatis essent nostre: non essemus uniuersum.
Sin uero nihil possemus: aliorum essemus organa:
nihil nostra uoluntate producentes. Deo autem uo
lente nihil impediri potest. illius enim potesta
ti cuncta subijciuntur. qui unicuique nature
precipuum aliquid largitus est. homini autem
illud eximium dedit: ut libertate uoluntatis
atque iudicij uteretur. hec syrus ille. Verum
quoniam ab exterioribus multa iam ad hanc
rem colligimus: non erit ab re non nihil a sacris
afferre litteris: ut undique falsitate obruta ue
ritas facilius emergat. Sed quoniam nudas
intelligere sacras uoces perfectorum est: ab ex
cellenti earum interprete expositionem petamus.
Audisti quippe quantus fuit ille Origenes: quem

Abagarus rex.

Christiani.

De eodem per auctoritatem scripture ab origene. ca. 9us.

non negauerim laboribus suis persuasus ineffa-
bili eterne glorie gaudio uti. Quem exteriores eti-
am ꝓpter mirabilem in omni genere rerum doc-
trinam: minime ignorant. Audi ergo quid de pro-
posita questione sentit. & quomodo totam hanc
rem in comentarijs sup genesim complexus est.
Valde necessarium est inquit diligentius expone
in signa facta ee luminaria solem .s. atq; lunam
& reliquas stellas. Non enim solum gentiles stella-
rum coniunctione atq; aspectu que in terris fi-
unt: necessario accidere credunt: quam uim fa-
tum appellant: uerum etiam multi ex fidelibus
conturbantur. impossibile aliter fieri credentes: q̄
stellarum cursus effecerit. Vnde sequitur nullam
in nobis esse libertatem, nullam operationem nos-
tram laudari aut uituperari iure posse. Ita pre-
dictum a scripturis dei iudicium. quo alij ad eter-
na supplitia: alij ad eternam beatitudinem des-
tinantur: falso fore predicaretur. Quid plura.
ipsa quoque fides & nostri saluatoris aduentus,
& omnis ꝓphetarum labor, ac apostolorum in cons-
tituendis ecclesijs predicatio inanis erit: nisi forte
christum quoque quis audeat dicere celestium cor-
porum ui coactum fuisse: que fecit, passumq; fuis-
se que passus est. neque sue deitatis: s; stellarum
cuncta uirtute euenisse. his impijs uerbis illud con
ficitur: ut fideles a fato ducti christum credant.
quos libenter interrogabimus: quam ob rem deus
huiusmodi mundum produxit. an ut in eo alij
absque ulla culpa mulierbria paterentur: alij ma-
nes bestias crudelitate uincerent, homicidio &
rapina gaudentes. Quod oportet hec innume-
rabilia dicere. in quibus non hominibus: s; deo
culpam attribuunt. quem nullo modo iustum ee
ostendere poterunt. Quoniam enim qui tot tan-
taq; mala produxit: iustus esse dicetur. pretea
interrogandi sunt: utrum etiam ipsi qui hec
dicunt: stellis subiecti sunt: an soli: miseriam is-
tam effugerunt. Si primum manifestum est:

quia a stellis etiam hanc opinionem consecuti sunt.
que si uera est: cur omnibus insita similiter non est.
Sin alterum: cur non omnes simpliciter ab huiusmo
di necessitate liberant. Ad hec si fato res humane
aguntur: cur orant, cur uouent, cur temere aliqd
adeo petunt. Quid plura. abunde nanque his pau
cis patet temere susceptam a multis opinionem
de fato. Quare autem: cum illud consideremus
sint insigna luminaria: in hunc sermonem inci
dimus. nunc explicemus qui ueram alicuius
scientiam ab aliis acceperunt, aut ab his qui
fecerunt passiq; sunt, aut ab his qui uiderunt,
aut ab his qui nullo modo interfuerunt: sȝ auditu
didicerunt: docentur. Si ergo ab alio quis audit
factum esse, aut futurum aliquid: cuius tamē
ille nec fuit, nec erit causa: sidcirco quoniam
ab illo didicerit: causam ipsius fuisse illum uel
futurum esse arbitrantur. Nam parum profecto
errat. uelut si quis prophete librum euoluat: in
quo de prodicione iude scribitur. & cum iam pa
tratam rem uideat: quoniam a libro futurum id
didicit: librum causam putet. Aut si non librū
ipsum auctorem libri. uel hunc qdem minime: sȝ
deum qui inspirauit. Nam quenadmodum pphe
tiae de iuda diligentius uerba examinata non
fuisse: deum causam prodicionis ostendunt: sȝ
solum significasse quod preuiderat ex malignitate
illius futurum: Sic si quis altius uoluerit presci
entie dei uniuersaliter ratio scrutari. & qd in qui
busdam futura impressit. nec eum qui presciuit
omnium que presciuit. nec eas res quibus presci
ta impressa sunt: causam esse profecto intelliget.
Deum igitur omnia futura prescire: q̃q̃ etiam per
communem de deo conceptum clarissimum sit:
tamen & a scriptura non nihil afferamus. Susan
nam ergo audiamus dicentem. Deus eterne qui
absconditorum es cognitor, qui nosti omnia ante
q̃ fiant: tu scis quoniam falsum testimonium
tulerunt aduersus me. Dilucide autem in tercio

regum non solum res geste: sed ipsum quoque nomen
regis ante complures annos prophetice sic conscribi-
tur Et constituit hieroboam diem solennem in
mense octauo quintadecima die mensis in simi-
litudinem solennitatis que celebrabatur in terra
iude. & ascendit in altare quod erat in bethel:
ut immolaret uitulis quos fabricatus fuerat. Et
post pauca. & ecce uir dei uenit de iuda in sermo-
ne domini & ait: altare altare. hec dicit dominus
ecce filius nascetur domui Dauid Iosias nomine
& immolabit in te sacerdotes excelsorum qui nunc
in te thura succendunt & ossa hominum incendet
super te. Deditque in die illa signum dicens: hoc
erit signum quod locutus est dominus. ecce al-
tare scindetur & effundetur pinguedo que in eo
est. Deinde significatur repente altare scissum
ac effusam pinguedinem fuisse secundum signum
quod homo dei dederat in uerbo domini. Apud
isaiam autem qui multo ante captiuitatis
tempora fuerat: nominatim de cyro mentio
fit qui captiuitati finem attulit. hec dicit do-
minus deus christo meo. cyro cuius apprehendi
dexteram: ut subiciam ante faciem eius gentes
& uires regum fundam. aperiam ante eum ianu-
as & urbes non claudentur. Ego ante te ibo &
montes humiliabo. portas ereas conteram & uec-
tes ferreas confringam & dabo tibi thesauros
absconditos: ut scias quia ego dominus qui uoco
nomen tuum deus israel propter seruum meum
iacob & israel electum meum. Quibus dilucide
significatur propter beneficia que a populo contu-
lit: multarum sibi gentium regna diuinitus
fuisse concessa. Apud Danielem quoque nabuch-
donosor per imaginem futura regna conspexit.
Aurum namque assyriorum, argentum persarum
& macedonum ferrum, Romanorum imperium
pretendebat. In eodem propheta de Dario ac
Alexandro & de quatuor Alexandri successoribus

de phtolomeo quoque rege egypti qui cognomi-
natus est lago: his uerbis scribitur. Ecce autem hyr-
cus caprarum ueniebat ab occidente super faciem
totius terre et habebat cornu inter oculos suos.
et uenit usque ad arietem illum cornutum quem
uideram stantem ante ubal. et cucurrit ad eum
in impetu fortitudinis sue. Cumque appropinquasset
prope arietem: efferatus est in eum et percussit
arietem et comminuit duo cornua eius. nec pote-
rat aries ei resistere. Cumque misisset ipsum in ter-
ram: conculcauit et nemo quibat liberare arietem
de manu eius. hyrcus autem caprarum magnus
factus est nimis. Cumque creuisset fractum est cor-
nu eius magnum et orta sunt quatuor cornua
subter illud per quatuor uentos celi. De uno au-
tem ex eis egressum est cornu unum et factum
est magnum contra meridiem. De christo uero
etiam minutissima fuisse non ignoramus predic-
ta. locum ubi natus est, ubi educatus, recessum
in egyptum, miracula etiam que fecit et quomodo
iudas eum tradidit. hec enim omnia argumen-
to sunt deum ab eterno cuncta prescire. Ipse quoque
saluator euersionem ierosolimorum predixit.
Quorsum hec. ut facilius enodare possimus quo-
modo insigna stelle facte sunt. Sic igitur sitas esse
in celo stellas non ignoramus. ut e contrario mo-
tu: quam uniuersum et alias tardius alias uelocius
ferantur. ut hoc modo per uarios earum aspectus
atque coniunctiones: tam uniuersa quam singula. non
quidem homines: excedit enim omnino exquisitis-
sima motus stellarum ratio mentem hominum:
sed uirtutes. quibus ut postea ostendemus: hec scire
necesse est percipiant. Cum autem homines: aut
quibusdam obseruationibus: aut aliquorum spiri-
tuum doctrina qui ordinem suum transgressi
multa hominibus suggesserunt. nonnulla stel-
larum motu confusius preuiderint: putarunt
eas a quibus signa capiuntur: causas earum

esse rerum quas non efficiunt: sed significant. De qui-
bus omnibus breuiter ac exquisite secundum uires
nostras dicemus. proponantur igitur hec ordine co-
sideranda, quo pacto: cum a seculo futura deus
omnia presciat: libero nos arbitrio fruamur. et
quomodo stelle non sint humanarum rerum cau-
sa: sed solummodo signa / et quod homines exactam
de his cognitionem habere negant. sed uirtutibus
que superiores homine sunt: hec signa diuinitus
depicta sint.. Postremo quenam causa fuerit: ut
deus signa futurorum ad cognitionem uirtutum
expresserit. Primum igitur aggrediamur: quod
gentilium sapientes in magnos intulit errores.
Cum enim prescire deum uniuersa minime nega-
rent: necessario nos agere quicquid agimus: credi-
derunt. Nam si ab externo inquiunt iniustum
aliquem futurum deus preuidit: nec sciencia di-
uina falli potest: erit omnino ille iniustus. nec
possibile est iniustum eum non fore. cum non pos-
sit aliter agere: quam deus presciat. Ex quo ad sequen-
cia etiam nonnulli descendentes frustra culpari
iniustos contendunt. similiterque de ceteris delictis
et de uirtutibus opinantur. unde sequitur liberam
non esse hominis uoluntatem: si deus futura
presciat. Aduersus quos dicendum: quod omnia
deus ab eterno uideat: antecedentia, sequentia
causas rerum atque effectus. nec tamen omnium
ipse causa est. Nam quemadmodum si quis te-
meritatem hominis alicuius perspexerit: quia
ignorantem eum cognouerit. et propter temerita-
tem eius non dubitet periculosa eum ac lubrica
aggressurum itinera. in quibus lapsus misere
iacebit. non efficit ipse hunc temerarium illi ho-
mini lapsum. Sic deus cum uniuscuiusque uolun-
tatem preuideat: hunc perperam: illum recte
acturum non ignorat. Non ergo precognitio fu-
turorum causa. Nec enim ullo pacto ad peccan-

dum deus quenquam impellit aut mouet. sed e
contra. Dicam enim: etiam si absurdum multis
forsan uideatur: id quod futurum est causa est:
ut deus euenturum illud preuideat. Non ergo
ideo fit quia prescitur: sed quia futurum erat pre
scitur. Distinctione autem hec res indiget. Nam
si quis quando futurum aliquid dicimus sic ac
cipit quasi necesse sit omnino fore ei: nos id mi
nime dabimus. Non enim dicimus quia prodi
tor iudas presciebatur: necesse ipsum fuisse pro
dere. Si sic enim esset: non uituperaretur ab his
qui proditurum preuiderunt. Vituperatur au
tem minime: quoniam potuisset etiam non
prodere. Audi quid propheta de ipso dicat. nec
sit qui misereatur pupillis eius: pro eo quod non
est recordatus facere misericordiam, et persecu
tus est hominem inopem, et mendicum et com
punctum corde mortificare. et dilexit male
dictionem: et ueniet ei, et noluit benedictionem:
et elongabitur ab eo. Si quis autem ita futu
rum accipit quasi euenturum sit: posset au
tem etiam aliter fieri: hoc ipsum est quod di
cimus. prescientiam enim dei ueram non esse:
impossibile simpliciter est. Que uero contingen
tia sunt: queque accidere et non accidere pos
sunt: uel ea euentura uel non euentura deus
certe preuidit. Sed liquidius forsan hoc modo
dicetur. Si continget iudam prodere: presciuit
hoc deus: si non continget: similiter deus pre
sciuit. Cum ergo duo hec contingentia sint:
et potestas in iuda sit: deus prescientia sua
preuidit quod a iuda eligetur. nec scientia
dei ex contingenti necessaria fiet proditio.
Sic enim ponamus deum secum loqui: possi
bile est iudam proditorem fore. Sed contrarium
quoque possibile est. Quamuis ergo contingens

utrunque sit: ego tamen uideo prodi turum.. non enim similiter istut accipiendum est. Quem admodum si diceres: prouidere deum hunc ho minem nunq̄ uolaturum. nulla enim uolandi potentia inest homini: si delinquendi & non delinquendi potentia inest. Cum ergo utrunq̄ possibile sit: qui rationi non obtemperat: is peiora sequitur. Qui uero ratione cuncta id circo inquirit: ut rationi pareat: is uirtuti adheret. Ille uoluptate delinitus nihil de ho nestate curat: hic communi conceptione per suasus rationem antepomit. hic alter uolup tati resistere non potest: quia laborem sufferre nolit: alter spernit atq; repellit uoluptatem omnem: quia dedecus eius formidat. Quod uero prescientia dei nullam necessitatem nob imponit: inde quoque affirmari potest: quia se pius in scriptura penitentiā per pphetas man dasse inuenitur. nec cognouisse simulauit: u trum conuertentur delinquentes: an non: ut apud hieremiam scribitur. Forsan audient & agent penitentiam. Sed equaliter utrūq; contingens a dictis esse ostendit. ne presentia sua palam facta audientes deiiciat: quasi ne cessario aliquid eorum futurum sit. nec in de linqntibus conuerti & non conuerti potestas insit. Et hec res peccandi causa foret. et cont̃ si conuersionem eorum omnino predixisset: hu iuscemodi predictio dissolutionis causa fuisset. faceret que ne uiriliter in uoluntatem insurge rent: quasi emendatio uelint nolint ue futura sit. Sic enim predictio impedimento futuri bo ni esse uidetur. Cum igitur perutiliter deus mun dum gubernet: merito futura celauit quorum cognitio minime hominibus conducat. Si enim malos futuros se preuiderent: desperatione: sin bonos dissolutione & eneruatione distrahe rentur. Cuius rei gratia dictum esse in exodo

arbitror: quis fecit surdastrum et surdum et uiden-
tem ac cecum: an non ego dominus deus. Eundē
enim cecum atque uidentem fecit: alterum ad
presentia: alterum ad futura. De surdastro uō
ac surdo dicere: alienum ab hoc ꝓposito est. non
autem ambigimus: ea que in nobis non sunt:
causam eē interdum eorum que in nobis sunt.
Facimus enim aliqua plerunque libenter: aut nō
facimus: quia nonnulla que uoluntatis huma-
ne non sunt: precesserunt. Si uero quispiam abso-
lutam esse naturam uoluntatem putat: ut nulla
re precedente: uoluntas nostra hoc aut illud am-
plectatur. Is mundi se particulam eē continerique
ab uniuerso oblitus est. Sed de presientia diui-
na quod nullam necessitatem agendi hominibus
afferat: breuiter ita dictum sit. Nunc ostendamus
nihil humanarum rerum a stellis effici: sed tantū-
modo significari. Primum igitur illud patet si
quid a stellarum sextili ponamus aspectu: qui ho-
die fiat: efficeretur nullo posse illud pacto preteri-
tum esse. prius enim efficiens effectum est. non ig-
noramus autem eos qui hanc scientiam ꝓfitentur
multa preterita hodierna stellarum positione
predicere. Nam cum positionem zodiaci diligent(er)
in duodenas sedes diuiserint gradusque ac minuta
singulis conuenientia domibus perspexerint ac
erraticas stellas ceteraque ut solent apte colloca-
uerint: et ortus atque occasus aspectus et coniunc-
tiones considerauerint: non solum futura: uerū
etiam que natiuitatem hominis et conceptionē
precesserunt: dicere conantur. patris enim fortu-
nas et corporis eius prosperas: aut e contra dispo-
sitiones similiter matris atque fratrum ab hodier-
na positione positione percipi posse putant. Ve-
rum de gradibus domorum aliisque huiusmodi post-
ea dicemus. Nunc quasi exquisitissime omnia pos-
sint inuenire: interrogentur si res humanas ne-
cessitate agi stellarum putatis: quomodo talis
hodiernus aspectus ea que precesserunt: potuit
efficere. Quod si impossibile hoc simpliciter est:

Nota opinionē
Origenis de stellis
a principio capituli usque
ad finem libri: et ibi ma-

inueniuntur autem uere dixisse Astrologus de pre
teritis: patet non a stellis illud effectum fuisse
Si quis igitur non nihil ueri eam rem putat con
tinere: certe necesse est: ut concedat non fecisse
id stellas: sed solummodo significasse. Quod si quis
piam obiiciet preterita quidem significari: futura
uero a stellis effici: differentiam ostendat / causasque
discriminis afferat: quare que ad patrem / matrem
fratresque pertinent. preterita que sunt hec positio
significat: futura uero quasi efficiens causa pro
ducit. Sed nullam huiusmodi rei causam affer
re unquam uerisimilem poterunt. Quare nisi
pertinaces sint: nihil humanarum rerum a stel
lis effici. Sed forsan significari concedent: tanquam
si non a stellis tam preterita quam futura: sed ab
ipso deo per propheticam orationem quandam
quispiam perciperet. Nam quemadmodum po
testas humana: ut diximus: minime tollitur:
quamuis deus quecunque facturi sumus preuideat:
sic etiam signa que ad significandum diuinitus
ordinata sunt: libertati nostre nequaquam officiunt.
Sed est uniuersum celum quasi liber quidam aper
tus omnia futura in se conscripta continens.
Idcirco in oratione Ioseph: quod a Iacob dicitur:
sic intelligi potest. Legi enim inquit in tabulis
celi quecunque contingent uobis et filiis uestris.
Forsan autem etiam illud complicabuntur
celi: ut liber significatiuas futurorum ratio
nes consumatas. et ut ita dixerim adimpletas
fore ostendit. sicut prophetias etiam adimpletas
dicimus: cum iam uenerunt. hoc modo in signa
secundum scripture uocem stellas factas arbitra
mur. hieremias autem ut homines ad se ipsos
conuertat: utque formidinem que a signis im
pendent auferat: ac ut omnem forsan huius
modi opinionem ab hominum animo euellat:
A signis inquit celi non timeatis. Sed rursus
alia ratione non efficientes stellas esse ostenda

.mus concedentes.

mus. Concedentes igitur interim posse ab homini
bus hanc sciencium comprehendi: queramus quo
modo a multis natiuitatibus eandem rem con
tineri contendunt. Nam si patibulo moriturum
aliquem dixerint: non a natiuitate id sua solū
modo: uerum etiam fratrum filiorum aliorumq;
attinentium: immo uero etiam interfectorum
posse intelligi credunt. Stultum mihi certe
uidetur in una quaque tam multarum natiui
tatum mortem unius esse contentam. Nescio
autem quomodo respondere poterunt: si quis eos
interroget: in una ne uniuersi positione iudei
omnes in lucem eduntur: ut necesse sit in oc
tauo die omnes circumcidi. & statim in hanc
uitam congressi male uulneribus affecti medi
co egeant. Ismaelitas autem qui in arabia
degunt tredecennes cunctos circumcidi: ita ēi
de ipsis traditum est: Quomodo enim hec in
quibusdam gentibus gentibus stelle perpetuo
faciunt: in quibusdam nunquā. Nulla pfecto
ratio uerisimilis: ut mihi quidem uidetur: af
ferri potest. Verum cum multe prouidendi uie
ab hominibus excogitate sint: ut augurium
aruspicum somniorum interpetratio: nescio
cur alias omnes uias significare tantum geneth
lialogiam uero efficere putarunt. Si enim futu
ra cognosci possunt: ut hoc sibi gratis conceda
mus: fiunt autem inde: unde cognoscuntur.
Quare a stellis potius q̄ ab extis aut auibus
aut somnijs aut fulguribus & tonitruis pro
ducuntur. his satis demostratum esse puto: stel
las non esse causas humanarum rerum. Impre
sentiarum perscrutemur: an uerum sit exqsite
loca stellarum & domorum posse ab hominib;
inueniri. quod superius. nihil enim oberat de
deximus. Asserunt igitur genethlialogici pla
netarum loca exactissime inuenienda: ut &

gradus & minuta & minutorum minuta non ig-
norentur. Similiter non signum solummodo: ue-
rum etiam gradum & gradus minuta prime do-
mus quam ascendentem appellant: recte teneri
oportere. Quomodo igitur cum una hora lar-
go modo mediam signi occupet partem: ascen-
dentis minutum inuenies: cum tam minuta
diuisionem temporis habere nequeas. Opus enim
esset scire quota hora & minutis minutorumque
minutis ex utero puer effusus sit. Alia enim atque
alia posse significari uolunt: minimo temporis
habito discrimine. In piscibus uero atque ariete
propter obliquam istorum ascensionem signorum:
hora enim et tercia hore parte ascendere pene
uidentur: minimam temporis partem magna
mutationem facere non ignoramus: ut uel ui-
gesima hore unius pars gradum ascendentis
immutet. Sed hoc etiam eis concedatur. Demons-
tratum autem esse scimus quemadmodum er-
ratice ab occasu ad ortum feruntur. Sic et
fixas centum annis uno gradu moueri & in
hoc spatio temporis positionem signorum mu-
tari: cum aliud sit intelligibile illud signum:
aliud quoque quod quasi figura quedam est.
At non ad figuratum: sed ad intelligibile aiunt
omnia signum esse referenda. quod nescio quo-
modo comprehendere queunt. Sed hoc etiam
sibi condonemus: ut aut intelligibile signum
comprehendere: aut a sensibili ueritas haberi
possit. Que autem commixtione compositio-
ne ac contemperie diuersorum aspectuum fi-
eri asserunt: profecto concedent nullo modo
sciri posse. Quomodo enim quantum diminu-
atur a lesione maligni propter inspectionem
benigni percipies. Et utrum auferat malig-
nus quod a benigno conceditur: quoniam lo-
cum eius aspexerit: aut mutet aut mini-
nuat/ aut mixtura quedam inde fiat: quis

percipiet. Que omnia si quis altius inspiciat: fa
cile credet non posse ista humano ingenio penitus
percipi. Unde si quis harum rerum periculum
fecerit: uidebit in pluribus errare quam ueritatem
consequi genethialogicos. Quam ob rem Ysaias
etiam quasi hec hominibus impossibilia sint: ad
filiam caldeorum qui maxime ista profitentur
ait. adsint et saluam te faciant. Astrologi celi
annuntient tibi quid tibi accedet. his enim uer
bis docemur: uel diligentissimos in hac re cal
deos non posse predicere: que uelit unicuique
genti deus attribuere. hec origenes. Demons
tratum iam esse puto: nec deos / nec bonos de
monas gentilium deos esse. Sed econtra seduc
tores quosdam atque maleficos: nulli magis rei stu
dentes: quam ueritatis euersioni. Ita cum magnos
in genere hominum errores perspexerint: fato
rum etiam necessitate falsa omnes pene gentes
deceperunt. A quibus erroribus nemo a seculo:
quam dominus et saluator noster iesus christus
uniuersos liberauit. Que omnia idcirco in
hac euangelica preparatione priora colloca
uimus: ut rebus ipsis uideas: qua fraude maio
res nostri opprimebantur. Et unde nos per solam
euangelii doctrinam euaserimus. His ergo ita
dictis atque dispositis: iam tempus est de phy
losophia hebreorum ac pietate uiteque mori
bus disserere. Liber sextus explicit.

Liber septimus incipit.

Repeticio gentilium theologie · c · i ·

His ergo ita dictis atque dis
positis iam tempus est de
phylosophia hebreorum ac
pietate uiteque moribus dis
serere · Nam quoniam fal
sam religionem gentium
non absque ratione spre –
uisse iam demonstrauimus:
reddunda modo ratio est:
quare sapientiam hebraice scripture delegimus ·
Quod autem nulla sit culpa a barbaris ueri –
tatem uelle cognoscere: alio tempore omnem
phylosophiam omnemque disciplinam a barba –
ris grecos accepisse ostendemus. Nunc uero
aperire proposuimus ab hebreis solum modo ue –
re pietatis fundamenta iacta fuisse · ceteri
enim homines ceterique gentes uniuerse preter
hebreos: nihil fere de immortalitate animi
sentientes, nec aliquid preter hec uisibilia
cogitantes corporum uoluptate felicitatem
terminarunt · Adeo ut quasi maxima deorum
uoluptas ab eis coleretur · ac propter uoluptates
uitam optabilem ducerent · Quare alii solem
et lunam et reliquas stellas a quibus hanc
uitam dari putabant: predicarunt deos et
auctores omnium rerum esse · Alii terre fruges
et reliquas mundi partes: unde non paruam
se uoluptatem capere uidebant · Alii non ue –
riti sunt titilationem sensuum cupidinem et
uenerem non sibi solum: uerum etiam ceteris
diis preposuisse · Alii principes ac tyrannos
qui eis uoluptati fuerunt: etiam uiuos adora –
runt, et post mortem in celum ascendisse credi –
derunt · Alii malignos quosdam spiritus qui
cupiditates eorum incendebant et culti uo –
luptatibus explebant: uenerati sunt · Alii huius
religionis falsitatem perspicientes non esse

deos omnino arbitrati sunt. Alii multo impudentius ceteris summum bonorum omnium summamque beatitudinem ipsam uoluptatem esse crediderunt. cui quasi supreme deae seruire perpetuo non erubescebant. Nam et mulieres eorum: ut sacer Apostolus dicit: mutarunt naturalem femine usum in eum qui est preter naturam. Mares autem etiam similiter spreto naturali usu alter in alterum exarserunt, masculi in masculos turpitudinem operantes, et erroris eorum mercedem in seipsis capientes. Ita greci simul et barbari docti omnes atque indocti laudibus et hymnis tam in deorum solemnitatibus quam in publicis spectaculis uoluptatem efferebant. Fornicationis enim initium est idolorum exquisitio. Tanto enim errore impliciti mala malis addebant. in nefandis nuptiis parentes cum liberis, ac mares cum maribus sceleratissime uitam trahuntes. ac ipsas immanes bestias turpitudinis cumulo longe superantes. Que omnia a phylosophis et hystoricis suis confirmata sunt. Solum autem hebreorum genus inter tot tantosque errores: ab uno uoluptatis collo: tanquam idra in diuersa capita profusos: ueram pietatem secutum est. hebrei enim soli pia sanctaque consideratione primum elementa et que ab elementis composita sunt. Solem similiter lunam et ceteras stellas et celum ipsum: non solum deos non esse: uerum etiam anime penitus expertia iudicarunt. Deinde quoniam neque a lapidibus casu unquam sine artifice domus edificari. nec pannus absque texente fieri, nec nauis sine gubernatore nauigare potest: cum animalibus rationalibus atque irrationalibus, et substantiis animatis atque inanimatis plenum hunc mundum uiderent: non absque sapientia dei hec omnia facta putantes: a magnitudine atque pulchritudine creaturarum: puritate

Quod solum hebreorum genus ueram sequebatur pietatem. c. 2

mentis creatorem omnium immortalem ipsum
atque inuisibilem cognouerunt. Cum autem non
contemnundam totius partem hominem esse
uiderent: partem eius precipuam animam ui-
delicet uerum hominem: corpus uero quasi homi-
nis indumentum esse affirmarunt. Quare maio-
rem curam cultui anime afferre non dubitarunt:
creatori hoc deo placere arbitrantes qui a gene
hominum: non corporis robore: sed animi ratione
omnia que in terris sunt gubernari constituit.
His fundamentis iactis: corpus quidem et que cor-
poris similia sunt: non maioris quam reliqua pecco-
ra fecerunt. Animum autem qui rationalis atque
intellectiuus est, quique ad similitudinem dei crea-
tus est: summo studio excoluerunt. nec quicquam
uerum bonum: preter bonorum omnium largito-
rem deum credentes: extremum finem summamque
beatitudinem in cognitione atque coniunctione
dei posuerunt. qui solus humane uite rerumque
omnium causa est. Quare illum solum deum
cognoscere: illi se soli uite puritate coniungere
studuerunt. hac pietate ueraque in deum religione
altissimi sacerdotes genus electum atque regium:
gens sancta aliisque similibus appellationibus
digni uisi sunt. Cur igitur reprehendendi nos
sumus: qui hec grecorum, egyptiorum, phenicum
ceterarumque gentium nugis preposuimus. In
tantum autem uirtutis multi ex genere ipsorum
peruenerunt: ut angelorum uisione, diuinisque
oraculis: non sillogismis neque coniecturis instrue-
rentur. Adeo ut que futura erant: plerunque
gratia dei repleti quasi presentia uiderent. hec
antequam grecorum nomen esset: immo uero etiam
ante Moysen et ante iudeorum genus prisci he-
breis nomine tenebant. Post enim moysen a iuda
iudei appellati sunt. hebrei uero ab hebere. a quo
Abram originem traxit: multis ante moysen se-
culis absque lege aliqua scripta pie sancteque ui-
uebant absque doctrina legum oraculis ueritate
tem diuinis et mentis acumine magnitudineque

animi consecuti. Primus uero apud eos eximius
ille theologus Moyses scripta reliquit: qui diui-
nitus anteq̄ leges poneret: maiorum uitas an-
imis hominum impressit. Ita bonorum premiis
& impiorum suppliciis ad amplexandam uirtu-
tem & fugiundam impietatem exhortatus: le-
ges tandem in medium proposuit. Iudicauit
etiam ne forte difficillima legis precepta iudei
ducerent atq; ab illis resilirent: priscorum ex-
empla esse preponenda: ut omnibus pateret
absque legum mandatis: sola ratione inxos opti-
me maiores iudeorum uixisse. Atq; ideo non ee̅
sibi difficile uitas illorum imitari: si paria diui-
nitus consequi premia desiderarent. Non ē
autem ab re compendio uitas illorum a mosaica
scriptura exceptas precurrere. Nam quemadmo-
dum ab egyptiis egyptium: a phenicibus phe-
nicum theologiam & a grecis grecam: sic & ea
que ab hebreis dicuntur: ab illis ipsis petenda st̄.
Non enim aliunde q̄ a phylosophis opiniones phy-
losophorum narrantur. nec medicina ab aliys q̄
a medicis perdiscenda est. Ut igitur hebreorum
scriptura docet ante diluuium post primam ori-
ginem hominum: multi iusti deoq; amici homi-
nes fuerunt. Quorum primus nomen domini dei
sperauit inuocare. Quibus uerbis ostenditur quod
nihil aliud ille q̄ creatorem dominum & deum se-
cutus fuit. Quem credebat non solum uirtute sua
a non ente simpliciter cuncta produxisse: uerum
etiam tanq̄ magne ciuitatis dominum uniuer-
sa regere atq; gubernare. atq; ideo ceteris om-
nibus contemptis: sperauit nomen inuocare do-
mini dei. his duabus appellationibus creatoris
atq; gubernatoris totius uirtutem amplexus.
Quare primus homo uerus apud hebreos cons-
tribuitur: Enos enim uocatus est. quod latine ue-
rus homo interpetratur. Neminem enim putant
uerum esse hominem: preter eum qui uerum deū

· Compendiose
hebreorum ui

et cognoscit et pie colit. Alios uero nihil a pecoribus differre arbitrantur. Quia uidelicet uelut bestie ad terram proni uentri & ueneri obediant. Quorum alios lupos, alios canes, alios porcos, alios serpentes uaria quadam uitiorum similitudine scriptura iudeorum appellare consueuit. Quemadmodum si quando communiter genus hominum appellandum est: commodissima similiter uoce & appellatione Adam significauit. Quo nomine a terra natus designatur. primus igitur iustorum Enos qui primus nomen domini dei sperauit inuocare. Et certe semper atque continue domini dei nomen inuocare: id profecto est summa extrema beatitudo. Illum uos uirum non fallaces gentilium heroas imitandum arbitrantes. Optamus illud nobis auxilio saluatoris nostri contingere: ut nomen eius firma spe perpetuoque inuocare queamus. post istum quidam alius ambulabat cum deo & non inueniebatur. quia propter uirtutem eius transposuit eum deus. Is certe perfectus homo in deo est qui periculosa multorum colloquia fugit. Si enim forum, ciuitatem theatraque aliquis sequitur: in ipso malignitatis profundo summergitur. Is autem hominibus inuisibilis est: neque ab ipsis facile inuenitur: qui deo caritate coniunctus ab eo solo cognoscitur. hunc hebrei Enoc appellant. Quod nomen latine gratiam dei significat. Cuius solius imitationem diuinitus mihi concedi magis opto quam omnium simul qui uirtutis cultores apud gentes narrantur fuisse. Tertius uir iusticia eximius in seculo suo noe fuisse perhibetur. cuius quanta fuit uirtus & pietas: hinc cognoscitur. nefanda malignitas uniuersum genus hominum tunc occupauit. Nam & gigantes illi qui per ora omnium uolant: impiis factis: quod adhuc usque predicatur: deo pugnam id est uirtuti & pietati non erubuerunt inferre. Et qui eos produxerunt: siue immortales quidam: siue mortales malefica

quedam artificia & magicam prauitatem primi
excogitasse dicuntur. Quas ob res cum deus eo-
dem omnes diluuio perdere statuerit: unus cum
suis in illo genere hominum Noe iustus repertus
est qui omnibus in aquarum submersis: cum
filiis suis simul ac nuribus mirabili quodam
modo: quasi semen humani generis conseruatus
est. Quem utinam quasi uiuam quandam ima-
ginem imitari nobis contingat. Et hi quidem
ante diluuium fuerunt. Post diluuium autem
alii quorum unus altissimi dei sacerdos iustitie
ac pietatis miraculo rex iustus lingua hebreorum
appellatus est. apud quos nec circumcisionis
nec mosaice legis ulla mentio erat. Quare nec
iudeos: posterius enim hoc nomen fuit: neque genti-
les: quoniam non ut gentes pluralitatem deorum
inducebant. Sed hebreos proprie nominamus: aut
ab hebere ut dictum est: aut quia id nomen tran-
situros significat. Soli quippe a creaturis naturali
ratione & lege innata non scripta ad cognitio-
nem ueri dei transire. & uoluptate corporis
contempta ad rectam uitam peruenisse scribuntur.
Cum quibus omnibus preclarus ille totius ge-
neris origo Abram numerandus est. cui scrip-
tura mirabilem iustitiam quam non a moysaica
lege: septima enim post Abram generatione
moyses nascitur: sed naturali fuit ratione conse-
cutus: summa cum laude attestatur. Credidit
enim Abram deo & reputatum ei est in iustitiam
Quare multarum quoque gentium patrem di-
uina oracula futurum: ac in ipso benedicendas
omnes gentes: hoc uidelicet ipsum quod iam nos
uidemus: aperte predictum est. cuius ille iusti-
tie perfectionem: non moysaica lege: sed fide conse-
cutus est. qui post multas dei uisiones: legitimum
genuit filium quem primum omnium diuino
persuasus oraculo circumcidit. & ceteris qui ab
eo nascerentur tradidit: uel ad manifestum mul-
titudinis eorum future signum: uel ut hoc quasi

paterne uirtutis insigne filij retinentes: maiores suos imitari conarentur. aut quibuscumque alijs de causis. Non enim id scrutandum nobis modo est. Post abram filius eius isac in pietate succes-sit. felice hac hereditate a parentibus accepta. qui cum uxori coniunctus: cum geminos genuisset filios: castitatis amore ab uxore postea dicitur abstinuisse. Ab isto natus est iacob qui propter cumulatum uirtutis prouentum israel etiam appellatus est Duobus nominibus propter dupli-cem uirtutis usum. Jacob enim Athletam et exer-centem se: latine dicere possumus. Quam ap-pellationem primum habuit: cum peractis ope-rationibus multos pro pietate labores ferebat. Cum autem iam uictor luctando euasit: et spe-culationibus fruebatur bonis: tunc israelem ipse deus appellauit eterna premia beatitudinemque ultimam que in uisione dei consistit: ei largiens: hominem enim qui deum uideat israel nomen significat. Ab hoc duodecim iudeorum tribus profecte sunt. Innumerabilia de uita istorum uirorum fortitudine prudentia pietateque di-ci possunt. Quorum alia secundum scripture uerba hystorice considerantur: alia tropologice ac allegorice interpetrantur. de quibus multi conscripserunt. et nos in libro quem inscripsi-mus de doctrina priscorum uirorum. preter hos Iob iustum uerum pium innocuum ab om-nique malignitate alienum fuisse inuenimus. Qui quamuis iudeo generi non fuerit affinis: pieta-tis tamen laude uel in primis effertur. Verum iacob liberi religione ac pietate communiti fa-mam hebreorum facile ad maius a deo produ-xerunt: ut totus egypti principatus ab uno eorum iosep dependeret. qui castimoniae pre-mijs coronatus: gubernatione tot tantarumque ciuitatum suscepta: uirtutem hebreorum ma-

practicus

infestauit. Is suorum insidiis ad seruitutem redac-
tus tanto cumulo uirtutis refulsit: ut nemo possit
rem oratione assequi. Aderat enim ei libertas ani-
mi maxima, robur inuictum, pudor eximius, iusti-
tia modestia, prudentia summa. et pietate in
uerum deum maxime prestabat. Cumque domini
sui uxor: erat enim mirabili corporis predita for-
mositate: qua adolescentia sua uirtutibus orna-
ta insignis uidebatur: furore cupidinis acta uer-
bis ac precibus persuadere non potuisset: manus-
que in iustum inicere non dubitasset: precepta
parentum non oblitus, reque ipsa hebreum se os-
tendens: mulierem quidem magna ui repulit. quasi
autem a rabida fera euaserit: fuga salutem que-
siuit. Cogitabat enim atque dicebat. Si dominus
meus domui sue me preposuit: quo modo ego hu-
iuscemodi rem turpissimam coram deo faciam?
his ille uirtutibus ad egypti gubernacula diui-
nitus peruenit. Quem utinam ceterosque omnes
de quibus diximus: imitari possimus. Fuit autem
etiam hic hebreus, non iudeus. nondum enim
iudei fuerant. In multitudinem deinde magnam
genus creuit: paulatimque diligentissima norma
uiuendi labebatur, et parentum pietas obtunde-
batur. Ita post aliqua secula egyptiorum conuer-
satione deprauati adeo fuerunt: ut nihil ab e-
gyptiis differre uiderentur. Tunc deus patrum
suorum moysen ad eos mittit. ac per eum in-
auditis factis miraculis: conuenientem iudeorum
moribus legem posuit. Nam cum iam corrup-
ti uirtutem imitari non possent: alia manifeste
mandauit: alia occultius suggessit, symbolum
umbramque non nudam ueritatem conseruare
ipsis precipiens. hoc pacto iudeorum disciplina
a moribus moysi cepta usque ad saluatoris nostri
aduentum secundum uoces profetarum dura-
uit. Sic enim a moyse aliisque prophetis dictum
inuenitur: moysaicam legem usque ad christi

Theologia iudeorum ca. 4m

tempora duraturam. Verum quoniam breui hebreorum qui ante moysen fuerunt uitas tetigimus & pietatis eorum adumbrationem edidimus: nunc theologica eorum dogmata a moyse aliisque prophetis fundata consideremus. Primus igitur omnium eximius ille theologus qui diuinas leges conscripsit: cum pietati conuenientem doctrinam tradere uoluisset: non communibus atque tritis exordiis usus est. Sed nihil potius ducens quam priscorum generis sui theologiam ad recte uiuendi normam pertinere: a deo secundum hebreorum theologiam incepit. Nec ut egyptii aut phenices aut cetere omnes gentes multitudinem deorum falso induxit. Sed a prima uisibilium omnium atque inuisibilium causa exorsus: illum docet creatorem esse uniuersi regem atque dominum: non solum quas ipse scripturus erat legum: uerum etiam nature ipsius: cuius solo nutu a non ente simpliciter cuncta fuisse producta ostendit. Cuius uirtute omnia que producta sunt: gubernari docet. Primumque omnium celum uerbo dei fuisse firmatum. & pondus soliditatemque terre preter naturam suam super aquam suspensam asserit. Verbo etiam dei solis stellarumque motu diem ac noctem sibi uicissim succedere. legeque diuina uicissitudines mutacionesque temporum annique uolutiones fieri lege dei atque instituto in locis suis fluctuantia reuolui maria: minime statutos audentia terminos pertransire. Instituto similiter diuino innumerabilia plantarum atque arborum genera e terris germinare. ac ut breuiter dicam naturam omnium matrem instituto dei seruiuntem diuine legi semper parere. Non enim casu aut fortuna neque irrationali latione orbem circumuolui: neque temere mundum tantam tamque pulcherrimam rem esse productum: sed dei esse creaturam & ab eo gubernari. Ita legibus hominum nature

leges anteposuit · maxime deo uacare exhorta-
tus · Nam si uniuersus mundus celum sol luna
stelle omnes · terra et quecunque in ipsa sunt:
cuncta nature opera naturaque ipsa creatori deo
seruit: quanto magis homines ratione ac libero
decoratos arbitrio obtemperare creatori decet ·
Germinet terra uirentem herbam et lignum po-
miferum faciens fructum et habens unumquodque
sementem secundum spetiem suam · Et statim non
modo tunc: sed usque ad hunc diem paruit terra
parebitque semper imposterum · producant atque
reptibilia anime uiuentis et uolatilia sub firma-
mento celi et una cum uerbo nutuque diuino opus
effectum est · Et eo instituto semper ita factitat.
Sint sol et luna cetereque stelle in signa et tempora
in dies et annos · neque unquam hoc preceptum stelle
neglexerunt · Sed incessabili mirabilique suo cursu
dies et noctes tempora et annos constituunt · Qua
igitur ueniam homines consequemur: diuina neg-
ligentes mandata · hec illius theologia nos ce-
pit · nihil enim huiusmodi apud ceteras gentes
inuenire potuimus · Sed post hanc primam theo-
logiam: ad eam que secunda est: ordine procedit.
deoque cognito necessarium putauit hominem esse:
se ipsum cognoscere · Quare deinceps quid homo
sit quidque ipsum in cognitionem et pietatem
dei adducat et qualis principaliter hominis
uita esse debeat: docet · In animam enim et cor-
pus hominem diuidit, uerumque hominem ani-
ma terminat: que incorporee intellectualisque
substantie est: tanquam ad imaginem dei creata ·
Corpus uero terrenum et indumentum anime
esse affirmat · Quibus tertiam partem addidit ·
spiritum scilicet uite · qui uirtus quedam est: qua ter-
renum corpus et que ad imaginem dei creata est
anima: coniunguntur atque uniuntur · hunc
hominem adeo creatum in felicissimo paradisi

loco bonis immortalibus pleno constitutum le
geq; dei munitum affirmat. Trangressione autē
diuini precepti ad hanc miseram uitam perue-
nisse hac ille phylosophie ueritate: anteq; ponen
darum seriem legum aggrederetur: auditores
instruit. Non enim fas est imaginem dei: unde
immortalitatem consecuti sumus uitiose uiuēdo
despicere. Primitiua uero ueraq; dei imago uer-
bum suum est. sapientia uita lux & ueritas, p
seipsum existens. cuius imaginis mens humana
imago est: ppter quam ad imaginem dei facti ēē
dicimur. Ita necessarium duxit hec legibus esse
pregustanda. Recordari enim profecto debemus:
quid nostri a terra sumptum in terram reuer-
tetur. & quid melius deoq; simile: ut cognoscamq
quid sumus. nec uitiis eam partem nostri ma-
culemus: que ad imaginem dei facta est. utq;
a perpetuo desiderio prime illius beatitudinis
pendeamus. & redire omnibus uiribus diligen-
ter conemur. preparemusq; nos ad iter quo il-
luc peruenitur: unde diuini mandati negligen
tia decidimus. Ad hec rerum diuinarum atq;
humanarum ille non humana doctrina: sz dei
uisione peritissimus nequam quendam demo
nem inuidum atq; uersutum unicuiq; homi-
num inherere docet. quem serpentem uenenī
plenum, atrum, tenebrosum appellat. qui sa-
lutis nostre inuidus ad hunc usque diem mul-
tos insidiis suis decipit. cuius fraude parentes
quoq; nostri beatitudinem illam amiserunt.
Quare uigilandum est: semperq; aduersus ma-
litiam eius insurgendum. Sed quid oportet
hec ita conscribere: cum ipsum audire liceat nō
sillogismis neq; hominum callidis argumentis:
sz spiritus sancti gratia cum magna uenustate
atq; grauitate cuncta scribentem. In principio
inquit fecit deus celum & terram. & dixit deus
fiat lux: & facta est lux. & rursus dixit deus;

fiat fiat firmamentum: et factum est. Et paulo
post dixit deus: germinet terra: et germinauit. Et ite
rum dixit deus fiant luminaria in firmamento
celi & diuidant diem ac noctem & sint insigna
& tempora & dies & annos, & luceant super terrã.
preterea dixit deus producant atque reptilia & uo
latilia: & factum est. Item producat terra qua
drupedes & reptilia & bestias terre secundum spe
cies suas: & factum est ita. In his igitur omnibus
cum a scriptura dixisse deum dicatur nutum &
uoluntatem diuinam: non uocem sillabis prola
tam ostendere uoluit. Deinde uniuersum hunc
repetens sermonem: hic inquit liber celi & terre
qua die fecit deus celum & terram & omnia
que in ipsis sunt. huiusmodi hebreorum theo
logia est: que uerbo dei creante uniuersa esse
producta uerissime sola docuit. Ad hec non
esse relictum mundum a deo gubernatione il
lius priuatum: sed prouidentia eius regi asserit.
Non enim solum creauit cuncta: uerum etiam
rex saluator dux omnibus presidens. omnia
disponens dicatur. omnia eum uidere. omnibus
adesse uniuersa inde gubernari docet. Similiter
& qui post eum fuerunt prophete. non nunquã
a persona ipsius dei exclamant: Deus appinquans
ego sum dicit dominus & deus de longe. Quid
faciet occulte homo: quod non cognoscam: non
ne celum & terram ego impleo. non nunquã a
seipsis hoc pacto interrogantes: quis aquam
mensurauit. quis montes pondere ac ualles iugo
firmauit. quis cognouit mentem domini: aut
quis consiliarius eius fuit. Et rursus: quis consti
tuit celum quasi testudinem et extendit tanquã
scenam. Et alibi eleuate oculos uestros ad alta
& uidete quis ostendit hec omnia. Et deinceps
dominus deus qui fecit celum & finxit illud qui
firmauit terram & quę in ea sunt, qui dat spira
culum populis qui degunt in ipsa & spiritum eis
qui calcant ipsam. Et rursus: ego dominus deus

solus extendi celum & firmaui terram et non est alius preter me. Et alibi sic dicetis ipsis Dii qui celum & terram non fecerunt: perdantur a facie terre. Dominus qui fecit terram in fortitudine sua erexit habitabilem in sapientia sua: & in prudentia sua extendit celum. & adduxit nubes ab extremis terrarum: fulgura fecit in pluuiam & adduxit uentos ex thesauris suis. Et rursus: Quo ibo a spiritu tuo et ubi a fatie tua me occultabo. Si ascendero in celum tu illic es si descendero in infernum: ades. Si sumpsero penas meas diluculo & habitauero in extremis maris. etenim illuc manus tua deducet me. hec posteriores conuenientia priscas diuinitus predicabant. Sed eos etiam audias qui ante moysen fuerunt. Dixit autem Abram ad regem sodomorum extendam manum meam ad altissimum deum qui fecit celum & terram. Melchisedech quoque dei altissimi sacerdos Abram his uerbis benedixit. benedictus Abram deo altissimo & benedictus deus qui fecit celum & terram. Et Abram rursus: pone manum tuam sub femore meo & adiurem te per dominum deum celi. Et subicit. Dominus deus celi & deus terre qui cepit me a domo patris mei & a terra in qua natus sum. postremo in ipsa uisione Moysi: deus interrogatus quis esset: diuino respondit oraculo: Ego sum qui sum. sic dices filiis israel: qui est: misit me ad uos. hec breuiter ab innumerabilibus excerpta sunt. Est ne igitur dignum: gentium theologiam: immo uero impietatem cum istis nullo modo conferre. Quorum alii nullum esse deum: alii celestia corpora credidere & stellas ignem in celo fixas dicentes. aut ignem uia & arte circumlatum loco dei adorarunt. Alii nulla dei prouidentia mundum: sed irrationabili quadam natura gubernari. Alii celestia solummodo diuinitus regi. non autem etiam terrestria mundumque sine ortu nec ullo modo a deo productum: sed casu & fortuna constitutum esse. Non nulli ex atomis & inanimatis

Melchisedech.

Deus.

corpusculis esse conglutinatum asseruerunt.

De uerbo. ca. 6.

His ita dictis alteram quoque personam a prima persona genitam non creatam hebreorum scripture significant. quam uerbum sapientiam uirtutem dei appellant. Unde inquit Iob inuenta est sapientia. Cuius autem locus eius est. nemo mortalis uias eius nouit. Et Dauid in psalmis. uerbo domini celi firmati sunt. Et Salomon ex persona ipsius sapientie. Ego inquit sapientia: consilium et cogitationem constitui. et dominus possedit me initio uiarum suarum ad opera sua anteque terra facta esset: anteque abissi producti: anteque montes firmati et ante omnes colles genuit me. Et alibi quid autem est sapientia et unde nata sit dicam et non occultabo. Spiritus ipsa est intellectualis, sanctus ingenitus omnipotens omnia penetrans Vapor enim est uirtutis diuine et defluxus glorie omnipotentis, uerissimus fulgor eterni luminis et immaculatum speculum uirtutis diuine ac bonitatis eius imago ab extremo ad extremum omnia transiens ac omnia recte gubernans. Quod quidem diuinum uerbum a patre ad hominum salutem missum scriptura confirmat. Quod deum et dominum .i. creatorem et gubernatorem a moyse prophetisque appellari conspicimus. Venit autem ad homines homine assumpto a patre missum propter salutem nostram. Misit enim uerbum suum inquit et sanauit eos. Unde doctrina etiam euangelica propheticam et paternam hebreorum renouans theologiam hoc pacto incipit. In principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum. hoc erat in principio apud deum. omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil Quod factum est in ipso uita erat et uita erat lux hominum. Merito igitur eodem spiritu moyses plenus: facto celo et terra quasi cum filio suo uerba conferentem sic deum patrem dicentem introduxit et dicit deus. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Quod psalmista

Deus

etiam occultius significauit dicens: ipse dixit
& facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Aper-
te nanque patris ad filium ordinem atque manda-
tum more humano: nec enim aliter poterat: ex-
pressit. Nemo enim negabit omnem qui aliquid
dicat ad alium dicere & qui mandat & precipit: alii
preter ipsum mandare & precipere. Manifestius at
moyses duorum dominorum patris uidelicet atque
filii mentionem facit dicens: pluit dominus a do-
mino sulfur & ignem. Et Dauid similiter Dixit do-
minus domino meo sede a dextris meis: quousque
ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
Et paulo post eternam illam & ineffabilem gene-
rationem uerbi designare desiderans: ait: Ex ute-
ro ante luciferum genui te. hec ita se habere: nõ
solum uetus scriptura occultius: non enim omnes
tunc ferre poterant: uerum etiam noua ipsis quasi
solaribus radiis dilucidius predicat. quamuis non
nulli iudeorum sancti gratia spiritus carentes:
aliter interpetrati sunt. a quibus non nulla ponã.
id circo non inutilia: quoniam non effusum in
aera uerbum dicunt. nec spiritum non subsisten-
tem: si diuersas personas probe: sicuti & nos. Male
autem quia diuersas quoque naturas opinantur.
phylonem ergo audias scripture uoces interpe-
tratione sua explicantem. Quam ob rem inquit
quasi de altero deo dicatur: in imagine dei feci
hominem. perpulchre id diuinitus scriptori fuit
inspiratum. Nullum enim mortalem ad supre-
mum patrem tanquam imago conferri potest:
si confertur ad secundum deum: qui primi uerbũ
est. Necesse enim erat rationalem uim a deo uer-
bo in animo hominis imprimi. Deus enim qui su-
pra uerbum est: ita supremus est: ut nulla ratio-
nalis natura similitudinem eius possit recipere.
hec in primo questionum libro phyloni dicta
sunt: qui in primo de agricultura uerbum dei fi-
lium quoque dei appellare his uerbis non dubi-
tauit. hec uniuersa pastor ille & rex deus iure
gubernat. legemque statuit rectum eius uerbum

& primogenitum filium qui cuncta totius gregis
quasi maximi regis lux diligenter suscepit. Idem
in secundo qui dubitandi ruborem effugere uelit:
audacter dicat: nulla re materiali machinam
mundi conseruari. sed uerbo eterni dei sempiter-
no. quod a medijs ad extrema & ab extremis
ad media protensum inuictum nature sustinet
cursum. fouens ipsum atque conseruans. quasi ei
uinculum quoddam pater qui genuit ipsum con-
stituit. Merito igitur nec terra unquam aquis
submergetur, nec ignis extinguetur, nec cetera
peribunt. cum uerbum dei uocale inter multa
elementa constitutum omnia conseruet. hec phy-
lo. Nonne igitur uera hec nostra sunt: qui uerbo
ac sapientia dei omnia producta esse predica-
uimus. Falsa uero illa que nec uerisimilitudine
ullam habent, & inter se contraria sunt. Thales
enim millesius aquam originem rerum dicit.
Anaximenes aerem: heraclytus ignem: pytha-
goras numeros. Epicurus atque Demochritus in-
diuidua quedam corpuscula. Empedocles quatuor
elementa. hoc dei uerbum magni consilij ange-
lum, lucem ueram iusticie: solem etiam nominat.
Tercio spiritus additur sanctus a scriptura que
sicuti patrem & uerbum suum eadem dignita-
te atque honore honorari precipit. Tertius igitur
a patre spiritus esse ostenditur: tanquam a patre
per sapientiam elucens. Post hanc eternam dei
substantiam, rationales uirtutes: nec numero
nec spetie nobis notas. sed sola uisibilium propor-
tione. Alia enim gloria solis est: alia lune: alia
stellarum. Scriptura iudeorum: non ut deos: sed
ut dei ministros honorandas ostendit. Et mor-
tali quidem nature stellarum numerus omnino
ignotus est. Deus uero multitudinem etiam intel-
ligentiarum & nomina non ignorat. Scribitur
enim qui stellarum multitudinem numerat,
& omnibus ipsis nomina imponit. Innumera-

bilia enim genera profecto et intelligentiarum et stellarum sunt. Deo autem omnia numerata sunt. De ipso enim dicitur mille milia ministrabant ei et decies milies centena milia coram eo assistebant. Cum enim in numerum uideatur aliquis nominare: numeratas illas ostendit esse uirtutes a deo. Cum uero tantam numeri quantitatem dixerit: ignotum nobis illum numerum propter innumerabilitatem suam esse ostendit. Sed de substantia earum sic psalmista scriptum reliquit. Domine deus meus quam uehementer magnificatus es. confessionem et decorem induisti: amictus lumine sicut uestimento, extendens celum sicut pellem: qui facis angelos tuos spiritus et ministros tuos flamam ignis. noli credere de hoc corruptibili dicere igne, nec de irrationali aere atque spiritu: sed altius quidem atque sublimius. necesse enim est cum a sensu nostro uerba procedantur: translatiue: non proprie de intellectualibus dici. Unde ipsum quoque deum spiritum et ignem et lucem et huiuscemodi nominibus significamus. Uirtutes autem illas angelos, archangelos, spiritus, celestem exercitum principatus, potestates, thronos, dominationesque nuncupamus. Quarum omnium iustitie solem et sanctum spiritum et annexum unacum deo patre: creatorem atque gubernatorem scriptura confirmat. Quem unum deum ab uniuersis sicuti patrem ac dominum hymnis glorificandum propheta precipit dicens: Laudate dominum de celis: laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes uirtutes eius. Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stelle et lumen. Laudate eum celi celorum et aque que super celo sunt: laudent nomen domini. quia ipse dixit et facta sunt. ipse mandauit et creata sunt. Statuit ea in eternum et in seculum seculi: preceptum posuit et non preteribit. hec hebreorum dogmata merito erroribus

bus gentium spretis complectimur: uirtutes celorum ut dei ministros honorantes. Solum autē deum ac uerbum & spiritum eius qui celum ac terram ac omnia que in ipsis sunt creauit & a nihilo simpliciter produxit: ut hebreorum doctrina occultius & euangelica expressius precipit: colimus atq; adoramus. Nunc consequens esse uidetur: ut qualem hebrei de contraria uirtute doctrinam tradiderunt perspiciamus. Virtutes igitur ministrantes & spiritus qui ad ministeriū mittuntur ꝓpter eos qui eterne consecuturi uite sunt hereditatem: sanctos dico angelos dei. diuina luce frui: ac id circo luminaribus celi conferri: docti a scriptura credidimus. a quibus peruersi quidam spiritus cum sua nequitia diuinam lucē suscipere nequiuerunt: tenebre facte sunt. Quorum primum qui etiam alijs defectionis causa fuit: quoniam penitus ꝓpter impietatem suam in terram decidit: quiq; totius uenenose prauitatis auctor est: sponte a lumine ad tenebras lapsum draconem serpentemq; letiferi ueneni productorem atrocem belluam & leonem humanis carnibus uiuentem. ac denique basiliscum scriptura solet appellare. Causa uero qua lapsus est furor mentis & arrogantia hoc pacto dicitur fuisse. Quomodo decidit de celo lucifer qui mane oritur: contritus est in terram qui mittit ad omnes gentes. Tu autem dixisti in mente tua: in celum ascendam: super astra ponam sedem meā & ero similis altissimo. Et rursus hec dicit dominus: quoniam exaltatum est cor tuū & dixisti deus ego sum & domicilium dei habito. Et iterū in monte dei natus es: inter igneos lapides immaculatus in diebus tuis: ex quo die creatus es: donec inuente iniusticie in te sunt. Exaltatum est cor tuum in pulchritudine tua: corrupta ē sciencia tua cum pulchritudine tua. ꝓpter multitudinem delictorum tuorum in terram deieci te.

De contraria uirtute ca. 6.

Lucifer.

his uerbis apertissime cum superioribus illum uirtutibus conuersatum fuisse docemur. Et quoniam ceruices extulit propter arrogantiam decidisse. Sub quo innumerabiles quidam sunt spiritus simili impietatis errore prolucida diuina regia beataque habitatione ad conuenientia sibi ac omnibus impiis loca tartari sententia dei depulsi. Que loca abyssum diuina scriptura et tenebras: non has: sed quas diuina uerba intelligunt: solet appellare. Ex numero quorum multi execratacois hominum gratia in terra et regione que sub luna est: derelicti erroris humani et impietatis gentium: concausa fuerunt. Quibus interdum nomina indit scriptura malignos spiritus et demonas potestates et principatus mundi huius appellans: interdum symbolice: cum pium atque religiosum uirum: ne multitudinem demonum formidet: hortetur. Super aspidem cum ait ambulabis et conculcabis leonem et draconem. Signum autem est ab ipsis odio haberi eiusque uoluntati repugnare: quoniam se ipsos deos putari cupiunt. et dei cultum in se transferre conantur diuinationibus atque oraculis tanquam mentientis stultos allicientes. quos a deo rapientes ad profundum impietatis detrudunt. Solis autem hebreis malitia illorum a priscis fuit intellecta temporibus: apertissime clamantibus: omnes deos gentium demonia esse. Nunc autem dei gratia per saluatoris aduentum nostri euangelicam doctrinam uniuersus orbis uinculis demonum solutus deum uerum glorificat. Sed phenicum quidem ac egyptiorum theologia casu hominum ceterorumque animalium productionem factam e terra dicebat. nullum inter rationalem animam et irrationalem substantiam discrimen arbitrata. Quibus abiectis hebreos laudamus qui pulcherrime atque sapientissime: ac ideo ue-

De natura hominis
.ca. 7m.

ueriſſime de prima hominum productione docue-
runt duplici quadam natura constitutum esse
hominem asserentes. Cuius altera pars: cum in-
corporea & immortalis sit: uerus homo existit.
ad imaginem & similitudinem dei non fortuna
& casu: sed a deo ipso creatus. Voluit enim supre-
ma omnium causa non carere rationabilibus
terram animalibus: ut non solum a celestibus:
uerum etiam a degentibus in terra maiestas
sua laudaretur. Itaque dixisse deum scriptura
testatur: faciamus hominem ad imaginem & si-
militudinem nostram. & fecit deus hominem: ad
imaginem & similitudinem suam fecit eum. Et
rursus: formauit igitur deus hominem de limo
terre & inspirauit in faciem eius spiraculum
uite. & factus homo in animam uiuentem. Que
textum iudeus phylo exponens: his uerbis utitur.
ceteri quidem ab etherea natura mentem nostram
constare dicentes: etheri affinem esse hominem
uoluerunt. Moyses autem ille: nulli creaturarum
rationalem animam similem. sed nomisma dei
uerbo suo insignitum esse uoluit. Inspirauit enim
deus inquit in faciem eius spiraculum uite, &
factus est homo in animam uiuentem. Et quo-
niam necesse est mittenti missum similem esse:
id circo ad imaginem dei homo: non ad imagi-
nem creaturarum alicui factus esse asseritur.
Anima igitur hominis uerbo dei signata: necesse
fuit: corpus quoque ad fulgentissimas partes mun-
di uisum erigere. hec phylo. non ergo absque cau-
sa cetera quidem animalia nutu diuino: uel a
terra uel ab aquis prorupisse. Solus autem homo
ad imaginem & similitudinem dei factus asseritur.
Quare solus omnium que sunt in terra rationis
particeps principatu ac regere leges ferre artesque
inuenire potest. Sola enim hominis anima intel-
lectualis ac rationalis est. reliqua omnino mor-

talia ad seruiundum homini facta sunt. preest enim uniuersis quasi dominus atque dux homo: rationis uiribus robustiora corpore domans. Idcirco prudentie iusticiae, aliarumque uirtutum capax est & ad celestia se ipsum extollens stellarum cursus, orbiumque uolutiones ita querit: ut celestem se esse: argumentum prebeat. Quod autem sibi circumiacet terrenum corpus: opus & ipsum dei est de terra sumptum & in terram reuertens. Quapropter oportet sicut pecoris cuiusdam: ita corporis hominem curam habere, alereque atque colere ipsum ut seruum ad huius uite ministerium putilem. Dominum uero interiorem qui dei affinem uehementius amare ac honorare: quoniam & a prima causa honoratus. homini igitur sic diuinitus ornato idoneum deus largitus domicilium fuit. Ipse autem sua sponte diuini contemptu precepti: in domicilium mortale decidit. propterea pietatem esse adhibendam censemus & uirtuti dandam operam: ut delictum nostrum deleamus. & ad primum redeamus statum. Non enim in terris finem hominis esse constitutum: sed illic unde resiluit restitutione imaginis quam deprauauimus. huiusmodi sunt que de natura hominis hebreorum doctrina antequam greci omnino essent: phylosophata est. Greci uero heri et nudiustercius nati nonnulla e barbaris: multa ab hebreis: ut progredientes monstrabimus: furati sunt. Verum quoniam hebreorum ueritas unum creatorem omnium deum cognoscit: ipsius quoque subiecte corporibus substantie quam hylem appellare solent. innumerabiles uero tam barbari quam greci contra opinantur: alii malignitatis fontem esse hylem, nec genitam nec corruptibilem dicentes. Alii natura sui absque qualitate figuraque asserentes uirtute diuina mundum ab ipsa formatum asserunt. Rationibus demonstrandum est: solam hebreorum

Quod materia non est genita ca. 8.

opinionem non falsam esse. Utar autem ut soleo
non meis sed alienis. Dyonisius igitur in primo ad
uersus Sabelium: hec de proposita questione re-
liquit. Non sunt absque scelere illi qui materiã
primam ad fictionem totius deo subiecerunt.
quam dicunt: ut cum passibilis mutabilisque na-
tura sit: diuinitus ad generationem omnium
alterari. Sed ostendant nobis unde similitudo
ac dissimilitudo materie prime ad deum est. Ne-
cesse enim est si positionem suam uolunt susten-
tare: superiorem quendam deo excogitare. Quod
nefandissimum est. preterea cum non geni-
tum esse similiter de utroque dicatur. Et aliud al-
terum ab altero sit. Unde ipsis id aduenit. Nam
si non genitus deus per se est: et ipsum non ge-
nitum esse: ut quispiam diceret: substantia sua
est: non erit non genita hyle. Non enim idem est
deus et hyle. Quod si uterque est quodcumque
est .i. deus: quidem deus: materia uero prima:
prima materia. Inest autem utrisque non geni-
tum esse. patet aliud esse ab utroque et utrisque
prius atque superius. Ad hec causam reddi pos-
tulabimus. Quam ob rem: cum utrumque non
genitum sit: deus quidem impassibilis, immuta-
bilis, immobilis atque actiuus est. Materia uero
prima econtra passibilis, mutabilis, mobilis:
omnis altercationis receptiua. Quomodo au-
tem etiam apte conuenerunt. Utrum ad mate-
rie primam naturam adaptauit se deus: cum
ab ea mundum fabricatus est: an econtra. Sed
hoc ultimum impossibile. non enim potest res
insensibilis accomodare se ad artificem. primũ
autem penitus nefandum: si quis putat: sicuti
artificem ad materie aptitudinem: primam
causam se accomodasse. Relinquitur ergo ut a
dei sapientia uaria et ut ita dicam multifor-
mis formarum .s. omnium receptiua hyle pro-

alterationis

ducta sit. Multa dici possunt. s3 modo non ē no
bis hec questio proposita. meliores tamen sunt
qui hec dicunt: q̄ qui innumerabiles deos: alii
aliud creasse contendunt. hec a dionysio sup
ra sufficiant. Nunc origenem audias. Si qs
autem putat non posse deum absque subiecta
inquit materia quicquā efficere: quoniā nec
statuarius absque lapide statuam nec ligna
rius faber sine lignis: Rogandus est si arbitra
tur deum posse quicquid uelit. Eo enim pacto
quo sicuti uolt: ad totius ornatum ineffabili
uirtute atque sapientia: qualitates non en
tes producit. Quod omnes qui prouidentiā
fatentur: concedunt substantiam quoque q̄
cumque uolt producere potest. Mihi autem ui
detur qui hec dicunt: fortunam quoque deo
annectere. qui nisi materiam primam forte
reperisset: non esset auctor nec pater nec cre
ator & dominus uniuersi. preterea unde fac
tum est: ut suffitiens ad uniuersa fingenda
nec superfluens aut defitiens materia subiec
ta sit. Sequitur enim necessario a prouidentia
quadam deo superiore: ne s. ars dei perderetur
si non haberet materiam artifitii susceptibilē:
deo materiam ēē subiectam. Unde autem om
nium que deus uolt: receptiua materia esset:
nisi eam deus talem qualem uoluit produxis
set. Sed non genitam esse materiam supponen
tes sic aduersus eos insurgemus. Si nulla pro
uidentia deo materiam non subiecit. que ta
men ei sic subiecta est: quasi per prouidentiam
esset subiecta: Quid prestantius factum est:
q̄ ea que casu fiunt. Quod si non est a deo
producta materia: cur mundum ab eo forma
tum dicunt: an quia tantam mundi fabricā:

nisi a sapientissimo artifice non potuisse fieri cre
dunt. Sed materiam quoque tantam atque talem
ut corporalium rerum formas omnes possit
suscipere non nisi ab omnipotente sapienteque
artifice fuisse credendum. Cum autem obiciat
neminem posse artificem absque materia quic
quam facere: sciant se multo dissimilia dicere.
Prouidentia enim semper hominum artibus
materiam subicit. hec aduersus illos dicta suf
ficiant. qui quoniam inuisibilis terra informis
que dicitur: idcirco materiam primam non ge
nitam existimarunt. hec Origenes. Phylo autem
iudeus de hac questione sic scripsit. De quantita
te autem substantie: utrum facta sit: dicendum
est: ad formationem uniuersi tantam mate
riam deum creasse: ut nec superflueret nec de
ficeret. Absurdum enim est hunc uel illum arti
ficem diligentissime de quantitate materie suf
ficientis precipue in preciosa materia prouidere.
Deum uero qui numeros et mensuram omnium
nouit: minime de hoc prouidisse. Ausim igitur
exclamare nec pluri nec pauciori materia ad
creationem mundi potuisse opus fuisse. Non enim
integer ex omnibus partibus mundus esset:
si non a sufficienti materia esset formatus. Sed
cum prudentis proprium artificis sit antequam
inceperit: sufficientiam materie prospicere. ho
mo quidem mortalis errare potest: ut non nun
quam deficienti materie additamenta querat:
non nunquam ablationem a superfluente. Deus
uero cui nihil deest / quique omnia potest ad un
guem sufficientem produxit hylem. Sed qui
cauillari uolunt: argumenta multiplicant.
qui uero phylosophari ueritate rerum conten
ti sunt. hec etiam phylo. Maximo uero insig
ni apud christianos uiro liber quidam de materia

scriptus est. unde nonnulla mihi sumenda esse
uideo ad exquisitam questionis decisionem. Cre-
do inquit te quoque ipsum uidere duo non ge-
nita simul esse non posse: quamuis illud addi-
disti. Alterum ex duobus necessarium uideri: aut
separatum esse deum a materia: aut coniunc-
tum. Si igitur coniunctum esse quis uoluerit
dicere: unum non genitum dicent. Nam si con-
iuncta simul sunt: duo non genita esse non
possunt. Sed sicut consequenter dicimus unam rem
genitam hominem esse multis partibus consti-
tutum: sic necesse est si non est separatus a ma-
teria deus: unum non genitum dicere. Sin uero
separatum quis dicet: necesse erit aliquod in-
ter eos esse discrimen: quo disseparentur. non
enim potest aliud ab alio distare: nisi tercium
quoddam sit: quo distare dicuntur. Istud autem
ulterius progreditur. Nam si tria dabuntur in-
genita: similiter de ipsis queram. et si coniuncta
quis dicet: superiorem referam rationem. Sin
uero separata: quartum necessario introducet:
quo separatio efficitur. Sed illud forsan quispiam
cogitabit: nec separatum esse deum a materia:
nec rursus coniunctum. sed esse in materia uel-
ut in loco / et materiam in deo tanquam contineris
Erit ergo a materia circumscriptus deus. Cumque
ipsa instabilitate sua huc atque illuc feratur: ipse
quoque mutabilis erit. preterea si materia infor-
mis fuit: ornata uero formis ad melius adeo
mutata: deus quoque erat in re locoque informi.
Ad hec interrogandum est: utrum deus repleat
materiam: an in parte aliqua materie fuit.
Nam si in parte fuit: minor multo quam materia
est. Sin totum replebat: quomodo eam trans-
mutando formauit. necesse enim est: aut con-
tractum illud formasse quod sui contractione
uacuum fuit relictum: aut se quoque ipsum

unacum materia transformasse. Quod si ma
teriam esse in deo quispiam dicat: similiter que
rendum est utrum quasi separata: ut uolucres
in aere dixerit. partibilis ergo deus: immo re
ipsa scissus. Scindi enim dissepararique necesse est
ad receptionem aliorum. Sin uero ut in loco: cum
deformis materia per se sit: nec a prauitate alie
na: erit deus deformitatis et prauitatis locus. Quod
cogitare nefandissimum est. Ita cum hylem in
genitam putes: ne malorum causa deus esse ui
deatur: malignitatis receptaculum deum dicere
cogeris. Si ergo materiam ingenitam prin
cipaliter diceres multis rationibus impossibile
id esse demonstrarem. Verum quoniam malorum
ipsam causam esse opinaris. et ex hoc etiam in
duceris ut non genitam credas. Ad hoc uerten
da mihi oratio est. Si enim adaperiam quo pac
to mala fiant / ostendamque non esse possibile quin
malorum auctor deus sit: si materia ei aliunde
ad creandum subiciatur: opinio hec funditus
euertetur. Sine qualitatibus ergo coeternam deo
fuisse materiam: unde mundum istum creauit:
opinaris. Sic prorsus. Si ergo sine qualitatibus ma
teria fuit: sunt autem in mundo qualitates: qui
a materia diuinitus factus est: qualitatum pro
fecto deus productor est. Ita mihi uidetur. Qua
litates porro non a subiectis qualitatibus factas
esse. et aliud a substantiis dicis. ita opinor. Si er
go nec a subiectis qualitatibus educte a deo qua
litates nec a substanciis: quoniam substancie non
erant: a non ente simpliciter creatas diuinitus
fateri necesse est. Falso ergo abs te in superioribus
dicebatur: impossibile esse a non ente simpliciter
fieri quicquam a deo. Quod tanto absurdius
uidebatur: quanto si diligentius quispiam consi
deret uel homines qui maxime ex aliquo facere
uidentur a non ente quedam producere. Architec
tus enim urbem facit ex non urbe / et templa

Quod materia non est causa malorum [illegible]

ex non templis. Quod si quia substantia subiec-
ta est Architecto: id circo ex ente ipsum facere opi-
naris: non parum erras. non est enim substan-
tia que urbem facit aut templa: sed ars que circa
substanciam est. hec autem quamuis ex arte fi-
ant que in homine est: non est tamen in lapidi-
bus. Sed forsan dices: ideo non esse ex non ente ar-
tem qua urbs constat quia sit ab artificio. quod
in artifice est. Ego uero tibi respondeo artem il-
lam que in homine est: non ab alia quadam ar-
te: sed a non ente in homine fieri. Accidentia enim
omnia in substanciis et fiunt et sunt. homo enim
sine ullo artificio existit. ars uero nulla erit: ni-
si prius hominem esse intelligamus. Quare ars
a non ente in homine facta necessario est. Quod
si in hominibus hoc modo se habet: quomodo non
oportebit deum non solum qualitates: uerum
etiam substantias a non ente simpliciter arbitra-
ri posse creare. Si enim aliquid ex non ente
simpliciter posse fieri a deo fateris: substantias
etiam a non ente simpliciter posse ab eo fieri con-
cedas: necesse est. Verum quoniam apprime au-
dire desideras unde mala oriantur: quero abs
te: utrum substancias aut qualitates substan-
ciarum mala opinaris: qualitates substantiarum
arbitror. Materiam autem absque qualitate
ac deformem fateris dictum meminim. Si ergo
substantiarum qualitates mala sunt et mate-
ria sine qualitate est: deusque omnium qualita-
tum creator conceditur: erit malorum omnium
auctor deus. Quare si abs te materia non ge-
nita ponebatur: ut malorum causam deum
dicere non cogereris: cogeris autem hoc facere
multo magis: materiam ei ad creandum subi-
ciens: frustra id certe opinaris. hec sufficere
mihi uidentur: nisi tu aliquid habeas. Ego si
contentionis: non ueritatis cupiditate uer-

ba hec faceremus: nihil amplius quererem. Verũ
quoniam caritas est que nos mouet et utilitatis
proximi causa disputamus: altius de his disseren
dum arbitror. Et quoniam nihil aliud q̃ ueritas
queritur: quoquomodo putas facilius atque dilucı
dius id fieri posse. sic oratione utaris: ut non tibi
solum: uerum etiam mihi magnum conferas
fructum. Sed quoniam qualitates esse mala su
perius diximus: nunc substantias potius quasdã
mala esse arbitror. Quid tu substantiam dicis?
nonne illam que ita per se existit: ut nullo indi
geat ut existat. Sic omnino. Malum autem ali
cuius esse opinaris. an quomodo? Actum pfecto.
Nonne igitur actus agentis est? est prorsus. Cum
autem nihil agens sit: putas tu actum esse pos
se? minime. Si ergo substantia nulla re alia in
diget ut existat: mala uero actus sunt et omẽs
actus cum alicuius sint agente aliquo sunt. et
non agente non sunt: non erunt profecto ma
la substantie. Quod si ea que agunt substan
tiam putas: uerum id quidem est: ut homini di
ca ratione qua homo est: substantia est. Cedes
autem ipsa non est substantia: sed substantie opus.
ac ideo interdum bonum hominem: interdum
malum uocitamus. Dicunturque ambo hec nomi
na de homine ppter bonos et malos actus. qui st
accidentia. Cedes enim non est substantia: sed nec
liberalitas. Nam quemadmodum a gramatica
gramaticus et a medicina medicus dicitur: cum
substancia nec medicina nec gramatica sit: sed
ab his accidentibus appellationem accipiat: simi
liter a malis malus homo dicatur et a bonis bonus
cum neutrum eorum sit. Quare si quem alium
preter homines causam esse malorum putas: si
mili modo inqñtum hominibus suggerit mala:
ab actu suo ipe quoque malus erit. Sic enim et
homo malus dicitur: quia mala agit. Que autẽ
aguntur mala: malus non est ipse qui agit:

sed actus eius a quibus appellationem accipit.
Nam si agentem ea dicemus que agit: agit au-
tem cedem: erit homo cedes. Et si sic quoniam que
aguntur cum aguntur solummodo sunt: facta
uero esse desinunt: erunt homines cum agunt
et cum non agunt: non erunt. que falsa atque
impossibilia sunt. Sunt ergo mala hominis actus;
appellaturque homo malus: non ex eo quod subs-
tancia est: sed ex eo quod mala agit. Malum enim
dici ab accidentibus substancie: que non sunt
substancia iam concessimus: ut a grammatica
grammaticus dicitur. Quod si que aguntur tunc
incipiunt: quando actus incipitur: certe is etiam
qui male agit: tunc incepit malus esse quando
male agere cepit. Non est ergo malum absque prin-
cipio. necnon genita mala sunt. sed ab eo geni-
ta atque profecta a quo aguntur. Recte o ami-
ce e presuppositis enim probe intulisti. Nam si
absque qualitatibus materia primum est: estque
qualitatum auctor deus: mala uero qualitates
sunt: mala essent a deo. Sed contra rationem is-
tam hec que dixisti sufficiunt. Mihi uero in men-
tem nunc uenit: falso absque qualitatibus hy-
lem affirmari. Nulla enim substantia uere absque
qualitatibus dicitur. Cum enim absque quali-
tatibus dicatur: qualitas eius profecto significa-
tur. Qualis enim quedam materia certe pri-
ma dicitur cum huiusmodi esse dicatur: ut ali-
quid in se non possideat. Que res certe qualita-
tis quedam species est. Ad hanc igitur rationem
oro respondeas. Nam cum non genita hyle mi-
hi uideatur: qualitates etiam innatas habere
uidetur. et sic ab ea defluere omnia que mala
sunt. Ita deus malorum causa non erat. Mag-
na te puto laude dignum: quod absque ulla per-
tinatia ueritatem queras; causamque nobis pre-
beas: ut aut a uerbis tuis facilius tibi persuadea-
contentioni non ueritatis cupiditate uer-

mus aut

mus: aut rationibus acquiescentes ueritatem discamus. Sed si innatas habet materia qualitates: cuius rei auctor erit deus: cum neque substancias neque qualitates produxerit. Quippe cum tam substantia: quam accidens secundum huiusmodi rationis uim a principio fuerint. Dic igitur queso quo pacto deum creatorem appellas: utrum quia substancias in alias substancias mutauit: an quia substancias quidem non non mutauit: qualitates autem earum mutauit. Absurdum mihi uidetur: mutatam fuisse substantiam dicere. Qualitatum igitur mutatione creatorem appellari deum assero. Nam quemadmodum cum e lapidibus domus fit: non est dicendum lapides in domum esse mutatos: sed quali quadam eorum compositione domum factam esse: cum qualitas ista compositionis lapidum alia sit ab ea quam prius habebat. Sic mihi uidetur permanente substancia qualitatum mutacione hunc mundum factum esse diuinitus. Quoniam ergo qualitas quodam modo quasdam a deo factas ais: respondere mihi non dedigneris. Mala substanciarum ne qualitates sunt & qualitates inherent semper materie: an impresse fuerunt. In se dico absque principio. has igitur qualitates a deo mutatas fuisse asseris. Ita prorsus. Utrum igitur ad melius: aut ad peius: ad melius scilicet. Si ergo qualitates in materia inherent que in melius mutate sunt: querendum adhuc restat: unde mala orta sint. Aut enim non permanserunt qualitates ille male natura ut erant: aut si permanserunt male: malignitatem earum in melius deus non conuertit. Et sic malorum causa ad deum rursus refertur: aut forsan malas qualitates materie mutatas esse non dicis. earum uero mutacione que indiferentes erant: universa

diuinitus constructa opinaris. hoc modo certe.
Cur igitur malas qualitates reliquit: utrum quia
euellere noluit: an quia non potuit. nam si potu-
it et noluit: necesse tibi erit causam malorum deo
contribuere. qui mutatione mundum creans non
destruxit. neque mutauit in melius mala: cum po-
tuerit. Nec poteris: si ita opinaris: deum non culpa-
re qui malignitatem materiae non abstulit cum
posset. Sed ad perniciem creaturarum suarum re-
liquit. preterea maxima quedam iniuria ipsi
quoque materie illata est. peius enim modo se ha-
bet quam antequam formaretur. Tunc enim insita sibi
esse mala nequaquam sentiebat. nunc uero multe
partes eius acerrimum malorum sensum perci-
piunt. quod exempli gratia in homine uideamus.
Materia enim hominis antequam formaretur et cre-
atoris artificio in animal commutaretur: nihil
percipiebat. postea uero quam in hominem uersa est:
acutum habet malorum sensum. Itaque diuinitus
materie ad beneficium ipsius euenisse asseris: pe-
ius ille fuisse inuenitur. Sin uero non potuisse
deum insita materie mala tollere contendis:
impotentem deum esse asseris. Qui autem impotens
est: aut natura imbecillus est: aut superioris cu-
iusdam terrore ac formidine premitur. Si imbe-
cillum arbitraris et firmus in hoc proposito consis-
tis: actum est de salute tua. Sin autem a maio-
re quodam premitur: erunt mala deo efficaciora.
que uires retundunt eius. quod dictu nefas de
deo est. Ad hec quare malum potius deus non
est. siquidem illum esse deum dicimus: cuius uires
super omnia sunt. Sed responde mihi queso de
materia ipsa rursus querenti: utrum simplex
quedam erat: an composita. Nam si unica fuit
atque simplex; quomodo mundus qui ex ea est
compositus uere dicitur: cum illud compositum
sit quod a multis uariisque constitutum est. Quod
si compositam fuisse respondebis: erant ergo a
simplicibus quibusdam composita. Quare absque
contentioni: non ueritatis cupiditate uer-

mus aut

principio non genita eternaque materia esse non potest. Non enim erat antequam simplicia ex quibus componitur: conuenissent. Deinde non duo: sed multa tibi erunt non genita. Simplicia enim ex quibus hyle tibi componitur: multa ac uaria esse necesse est. Preterea uidetur ne tibi quicquam sibi ipsi repugnare atque opponi. Nihil omnino.. Quid porro: aque ignem opponi negas. nullo modo. luci autem tenebras frigido calidum sicco humidum: nonne similiter opponi: similiter non inficior. Si ergo nihil sibi ipsi opponitur non erunt materia una nec ex materia una. Simile huic illud est quod modo queram. Videntur ne tibi alicuius totius partes: alie aliarum destructiue. nequaquam. Ignem autem et aquam ceteraque huiusmodi: nonne materie partes putas. Sunt certe materie partes. Ignis porro: nonne aque destructiuus et econtra tibi uidetur. Scilicet. Si ergo partes totius alie aliarum destructiue non sunt. Ignis autem et aqua ceteraque huiusmodi: alterum alterius destructiuum est: non erunt partes unius materie. nec ipsa erunt materia: quoniam nihil sui ipsius destructiuum est. Nihil enim sibi ipsi opponitur: aut repugnat: aliud certe alii opponitur. ut album non opponitur albo sed nigro. et tenebre non tenebris: sed luci. Si ergo una quedam esset materia: nulla oppositio in rebus inueniretur. Cum autem alie rerum aliis opponantur: non eadem esse uidetur materia omnium. hec Maximus. Sed huius uoluminis iam modus sit in quo priscorum sanctorumque hebreorum uitas qui multo ante Moysen fuerant: breuiter perstrinxi. Quos omnes admirati diuinis laudibus et persequimur et prosequemur. Imitationem illorum tanti nobis facimus: ut eam nobis recte concedi diuinitus deprecemur. Nunc ordine progredientes ad Moysi disciplinam que post primam illam non scriptam uiuendi normam secundum gradum tenuit et solis iudeis: non aliis gentibus data est: transitum faciam.

Liber Octauus incipit:–

Nunc ordine progredientes
ad moysi disciplinam que se
cundum gradum tenuit &
solis iudeis non alijs genti
bus data est: transitum fa
ciamus. Quod autem nulli
alij genti: sed iudeis solummodo
moysaica disciplina data
est nec idonica uel possibilis
alijs fuit: tempore suo pro
babimus. Sed quemadmodum egyptiorum doc
trinam: ipsorum egyptiorum uocibus exponebã:
ceterarumque gentium theologiam suorum testi
monio auctorum explicabam: ita nunc quoque
faciundum est. a iudeis ipsis & ab illis maxime
qui doctissimi habentur: ante oculos omnia po
nam: si prius quomodo in linguam grecam et
quanta diligencia libri iudaici traducti sunt: ex
posuero. Comodissimum enim id mihi ad euan
gelicam doctrinam tuius preparationem modo
scribimus: fore arbitror. Cum enim iam saluato
ris nostri tempora uiderentur propius aduenire:
conducebatque maxime saluti omnium gentium:
quecunque a prophetis scripta fuerant intelligere:
per linguam grecam quam fere omnes gentes
intelligunt: iudaicam scripturam uniuersis pro
posui. Aut enim post saluatoris nostri tempora
non habuissemus iudeis ex inuidia occultantibus:
aut corruptiores nobis dedissent. aut si recte ha
beri potuissent in suspitione traductores facile uo
carentur. Saluator ergo noster qui ut deus omnia
preuidebat: optima dispensatione usus ptole
meo egyptiorum regi traducendorum librorum
cupiditatem iniecit. Quam rem Aristeus uir
doctus: ut pote qui rebus aderat: diligenter con
scripsit. Fuit autem traductio facta temporibus
secundi ptolemei qui philadelphus uocatus est.
Sed Aristei uerba operepretium est audire. De–

metrius inquit phalereus in regia bibliotheca
constitutus grandem a rege pecuniam accepit:
ut undique ad bibliothecam regis uel emundo:
uel transcribundo libros congregaret. meminique
interrogatum me presente a rege: quotnam li-
bri iam in bibliothecis essent: dixisse plures quam du-
centa milia. Sed breui tempore non erunt forsan
pautiores quingentis milibus. Si non ab uniuersa
grecia solum quod feci: uerum etiam ab aliis
gentibus ac precipue a iudeis: quorum doctrina
perutilis mihi esse dicatur: quam plura possumus uo-
lumina congeramus. Et quenam: rex inquit: cau-
sa detinuit: ne iudeorum libros que regio nobis
affinis est: aut emeris iam aut transcripseris. pre-
sertim cum ad hanc rem tanta tibi prestetur pe-
cunia: quantam petieris. Tum Demetrius tra-
ductione opus est inquit. propria enim lingua
et diuersis utuntur: quam egyptii litteris. Multi eos sy-
rica et lingua et literis uti crescent. quod ita esse
non inuenio. post hec rex precepit Demetrio scri-
bere ad se de iudaicorum librorum traductione.
omnia enim tanta diligentia faciebat: ut uel
res minimas petitionibus atque mandatis exac-
tissime scriptis ageret. Quare ipse quoque cuncta:
ut gesta sunt: conscripsi. hanc igitur epistolam
Demetrius philadelpho misit. Epistola Demetrii.

Regi magno Demetrius. Quoniam precepisti o
rex ut undecumque possim in bibliothecam tuam
libros utiles congeram: maiestati tue refero: iu-
deorum disciplinam et leges: literis et lingua sua
conscriptas perutiles mihi uideri. feruntur enim
abiecte: nonnulla translata: tante admirationis
certe: ut et integra et diuina sola legum sanc-
tio iudaica uideatur. Sic enim etiam hecatheus
abderita propter sanctitatem legis: nec a poetis
gentium tactam arbitratur/ nec diligenter
ab hystoricis expositam. Si ergo tibi uidetur.
o rex scribatur ad pontificem iudeorum: ut

de singulis tribubus seniores uiros legis peritos et probos sex mittat: ut diligenti examine id eligamus in quo plures conuenient traductores. Ista quippe res digna mihi maiestate tua uidetur. Felix sis perpetuo.

Tunc rex ad Eleazarum scribi iussit: quod captiuos iudeorum remiserit et auri quinquaginta talenta: argenti centum et lapides non paucos: ad crateras fialas et mensam ceteraque uasa et sacrificia facienda: deo iudeorum obtulit. cuius epistola hec est. Epistola ptolemei Regis.

Rex ptolemeus Eleazaro pontifici salutem. Non ignoras multos iudeorum in regione habitare nostra: qui a ierosolimis persarum ui tempore quo illi regnabant: abstracti fuerunt. Quorum multi patre nostro in egyptum regressi maiori mercede in legionibus conscripti sunt. Cumque fideles inuenisset: in presidiis collocauit: ut eorum formidine animos egyptiorum comprimeret. Nos etiam postea quam regni habenas suscepimus humanius tutos tractantes: plures quam centum milia captiuos redemimus ac liberauimus: conuenienti mercede dominis deposita. Et si quid impetu multitudinis perperam gestum est: totum correximus. putauimus enim maximo deo id gratum fore: qui tantum regnum cum pace ac gloria nobis comendauit. At tuis etiam florentes etate / uolentesque militare cum dignitate aliqua in exercitu constituimus, et apud nos nonnullos admisimus. Quia igitur uolumus et tibi et iudeis tam presentibus quam futuris gratissimum facere: decreuimus: ut lex uestra literis grecis ab hebraica lingua traducatur. ut uestra quoque uolumina cum aliis regiis libris in bibliotheca nostra inueniantur. Recte igitur facies et nostro studio condigne: si uiros probos et seniores peritos legis lingue grece non ignaros: sex ab una quaque tribu elegeris et ad nos miseris. Oportet enim: quoniam

res quam maxima est: illud eligatur: in quo plures con-
ueniant traductores. hac re gesta non paruam nos
gloriam consecuturos arbitramur. De his rebus la-
tius tecum loquetur Andreas de intimis cubicula-
riis & Aristo qui & primitias ad uasa & sacrificia
in templum portant. argenti atque auri pondus
non contemnendum. Scribe tu quoque ad nos
de quibuscumque uolueris. Gratum enim id nobis
erit & amicitia nostra dignum. & quam primum fieri
curabimus: quod petieris. Vale. Ad hec Eleazarus
sic rescripsit. Epistola eleazari ptolemeo.

Eleazarus pontifex: amico uero ptolemeo salutem.
Si tu & Arsinoe regina & soror & filii uestri ualetis
bene est & ut uolumus fit: ipsi quoque ualemus.
Magno gaudio affecti sumus: cum per literas tuas
bonam erga iudeos uoluntatem cognouerimus.
Itaque uocato populo publice tuam epistolam
legimus: ut scirent quantam in deum nostrum
habetis pietatem. ostendimusque uiginti aureas
phialas quas misisti & argenteas triginta & cra-
teras quinque & mensam argenteam ad sacrifi-
candum. & ad alia faciunda quibus templum
egeret. argenti talenta centum. que Andreas
& Aristo uiri probi & docti & te digni: abs te nobis
tradiderunt. quibus latius que uisa sunt: diximus.
Omnia enim que tibi conferunt: etiam si preter na-
turam essent: tui petentis gratia efficere parati su-
mus. plurima enim & maxima que obliuisci numquam
poterimus nostro generi beneficia contulisti. Quare
illico pro te & regina & filiis & amicis sacrificia ob-
tulimus deo & orauit uniuersus populus: ut cunc-
ta tibi sicuti uis succedant. regnumque tibi cum
gloria dominus omnium deus conseruet. preterea
ut diuine legis commode ac secure fiat traductio:
sex ab una quaque tribu seniores elegi. quos ad te
cum libris destinaui. Recte igitur facies rex optime:
exquisitissime traducta scriptura: curare ut ad nos
uiri redeant. Vale.

Multis deinde hac de re dictis post iam traductam scripturam hec subiungunt. lectitata igitur examinataque traductione seniores interpretum et sacerdotes et multi egyptiorum principes coram rege congregati propositis in medio libris magna uoce dixerunt. quoniam probe ac sancte diuina scriptura traducta est: decens modo est. o rex iustissime: ut caueatur ne quis peruertere aliquid audeat. Quod cum omnes uoce approbassent: iussit rex secundum morem suum maledicere. Maledixerunt ergo: ut solent: si quis addiderit aut subtraxerit aut mutauerit aliquid: rectissime id agentes: ut perpetuo inuiolata scriptura seruaretur. His ita gestis mirabili rex fuit affectus gaudio. lecta uero uniuersa sibi fuerunt. et admiratus legislatoris prudentiam dixit Demetrio. Quomodo nemo poetarum neque historicorum de tot tantisque rebus ullam mentionem fecit. Cui Demetrius diuina lex est et a deo data: ut uides. ac ideo si qui tetigerunt: a deo percussi resilierunt. Affirmauitque audisse a Theopompo quod ceperat nonnulla a iudaica scriptura translata greca oratione ornare et ilico turbatione quadam mentis et animi perculsus magno studio deum orasse: cuius rei gratia id sibi accideret. Audiuisseque per somnium: quia res diuinas orationis lenocinio inquinatis hominibus ederet. Ego quoque ipse inquit a Theodoto tragediarum poeta accepi: quod cum nonnulla e iudaica scriptura ad fabulam quandam transferre uellet: luminibus captus fuerit. Qui quoniam credidit hac de causa id sibi euenisse: magno tempore penitentiam egit. et tandem sibi uisus fuerat restitutus. Tunc rex magna cum diligencia sancte scripturam iudaicam iussit reseruari. Sed de his satis.

Nota
Sacra scriptura non indiget ornatu verborum

De uita et disciplina moysaica ca. 27.

Nunc disciplinam moysaicam ut doctissimi iudeorum scripserunt: exponam. Phylo igitur de iudeorum ab egypto egressu:

in primo libro eorum quos de hypotheticis in-
scripsit: ubi pro iudeis quasi aduersus eorum ac-
cusatores: his uerbis utitur. Populus inquit iste
qui a caldeo parente traxit originem: a Syria in
egyptum translatus: post multos annos: quoniam
multitudinem eorum egyptus non capiebat: et
magnitudine animorum ac simul: quia somniis
et uisionibus exitus ei diuinitus significabatur:
magnopere in eam terram: unde maiores sui in
egyptum profecti fuerant: redire cupiuerunt. Quo
facto a deo creuerunt: ut ad hec usque tempora
iudeorum genus durauerit. Et paulo post: duce-
bat autem eos uir unus quem si uis nihilo pres-
tantiorem ceteris putato. petunt enim multi eum
opprobriis arte quadam malefica et lenocinio uer-
borum: omnia illi confecta fuisse dicentes. Sit
sane. Sed artificium tamen illud maleficum et
uersucia hominis: non modo uniuersum populum
a siti fame ceterisque periculis que quotidie loco-
rum asperitate ac solitudine accidebant: libe-
rauit. ac uelut in copia rerum omnium aluit.
uerum etiam longe ab omni seditione et sibi ob-
temperantes retinuit. Nec breui tempore ista:
sed tanto seruata sunt: quanto nec domus una
in pace atque concordia conseruari facile potest.
Itaque non sitis: non fames: non calamitas aliqua:
non futurorum formido: non ignorancia euentorum
aduersus maleficum illum uirum seductos popu-
los incitauit. Quam igitur uis artem aut uerbo-
rum lenocinia aut prudentiam aduersus tot
tantaque accidencia quotidie mala suffecisse. Aut
enim subditus illi populus natura obtemperans
humilis et pericia futurorum munitus libenter
eum sequebatur. Aut si illi male fuerant: deus
dura omnia eis mitigabat. et tam presentium quam
futurorum noticiam moysi concedens effecit: ut
tandem ab omni periculo populus suus euaserit.

utrum enim istorum concesseris: magna certe lau
de moysen affeceris · postea uero q̄ in terram istā
uenerunt · & si quo pacto eam consecuti sunt: di
uine litere significant · Malo tamen ego probabili
coniectura q̄ ueritate hystorica uti · Vtrum enim
quispiam uoluerit: ipse concedam · aut multitu
dine ac armorum pericia syros ac phenices patē
propugnantes uicisse: aut ui q̄dem nihil fecisse · s;
a dantibus sponte regionem accepisse · ac non
multo post pie ac sancte uiuendi omnem discipli
nam constituisse · Alterum enim fortissimos eos ui
ros: alterum a deo sic amatos significat: ut etiam
inimicis suis uenerabiles uiderentur · Quippe hos
tes atq; inimici erant eorum a quibus regionem
ubi & ipsi & maiores sui nati educatiq; fuerant:
repente auferre uoluerunt · Quomodo igitur non
est mirabile atq; diuinum si quasi melioribus sine
ulla ui sponte hostibus cessisse fatearis · post hec nes
cio quid primo: quid secundo: collocabo probitatē
ne legis: an obedientiam sanctitatem iusticiam
& pietatem illorum: qui uirum illum a quo legē
acceperunt: sic admirati sunt: ut quicquid ille
uellet: hoc deum uelle putarent · Nam siue pru
dencia illius hec agebantur: siue a superiore qua
dam uirtute doctus faciebat: ad auctorem deū
omnia reducuntur · Mirabile mihi nempe uidetur
duobus annorum milibus: immo maiore tempo
re iam fere transacto: non enim exquisitissime
annorum possum dicere numerum nec uerbū
unum in lege illud ee immutatum · Sed centies
unusquisque iudeorum morietur: q̄ legi moy
saice derogabit · His dictis compendio trans
currit disciplinam ciuilem quam iudei lege
moysaica tenuerunt deinceps · Nihil inquit
huiusmodi apud iudeos est: non forum & iu
dicia: non postergationes & more: non lites
& accusationes: sed omnia uera simplicia cons

tancia. Si adulteratus es, si uim intulisti, si for-
nicatus, si aliquid huius feceris: morte punieris.
Si seruum si libertum uituperaueris, si uinculis
premi, si abductum uendideris, si priuata si sa-
cra sublegeris, si impietate usus fueris: non ope
solum: uerum etiam uerbo: propitius autem sit
nobis deus: qui hec cogitauimus. Si in patrem si
in matrem: aut in benefactorem tuum: morte
morieris. non communi: sed lapidibus obrutus. pre-
terea mulieres uiris seruire oportere. non ad con-
tumeliam: sed ad obedientiam. parentes in filios
ad salutem eorum habere imperium. unum
quemque suorum esse dominum: nisi deo ea obtu-
lerit. nam si uerbo solum deo dedicauerit: tan-
gere amplius non licet. dei oblata neminem ra-
pere. nec aliena omnino furari. uerum etiam
si uerbum emiserit: quo sua omnia oblata esse
iudicantur: ac demum penitentia ductus tangere
audeat, aut ad alium sensum prolata sibi uer-
ba interpretetur: animam amittat. Sed longum
esset omnia dicere. Innumerabilia preterea sunt
moribus et consuetudine sine scripto seruata. Que
quis odit: non faciat. que non locauit: non tollat.
nec a prato nec a torculari, nec ab area mag-
num aut paruum aliquid auferat. Ignem pe-
tenti dare. aquarum fluenta non includere. Ino-
pibus et manas opem petentibus stipem propter
deum esse concedendam. mortuo sepulchri locum
non esse negandum. mortuorum sepulchra non
mouere. nihil mali cuiquam inferre. non ob-
tundere aut eicere sperma. nulla ui fecundi-
tatem mulierum retardare. non aliter uti ani-
malibus: quam deus et lex uoluit. semina non dis-
pargere. iugum non imponere iniuste. non
habere modum preter mensuram. nec nummum
adulteratum. amici archana in inimicitias

lapsus non patefacias. non seperes liberos a paren-
tibus: etiam si captiuos habeas. non uxorem a uiro
etiam si argento tuo emeris. Hec maiora pulchrio-
raque sunt: illa parua multis uidentur. non des-
truere domicilium. nullius animalis preces: cum
ad te lamentandi simile refugiat: contemnere ue-
lis. Sed lex que ista iussit: magna cura seruanda
esse constituit. malediciunturque qui non seruant
et deus ipse qui omnia perspicit ultor inuocatur.
Et paulo post non semel: sed sepius: immo uero sin-
gulis diebus septimis propter malos hec repetuntur.
malediciunturque qui non seruant. Ita non solum
ad agendum exercitatos: uerum etiam legum
peritos legis lator singulos effecit. Septimis enim
diebus in idem congregari uoluit: ut consedentes
scripturam audiant: ne quis se ignoratione possit
excusare. Ita conueniunt semper et sedentes mag-
no cuncti silentio utuntur. nisi ad laudem dic-
torum uerbum aliquod communiter emiserint.
Sacerdos autem: aut de senioribus legem recitat
et exponit. fitque per totum id diem septimum
usque ad uespertinum crepusculum. Deinde abe-
unt et sacrarum legum peritiores et pietate mul-
to munitiores. Num uitiosi septimum peragere
diem iudei tibi uidentur. An hec que faciunt
ceteris omnibus necessaria magis ducis. hac enim
re fit: ne a iure consultis quid faciundum sit: que-
rant. nec per ignorantiam fallant. Sed unus
quisque facile de legibus atque moribus interro-
gatus respondeat. Et uir uxori: pater liberis:
dominus seruis legis precepta tradat. Facile
de septimo quoque anno: quamuis non similiter
dicere possumus. non enim ipsi ab operibus: si-
cut septimis diebus cessant: sed agros ipsos cessare
patiuntur: ut uires ad futura suscipiant. Mul-
to enim fecundiores redduntur: si circum cessaue-
rint: in noualia rursus proscindantur. Quod
etiam corporibus hominum accidit. Semper

enim eundem ferre laborem: & ualitudini obest:
& robur animi atq; corporis deicit. Sz si quis
iudeo polliceatur fecundiorem in septimo anno
agrum futurum: si eum coluerit: nequaquã id
facere patietur. Nam & ipsi a laboribus excipere
se uolunt, & agros aliquando quiescere: ut & ipsi
letiores, & agri fecundiores alio initio laborum
sumpto efficiantur. Magne autem humanitatis
eorum illud precipue signum est: in septimo an
no ipsi ab agriculture laboribus abstinent. Si qd
sponte agri protulerint: non colligunt neque de
ponunt. Sz quia nullo suo labore productum
est communiter cuicunque uolenti omittitur.
Quare autem septimum numerum ita lex ho
norauit: nemo a me queret: qui a medicis atq;
phylosophis de uirtute quam ad omnia maxi
meq; ad naturam humanam possidet: audi
uit. hec phylo. Similia uero ipse & iosephus in
secundo de antiquitate iudaica hoc pacto con
scripsit. Ab ipsis rebus si quis ceterarum gentiũ
leges nostris conferret: diligenter uideret: licet
quisnam maxime tam iustissimas leges q̃ pie
tatem in deum ueram hominibus tradiderit.
Nam cum infiniti gubernandarum ciuitatum
modi in hoc paucos generaliter reducantur:
& alij principatu unius: alij paucorum poten
tia: alij totius populi iudicio gubernentur: nos
tre legis conditor omnia hec despexit, & soli deo:
dicam enim etiam si durum uideatur: guberna
tionem iudeorum attribuit. Ad illum enim
tanq̃ omnium bonorum causam respiciendũ
solummodo censuit. quem nec factum ullum
nec cogitatum fugere potest. Qui cum immor
talis eternusq; sit: omnia potest. nec alia nobis
ratione q̃ creaturis suis cognoscitur. hec enim
de deo opinari oportere: sapientissimi etiam
grecorum principijs ab illo sumptis testantur.

Nam & pythagoras & Anaxagoras & plato, multiq; alij hec ipsa de deo sensisse uidentur. Sz paucis hac ueritate tradita in multos efferre ausi non sunt. nostre autem legis lator: quoniam opera legibus consona effecit: non solum sui temporis iudeos: sz omnes usque ad hunc diem in ueram creatoris pietatem reduxit, atq; reducit. Cuius rei causa est. quoniam & leges ipsas utilissimas omnium tulit. Non enim uirtutis partem pietate esse docuit: sz omnes uirtutes pietatis esse partes declarauit. & ipsas uirtutes iusticiam dico modestiam, fortitudinem, ciuium inter se concordiā altius impressit omnibus. Omnes enim operationes nostras, omnia uerba, & cogitationes ad deū referendas ēē uoluit. nec aliquid horum incastigatum reliquit. Duplex enim disciplina morum est. Nam cum & doctrina quid faciundum sit discimus, & faciliores exercitatione ad agendū simus. Alij quidem legum latores altera solūmodo ratione usi sunt. nam lacedemonij atq; crhetenses non uerbis: sz re atq; consuetudine constituebant. Athenienses autem & ceteri pene greci omnes: que faciunda essent: uel non: legibꝫ iubebant. Re autem atq; opera ad consuetudinem bene uiuendi reducere homines neglexerūt. At uero Moyses diligenter hec utraq; coniunxit. nec rectam uiuendi consuetudinem doctrina priuauit, nec doctrinam procul ab exercitatiōe iacere passus est. Sz a primis statim alimentis incipiens domesticum uiuendi usum ita complexus est: ut nihil a deo paruum sit: quod uoluntati utentis pretermiserit. Sed que comedenda sunt & a quibus abstinendum, ac de omnibus que simul uiuunt, de diligencia. preterea in agendo ac de requie a laboribus legem quasi regulam posuit. Sub qua tanquam sub patre ac domino uiuentes: nihil ex ignoratione peccamus. Non enim semel aut bis: sz singulis ebdomatibus ab-

omni labore quiescentes ad audiendam legem co-
uenire iussit: ut preceptis eius maxime omnium
cognitis: nemo se posset per imprudentiā purga-
re. Quod ceteri omnes legum latores conditores
ita reliquerunt: ut plurimi uere homines tunc
tandem quicquā prohibitum esse discant: cum
iam preuaricati sunt. Et qui precipuos maximosq;
gerunt magistratus: ignorantiam legum pre se
ferunt: cum legis consultos secum semper habe-
ant assistentes. Quemcumq; uero iudeum de moy-
si legibus interrogaueris: facilius tibi omnes ꝑ-
curret: q̄ nomen suū proferre posset. Ita fit: ut ab
ineunte nobis etate leges imprimantur: Et raro qđ e
aliquis transgreditur. Et si quis transgressus fuerit:
nullo pacto penam deprecari potest. Qua ex re
mirabilis generi nr̄o concordia est. Nam et quia
eadem omnes de deo sentimus. Et quia in uiuundi
moribus nulla differencia est: summa omnes con-
cordia coniunguntur. Non audies enim apud
nos diuersas de deo sentencias. Quod apud alios
non uulgares tantum: uerum etiam phylosophi
factitant. Quorum alij nihil omnino deum esse
cauillantur: alij deum esse concedentes guberna-
tionem rerum ipsi concedere nolunt. Apud nos
autem a mulieribus: etiam et seruis omnia nostra
studia ad deum referri oportere. Vnde factum ē:
ut nonnulli tanq̄ magos atq; inertes nos accusēt:
quia nouarum rerum inuentores non sumus. Quod
apud alios ita laudatur: ut qui patria consuetu-
dine contempta innouare quicquā potuerunt:
sapientes fuisse iudicantur. Nos autem e contra-
rio precipuum prudentia atq; uirtutis munus exis-
timamus: ut nihil omnino contra legem: aut fa-
cias aut cogites. Que res maximo argumento ē:
leges moysi optime atq; diuinitus latas esse. Nam
que aliter se habent: experiencia redargute ceci de-
runt. Nostre autem leges quidnam aliquis muta-
re queat: uel quid melius: aut inueniet aut ab
alijs accipiet. Num uniuersum discipline ciuilis
modum reprehendet. Sed quis iustior aut melior

modus excogitabitur quam hic sit qui deum principem
preposuerit · et sacerdotibus communiter maximarum
rerum gubernationem attribuerit · ac summo pon-
tifici sacerdotum omnium regimen commiserit ·
Quos non censu; aut genere: sed uirtutis prestan-
cia ad dei cultum assumpsit · Et legis aliarumque
· rerum curam illis commisit: ut ipsi et dubia
decidant: et peccantes puniant · Quis igitur prin-
cipatus hoc melior / aut quis maior deo potest
honor afferri · Tota quippe multitudo piissime
deum colit / et sacerdotibus maximarum rerum
cura committitur · Ita fit: ut tota disciplina ci-
uilis quedam solemnitas esse uideatur · Nam que
paucis diebus uix alii faciunt mysteria et dies
festos appellantes: hec nos toto anno firmaque
sentencia multis seculis et conseruauimus et
conseruamus · Vide autem quam uere simplices in-
tegreque nostre opiniones sunt · primum enim om-
nium de deo opinamur: quod ipse perfectissimus
atque beatissimus sit · sibique atque ceteris sufficiens
omnium ipse rerum principium: ipse medium:
ipse finis · operibus notissimus atque manifestis-
simus · substancia penitus inuisibilis · cui simile
nec uidere: nec excogitare quicquam possumus.
Quare nec materia ulla ad imaginem eius sus-
cipi: nec ars imitari eum fingendo potest · Opera
eius oculis cernimus celum terram solem lunam /
lucem fluuios / mare / animalia / planetas · Que
ipse fecit non manibus neque labore / neque
alicuius auxilio · sed cum uoluerit omnia bene
fieri: omnia ilico bona facta sunt · hic sequendus
omnibus hominibus est atque colendus · colitur
autem sanctissime operatione uirtutis · unum
est templum unius dei · amicum enim omnibus ·
quod simile et commune templum omnibus est:
quia communis deus est · hunc sacerdotes pre-
cipue colunt: quibus unus est · huic qui non ob-

temperat: tanquam impius punitur. Sacrificia
offerimus non ad repletionem ebrietatemque
nostram que deo ac omnibus probis odio sunt:
sed ad emendationem purgationemque nostram.
in quibus pro communi prius salute oramus:
deinde pro nostra. Gratissimus enim deo est: qui
communem salutem sue anteponit. petimus
autem a deo peccantes: non ut bona nobis con
cedat que sponte iam prebuit: sed ut capaces
eorum bonorum ita nos faciat: ut cum cepe
rimus non efferamur. sacrificantes a luctu ab
uxore aliisque permultis abstinere lex iubet. hec
de deo sentire mosaica lege didicimus. Longum
esset omnia percurrere que de nuptiis commix
tioneque sexuum cum uxore ad procreandum
constituit. quasque seuerissime preter naturam
agentes ulciscitur. Que de latrocinio atque fur
to: que de rapina et ui: que de liberis educan
dis: que de parentationibus mortuorum: ut
non magno sumptu neque magnificentia sepul
chrorum caritateque fiant. Purgari autem a
cadauere uenientes iubet quasi immundos:
ut hinc discamus: quam magna immundicies in
cede hominis sit. parentes secundo loco post deum
honorari iussit. et ingratum aduersus paren
tes hominem: lapidibus obruendum esse censet.
Seniores a iunioribus honorari precipit. nihil
inter amicos occultum esse uolt. et si dissidium
acciderit: amicitie archana efferri non sinit. Iudi
ci muneribus corrupto mortem intulit. Qui
non auxiliatur supplicanti cum possit: reus se
cundum legem est. Non tollas quod non depo
suisti. non tangas alienum. non mutues fe
nore. Innumerabilia huiusmodi sunt quibus so
cietas nostra et disciplina ciuilis inter nos conti
netur. Sed non est pretermittendum quomodo

erga alienigenas affectos nos esse voluit. Sic enim
hanc rem diuinitus etiam curauit: ut nec nostra
corrumpi possent: nec inuidere iis possemus: qui
legem nostram recipere uelint. Quicunque enim
nostris legibus uiuere desiderant: omnes huma-
niter suscipiendos iussit. cum non genere: sed ui-
uendi disciplina coniunctionem hominum dis-
tinguere uideatur. Si qui autem non integre:
sed simulatione accedunt: hos repellendos impat:
ne conuersatione corrumpamur. Cetera uero: quorum
usus necessarius est: petentibus danda esse
constituit. ignem aquam alimentum cete-
raque huiusmodi: ut uiam ignoranti ostendere.
insepultum hominem non negligere. Quam huma-
niter autem gerunda bella esse censuerit: inde
patet: quoniam nec igne nec ferro agros hostium
populari dimittit. nec eos spoliare qui ceciderint
in prelio. nec captis iniuriam maxime mulieri-
bus, tantaque facilitate ac mansuetudine fuit:
ut uel brutorum animalium curam habuerit.
Nam usum congruentem eorum nobis concedens:
crudelius ea tractare prohibuit. nec interficere
sinit: si que quasi supplicantia ad nos refugiunt.
parcendum etiam in hostili regione: nec interfici-
undum animalia illa uoluit: quorum labore ho-
mines iuuantur. Sic undique cum docendo: tum
puniendo a uiciis ad uirtutem reduxit. Mors
enim imminet: si adulteratus es: si puellam ra-
puisti: si matrem tentasti: si tentatus consensisti.
De aliisque omnibus penas rebus conuenientes
absque deprecatione conscripsit. Seruatoribus
autem legum premia proposuit. non argentum
neque aurum, nec oleastri aut hedere serta et in-
ane quoddam preconium: sed et ipse predixit et de-
us miraculis confirmauit. Si quis etiam mortu-
us esset pro lege: uiuet tamen et meliora maio-
raque premia consequetur. Unde factum est: non
enim uereor scribere quod res ipsa predicat: ut

multi magno animo summos cruciatus et mortē
ipsam subire maluerint: q̄ quicquā facere aut di-
cere preter legem. Et certe si gens nostra ignota ce-
teris hominibus esset: nec legis nostre sanctitas
ullo modo cognosceretur / et aliquis omnia diligen
ter scripta grecis nunc legeret. narraretq; talem
se in aliqua orbis parte uiuendi uidisse disciplinā
quam multis seculis cum summa in deum pie
tate seruatam diceret: omnes admirarentur. nul
lus enim uere sanctiores leges excogitauit / nec
tot seculis leges suas animis hominum firmiter
imprimere potuit. pretermitto platonem: qui
ueram opinionem de deo in multitudinem ef-
ferre non ee tutum confitetur / et leges uerbis
inanibus conscripsit. unde nulla utilitas: nisi
forte eloquencie secuta est. Lycurgum autem ho-
mines admirantur et sparthen in celum efferunt.
quia longo tempore leges illius inuiolatas spar
tham conseruarunt. Quae res certe non parue
uirtutis est. si illi breui tempore id fecisse inue-
niuntur. Si quis eos cum iudeis comparat: qui
non minus fere q̄ duo annorum milia in legib;
permanent. preterea lacedemonii liberi quidē
leges seruabant. Qm̄ primum autem fortuna
mutata fuit: totius uiuendi discipline omni-
umq; suarum pene legum fuerunt obliti. Nos
autem sepius aduersa fortuna multo magis q̄
ceteri homines uexati: nec etiam in summis
periculis legem nostram tradidimus. hec ioseph;
de moysaica iudeorum disciplina. Multa
uero dicere possem de occulta legum uirtute et
alegorica speculatione. Sed tangam pauca que
ab Eleazaro atq; Aristobulo summis apud iu
deos uiris nobilissimisq; qui ptolomei tempore
perfulserunt. Quorum alter eleazarus ponti
ficatus etiam dignitate insignis fuit: ut paulo
ante scriptum est: cum de traductione scripture

· Eleazarus apud Arist. de alegorico sensu scrip
ture ca· 3·

in linguam grecam diceremus. qui regiis legatis uirtutem scripture occultam ee ostendens: his uerbis usus est: ut Aristeus alter ex legatis conscripsit. Dignum autem est inquit non nulla eorum que ab eo audiuimus breuiter ponere. precipue quoniam temere quedam de puris atque impuris animalibus in lege scripta multi arbitrantur. Interrogatus enim a nobis quam ob rem si a deo uniuersa creata sunt: impura non nulla scriptura uocitat: a quibus abstinendu ee iubet: ita disseruit. Vides quantam uim habet conuersatio atque consuetudo. Malos enim homines si cum improbis: laudabiles sin cum probis conuersantur: facile facit. Primum igitur legum diuinarum lator ita cuncta deo patere ostendit: ut nihil agi: nihil excogitari possit: quod eum lateat. Deinde ceteros omnes homines falso multitudinem deorum introducere docuit: cum ipsi multo prestantiores sint quam dii sui quos uenerantur. Quorum simulachra lapidea uel lignea: tanquam imagines eoru qui ad uitam sibi non nihil contulerunt: adorant: sensum ipsi habentes ea que insensata penitus sunt. Cur autem omnino quasi dii a gentibus coluntur illi qui ad usum humane uite aliquid inuenerunt: cum non fecerint neque produxerint ipsi quicquam: sed meliorem eorum que sunt: usum excogitarunt. Aut cur hodie quoque multi non adorantur: cum antiquioribus ad inueniendum excogitandumque multa: sagatiores acutioresque sint. beluas enim et serpentes et uiuos et mortuos uenerantur. hec igitur insipiens diuinitus ille uir menibus ferreis et inuiolabili uallo a ceteris gentibus separare nos uoluit. Quo pacto san-

lius corpore atque animo immaculatos, longeque ab
huiuscemodi falsis opinionibus remotos fore ui-
debat: ut solum uerum deum preter ceteras gen-
tes adorantes: illi solummodo inhereamus. Vn-
de factum est: ut anonnullis egyptiorum sacer-
dotibus qui disciplinam nostram altius conside-
rarunt: dei homines gens nostra sit appellata.
Quod nemini: nisi deum uerum colat: attribuere
potest. nec id iniuria. Reliquis enim cibo potu
uestituique inhiantibus: nostri omnibus istis con-
temptis per totam uitam de omnipotentia dei
excogitant. Ne igitur conuersatione atque con-
suetudine aliorum corrupti ad impietatem
eorum deferamur: cibi et potus, tactus, auditus,
atque uisionis purificatione legali nos ac ceteris
separauit. cuncta enim ab una potencia om-
nipotentis dei gubernata: naturali ratione si-
milia sunt. quamuis singula a quibus abstine-
mus et quibus utimur: profundam habeant
rationem. Quorum unum aut alterum exem-
pli gratia ponam: ne putes temere de rebus tam
paruis a moyse fuisse conscriptum. sed omnia ui-
deas ad probitatem hominum et iusticie perfec-
tionem sancte pertinere. Volucres enim omnes
quibus utimur domestice mundeque sunt: tritico
aut leguminibus connutrite: ut columbe turtu-
res, perdices, anseres, ceteraeque huiusmodi. Que
uero prohibite sunt: eas rapaces carnibus aliarum
auium nutriri comperies. a quibus agnis, edisque
raptis: hominibus quoque tam uiuis quam mortuis
infertur iniuria. Que omnia merito immunda
nominauit: ut uel hinc rapina et cede nos deter-
reret et ad iusticiam hortaretur. moneretque
iustissime atque pacifice uiuere: sicut omnes
uolucres munde que nulli auium: nec omni-
no aliis iniuriantur. Ita his quasi symbolis ad

in linguam grecam duceremus. qui regiis legatis
uirtutem scripture occultam esse ostendens: his
uerbis usus est: ut Aristeus alter ex legatis cons
cripsit. Dignum autem est inquit non nulla eo
rum que ab eo audiuimus breuiter ponere. pre
cipue quoniam temere quedam de puris atque
impuris animalibus in lege scripta multi ar
bitrantur. Interrogatus enim a nobis quam ob
rem si a deo uniuersa creata sunt: impura non
nulla scriptura uocitat: a quibus abstinendum
esse iubet: ita disseruit. Vides quantam uim
habet conuersatio atque consuetudo. Malos enim
homines si cum improbis: laudabiles si cum
probis conuersantur: facile facit. Primum igitur
legum diuinarum lator ita cuncta deo patere
ostendit: ut nihil agi: nihil excogitari possit:
quod eum lateat. Deinde ceteros omnes homi
nes falso multitudinem deorum introducere
docuit: cum ipsi multo prestantiores sint quam dii
sui quos uenerantur. Quorum simulachra
lapidea uel lignea: tanquam imagines eorum
qui ad uitam sibi nonnihil contulerunt: ado
rant: sensum ipsi habentes ea que insensata
penitus sunt. Cur autem omnino quasi dii a
gentibus coluntur illi qui ad usum humane
uite aliquid inuenerunt: cum non fecerint
neque produxerint ipsi quicquam: sed meliorem
eorum que sunt: usum excogitarint. Aut
cur hodie quoque multi non adorantur: cum
antiquioribus ad inueniendum excogitan
dumque multa: sagaciores acutioresque sint. bel
luas enim et serpentes et uiuos et mortuos uene
rantur. hec igitur inspiciens diuinitus ille uir
menibus ferreis et inuiolabili uallo a ceteris
gentibus separare nos uoluit. Quo pacto faci

in manibus ipsis circumferre ipsa uoluit: ut os-
tenderet omnia nobis iuste facienda: creatorem
timentibus & nostre creationis memoriam fir-
mam retinentibus. Jubet enim: siue quis dormi-
tum eat: siue a lectulo se recipiat / siue ambulet /
siue sedeat: dei opera sibi esse meditanda. & in sin-
gulis dei potentiam qua sumus & possumus nō
uerbis tantummodo: uerum etiam cogitatione
atque animo admirandam / laudandam / aman-
dam. Sed de cibo ac potu dicta sufficiant. De sen-
sibus autem ita iussit: ut nihil audiendum ni-
hilque tangendum uelit: quod immundum sit.
Et hoc simili quadam ratione. Rapaces enim pra-
ueque bestiole sunt; a quarum tactu nos prohibu-
it: sicuti catte & mures: pestifera quedam ani-
malia & omnino inutilia hominibus. Ita lex
nostra: nec uerbo nec opere iniuriose quenquā
dicere aut facere permittit. Et tam expresse
q̄ per signa & symbola: omnibusque modis non
fabulose: sed ueris rerum iudiciis ad iusticiam
& omnipotentem nos deum conuertit. Omnis
enim mentio mundorum atque immundorū
animalium ad hec refertur. Videbatur igitur
mihi Eleazarus recte ad omnia respondisse. Nā
etiam uitulos / arietes & iuuencos non silues-
tres: sed domesticos offerendos dicebat: ut qui sa-
crificabant: hac re intelligerent: mites atque hu-
manos se esse oportere. presertim: cum oblatum
affectus animi significet. Hec Eleazarus ad le-
gatos qui ad eum de interpetratione legum
a ptolomeo missi fuerunt. quibus aperte signi-
ficauit profundam quandam rationem & ale-
goriam in lege diuina contineri. quam inuesti-
gare deberent: qui scripturam intelligere optarent.
Aristobolus autem ille: cuius secundus machabe-
orum liber meminit: quemque aristotelica peri-
tum fuisse phylosophia constat: Similiter manus
& cetera menbra: quando de deo dicuntur: in-

telligenda esse in libro quem ad ptolomeum scrip
sit: his uerbis declarat. Veniamus nunc ad ea que
de quibus etiam tu o rex significari uoluisti tibi:
quid uelit dicere scriptura nostra: cum manus &
brachia: facies & pedes: iter & quietem deo attribu
at. Que omnia conuenienter intellecta: rectam
de deo sententiam: non falsam aut fabulosam co-
firmant. Magne nanque res que sub sensibus no
cadunt: multis profecto modis a sensibilibus a
scriptore legum exponuntur. Et ideo qui recte
intelligunt: sapientiam illius & diuinum spiritus gra
tiam que prophetam eum effecit: uehementer admi
rantur. Qui uero a sensu eius profundiore remoti
litere tantummodo inherent: nihil magni eum scrip
sisse arbitrantur. Explanabo igitur singula breui
ter atque clare: quantum in me situm est. Quod si
longe a ueritate abfuero: non scriptori qui recte
ac profunde omnia edidit: sed mihi parum res di
uinas illas leges intelligenti: temeritatem attri
buas. Manus igitur etiam in nobis multis modis
dici apertissimum est. Nam cum magnum exerci
tum & legiones tuas aduersus hostes mittis: magnam
manum te habere: dicere uolgo solemus. & omnes
qui audiunt uires tuas per manum significari
non dubitant. Quod etiam moyses designauit
dicens: In manu potenti eduxit te ab egypto deus.
& alibi a persona dei: Mittam manum meam &
percutiam egyptios. Et rursus ad egyptiorum re
gem. Ecce manus domini inquit erit in pecoribus
tuis & in omnibus agris mors magna. Quibus po
tencia dei iure significatur. Vis enim hominum &
actus omnis in manu eorum sita ee translatiue
dicitur. Id circo legis scriptor uocabulum manus
ad potentiam dei transtulit. Quies autē diuina
non iniuria ut puto dici potest: stabilis creatu
rarum duratio atque immobilitas. quam esse per
cipimus: quia deus cui omnia subiciuntur: ita
constituit. numquam enim celum in terram conuer

sum est: neque terra in celum mutata. nec sol luna nec luna sol facta est. Et in animalibus similiter. Non enim in naturam hominis fera conuersa nec homo in belluam unquam pertransiuit. hec igitur quies atque stabilitas diuina dici potest. Descendisse in montem etiam tempore quo lex ferebatur scriptura deum perhibet: ut omnes operationem dei conspicerent. quam descensum appellamus. Scribitur enim exarsisse montem igne: quoniam deus descendit. tubarumque uoces exauditas fuisse. Cumque tota multitudo non pauciores quam decies centena milia essent per quinque dies in omni loco montis ardens ignis aspiciebatur. Ille ita descensus nullum localem motum significat: ubique enim deus est. Sed uiribus ignis que mirabiles sunt: quia uniuersa consumunt: quinque dierum spatium ita ardentis: ut nihil ibi consumptum fuerit. sed ipsa quoque herbarum uiriditas intacta permanserit: tubarumque sonitu intolerabili nullis edito instrumentis: descensus dei omnibus significabatur. Descendit enim: quoniam uoluit diuinitus iudeorum genus legibus communire. hec Aristobolus. Verum quoniam diuinarum legum precepta plurimique et formam alegorie sensus tetigimus: illud pretermittendum non est: uniuersam iudeorum gentem in duas maxime partes fuisse diuisam. unam que precepta legis certo quodam litere sensu sequebatur: alteram que maiore phylosophia firmatum altius atque subtilius omnia speculabatur. Qui et phylosophi iudeorum esse putabantur. horum disciplinam: omnes qui nouerunt: uehementer admirati sunt. Josephus uero atque philo iudei perpetue memorie uitam eorum commendarunt. Itaque ne tam sublimes uiri neglecti esse uideantur: a libro philonis quem pro iudeis composuit: nonnulla sumenda mihi esse arbitror. preter ceteros inquit. quos pene innu-

De hesseis qui antiquis temporibus apud iudeos sublimem philosophiam uiuebant. c. 4.

·hessei·

merabiles sanctio moysaica beneuiuendum mãtauit· hessei summi omnium atq maximi sunt· ab hossyothete ·i· greca lingua sanctitate: sic ut mihi uidetur appellati· Quorum secta non genere: sed uirtute atq humanitate discernitur· Itaq nemo puer / nemo adolescens ꝓpter instabilitatem etatis: sꝫ uiri omnes aut senes sunt· qui nullo corporis morbo / nulla perturbatione animi feruntur: sꝫ uera soli hominum libertate feruntur· cuius rei uita sua testimonium prebet· nemo ꝓprium aliqd possidet· non domum / non pecus / non uas aliquod: sꝫ omnibus in medio positis communiter utuntur· habitant simul & conuiuunt quasi sodales. Cum q omnia pro communi utilitate faciant: alia aliorum negotia sunt· que impigre subeuntes certant· non frigus / non calorem / non aliquã mutationem aeris formidantes· Sed ante ortum solis labores uersi: crepusculo in uespertino cum gaudio redeunt· non aliter q̃ qui certamine gymnico exercentur· Meliora enim & iucundiora tam animo· q̃ corpori & certamina putant que non senescunt cum corpore· Sunt autem eorum alij agricole: alij pastores: alij apum cultores: alij harum artium magistri: ita ut perfecte inter se uiuant: aliis non indigentes nihil facere recusãt. Quod cum utile societati sit: turpe non est· Cumq a laboribus suis mercedem ceperint: apud eum deponunt: qui questor creatus est. Is diligenter omnia procurat: quibus egent· Egent autem paucissimis: cum omnem luxum tanquã anime atq corporis morbum aspernentur. Communis ẽ ipsis non mensa solum: uerum etiam uestis tenius qdē omnis· sꝫ grauior in hyeme· que in uno loco depostita est: unde unus quisque indiferenter assumit. Egrotatio quoque corporis si acciderit: studio atq cura omnium & re communi curatur· Seniores si absque liberis nature concedunt: felicissimi omnium putantur, honorati a ceteris non minus: q̃ si eos genuissent. Et quoniam acutissime matri-

monio: huiusmodi societatem facile dissolui posse
perspexerunt: uxorem ducere omnino recusant.
castimonie summopere studentes. Nimium enim
mulier seipsam amat et zelotypia maxime mor-
detur. ac uiri mores artificio quodam atque lenoci-
nio potest facile in peius peruertere. Si uero etiam
liberos uiro pepererit: que prius astute faciebat:
ea iam audacter atque aperte aggreditur omnique
ui regere maritum conatur. Quare uxor huic
societati inimicissima iudicata est. Non seruat
enim mores: nec probus erga omnes est: qui aut
uoluptate uictus: aut liberorum amore superatus
in seruitutem uxoris deductus est. hac uita eo-
rum fit: ut non priuati solum: uerum etiam re-
ges atque principes phylosophiam eorum pluri-
mum admirentur. hec quidem in apollogetico
philo scripsit ut diximus. In eo uero libro quem
inscripsit: omnes studiosos liberos esse: ista de
hesseis narrat. palestinam maxima gens iude-
orum habitat. Inter quos qui dicuntur hessei: co-
periuntur plures numero: ut ego opinor: quam qua-
tuor milia. hessei dicti quasi sancti grece: quo-
niam dei cultores precipue sunt. non animalia
sacrificantes: sed mentes suas uirtute munitas
offerendas deo putantes. In ciuitatibus non ha-
bitant: existimantes: ut contagionem aeris cor-
poribus: sic conuersationem uolgi animo no-
cere. horum alii agros colunt: alii pacificas ar-
tes ad utilitatem suam et proximorum exercent.
nec argentum. nec aurum reponunt. nec ingen-
tes agros laudant: sed tantum colunt quantum
necessitati possit sufficere. hi enim ex omnibus
pene hominibus: solum pecuniam et fundos neg-
ligentes: uirtute ditissimi putantur. facilitate
uiuendi et paucorum indigentiam recte mag-
nas esse diuitias arbitrantes iudicantes. Nemo
eorum tela enses galeas scuta cetera que belli
factitant instrumenta: sed nec eas artes exer-

cent: quibus facile omnes in improbitatem labun
tur. nulla mercatura / nullus cauponatus: nulla
eis cognoscitur nauigatio. Omnes rapine occasio
nes depellunt. Nemo seruus est apud eos. Sz cum
uniuersi liberi sint: alteri alterius seruiunt. Omnes
qui seruis utuntur: non solum quia equalitate
contemnunt: tanquam iniustos oderunt: uerum
etiam quasi nature leges transgressos omnino des
piciunt. Omnes enim aiunt quasi mater eadem
natura genuit. Quare quamuis non uocemur: su
mus tamen re ipsa fratres: auaricie crimine abalie
nati rationalem phylosophie partem non necessa
riam ad uiuendum: naturalem maiorem q̄ hu
mana natura consequi posset putantes: Alteram
sophistis: alteram leuioribus reliquerunt homini
bus. Illam phylosophie partem solummodo appro
bantes: qua de deo & creatione omnium scruta
mur. morali maxime inuigilant. Ad quam ab
solute consequendam: patriis legibus adiuuantur.
quas recte intelligere nemo sine diuino auxilio
potest. has semper quidem: sz maxime septimis
diebus: docentur. Dedicata enim septima dies deo
putatur. in qua ceteris omnibus neglectis: ad sa
cra loca concurrentes. que synagoge appellantur.
ordine sub senioribus iuniores considere solent.
leguntur q; scripture diligenter & exponuntur a
peritissimis. symbolis enim prisco more scripturā
uti maxime arbitrantur. Discunt igitur pie sanc
te iusteq; uiuere. triplici regula utentes: amore
dei ardentissimo / uirtutis cultu diligentissimo /
caritate proximi feruentissima. Quod igitur
summe deum diligant: multa nobis argumento
sunt. Castitas perpetua. iurisiurandi nulla men
cio. mendacij odium. & precipue quod bonorū
omnium: nullius mali causam esse deum opi
nantur. Quod uirtuti studeant patet: quia
pecuniam negligunt / gloriam spernunt. uo
luptatem oderunt. constantes seueri magniq;

animi sunt. ceteraque huiusmodi innumerabilia. Caritatis autem argumenta sunt beniuolentia societas. equalitas. Nullus enim domum habitat: que omnium communis non sit. unum erarium unus sumptus omnibus est. preterea uestis omnibus communiter proposita. communis cibus et potus. communis mensa. omnis uita communis est. Que omnia multo magis illi opere faciunt: quam alii uerbis significant. nec mirum. Quecumque enim quotidie laborantes consecuntur: non ipsi seruant: sed in medium afferentes communi utilitati attribuunt. non negliguntur apud eos egrotantes: sed a communibus curantur. Seniores non minus: quam parentes liberi uenerantur. huiusmodi homines sine greca doctrina moysaica phylosophia effecit. Que uirtus opus hominibus proposuit: a qua libertas et oritur et confirmatur. Nam cum multi atque uarii diuersis temporibus: alii crudelitate carnificum more uniuersam iudeam uexarint: alii astuta simulatione adeo in probitatem cunctos peruerterint, ac sue impietatis inhumanitatisque calamitatem hominum perpetua monumenta reliquerint: Nullus umquam sic efferatus fuit: nullus ita ueterator ac malus: ut hesseorum aut potius sanctorum uitam criminari uoluerit. Sed omnes probitate illorum superati: quasi a natura liberos putantes summa ueneratione atque laudibus proseciti sunt. hec philo. Verum: Quoniam phylosophorum disciplina iam patuit: et totius etiam multitudinis mores diuinis legibus muniti expositi sunt: Restare uidetur: ut iuniorum theologiam pietati maiorum idoneam ostendamus. Sic enim perdiscemus: quales in theologia et in ceteris disciplinis hebrei fuerunt. philonem igitur rursus primo libro super legem audiamus. Nonnulli ait mundum magis: quam auctorem mundi admirati non ortum: sed eternum esse mundum puta-

.De deo et quod mundus creatus est. ca. 9.

disciplinis

uerunt, male nullum pene opus deo attribuen-
tes: cum econtra: oporteret dei quidem uirtutes
quasi creatoris atque admirari. Mundo autem nō
maiorem: quam creature conueniat: laudem attribue.
At uero Moyses qui et ad summum phylosophie
peruenit et dei responsis secreta nature didicit: op-
time cognouit: necesse esse: ut rerum aliud quidē
agat: cum sit integerrimus intellectus atque puris-
simus omni sciencia prestantior: omni bono melior:
omni pulchritudine formosior. Aliud uero inanime
per se atque immobile. Sed ab intellectu commotum
atque formatum: perfectissimum opus hunc mun-
dum effecerit. Quem qui fuisse ortum negant: per-
utilem ad pietatem necessariam prouidencie: uir-
tutem radicitus sustulerunt. patrem enim atque
auctorem operi suo prouidere ratione probatur.
Pater enim omnis atque auctor ea que genuit/aut
fecit: diligenter studet conseruare: que opprimere
possunt expellens: que utilia sunt suis acquirens.
Ad id uero quod non facimus: nulla coniunctio
nobis est. perniciosa igitur omnino res est: ut sine
principatu ciuitatem: sic mundum sine auctore
ac iudice: a quo uniuersa gubernentur: consiste
posse putare. Mirabilis igitur ille moyses: quod
sine principio est alienum a re uisibili omnino
existimans. Quod enim sensibile est: mutacioni
subiectum: nunquam idem est. inuisibili quidē
atque intelligibili perpetuitatem attribuit. Sensi-
bili autem aliud uocabulum accommodauit.
Nam quoniam uisibilis atque sensibilis hic mun-
dus est: necessario ipsum ortum habuisse affir-
mat Unde non ab re creationem etiam eius
magna cum theologia uenustate conscripsit.
hec de origine uniuersi. Quod uero pro-
uidencia mundus gubernetur: in libro quem de
prouidentia scripsit contrariis primum expo-
sitis: deinde confirmatis magnifice probauit.
Quorum plura: quoniam longiora sunt: com-
pendiosius ponam. prouidentiam esse inquit

· Quod prouidencia
mundus gubernatur
· c · 6 ·

arbitraris: cum tantam rerum perturbationem esse
uideas. Quid enim humanorum ordine certo ge
ritur: an solus ignoras prauos atque rapacissimos
homines bonis omnibus florere, diuicijs, gloria,
cultu, multitudine, magistratibus, bona ualitu
dine, quibuscunque dixeris uoluptatibus afflue
re. Virtutis autem amicos omnibus malis oppres
sos paupertate, infamia, humilitate, duriciae
uiuendi afflui. His alijsque compluribus ita dic
tis respondet postea hoc pacto. Non tyrannice nec
in aliqua uel crudelitate: sed ut rex regum iuste
uniuersum mundum deus gubernat. Rex autem
uerus etiam pater est. Vt enim se habet pater ad
liberos: ita rex bonus ad ciuitatem et deus ad
mundum. Quippe qui nature stabili lege prin
cipatum et prouidentiam insolubili coniunc
tione una copulauit. Quare quemadmodum
non negliguntur omnino uitiosi a parentibus
liberi: inimicorum opus esse putantibus sub ius suos
inuadere: sed interdum maiore ope fauentur:
cum nullum in eis presidium esse uideatur: simi
liter quoque deus omnium curam gerit, nec
minus eorum qui perperam uiuunt. tum ut
occasionem eis penitentie prebeat: tum ut na
tura propitium se esse ostendat. Ad hec: longe
absis a ueritate: si malorum aliquem felicem
arbitraris: etiam si Creso ditior, acutior uisu
quam linceus, maioribus corporis uiribus quam chro
thomata ille millo: ganymede formosior sit.
omnibusque alijs corporis et exterioribus bonis
abundet. Qui enim mentem suam plurimorum
dominatui ac pessimorum subiecit: cupidinis,
timoris, doloris, stulticie, iniusticie: felix atque
beatus nullo modo esse poterit: etiam si uolgo be
atus appelletur. Nam si animi oculos parumper
uolueris eleuare: atque ut possibile homini est:
de uero bono considerare: omnia que nunc ad
mirari uideris: magno risu prosequeris. Semper
enim cum meliora lateant: in locum eorum

mala tetrum penitus laudantur. Cum uero in
medium adsunt bona: tunc que contraria sut:
hac luce dilucidius turpitudinem suam osten
dunt. Si ergo diuinum illud bonum mente
conceperis: nihil eorum que dixasti facile apd
uitiosos inuentu inter bona collocabis. Pretio
sissima nempe illorum argenti atq auri me
talla sunt: que a pessima terrarum parte solet
prodire. permultum nanque profecto inter
metallorum sterilitatem & fecunditatem ter
re non metallose. longe quippe argenti atq
auri natura a bonitate frugum sine quibus
uiuere nequimus. Quod maxime in annone
patet caritate. Omnes enim thesauros pro mo
dici temporis alimento recte pp̄ter necessitatem
iudicantes: libenter omnes proicere solent. Cun
do autem necessaria nobis cumulate affluunt
nature bonis abundantes contenti esse non pos
sumus. Sed argento atq auro inhiantes & quasi
oculis capti terreno pondere huc atq illuc
pp̄ter auaritiam ferimur. continuoq pecunie
gratia bello uexamur. Vestes etiam magnificas
cupimus: que nihil aliud sunt: q̄ textorie artis
laudes & flos ouium: ut nonnulli poete dixerūt.
Qui uero glorie adeo cupidus est: ut uel a malis
laudari cupiat: hunc improbum esse necesse ē.
Quippe unum quodque suo simili gaudet. Bo
nam autem ualitudinem aurium queret: si di
dicerit: non paruos animi morbos ab auditu ori
ri. Qui uiribus corporis ceruicem eleuat: atro
cissimas ante oculos beluas ponat. Ita enim in
telligat turpissimum esse: ferarum uiribus ho
minem gloriari: formositate corporis iactari:
mentis compos nemo poterit. que breui adeo ex
tinguuntur tempore: ut antequā florescat: deflo
ruisse uideatur. presertim cum etiam manima
ta artis opera picta ficta texta: non parua uideat
extare pulchritudine. Quorum omnium nihil
unquam apud deum inter bona enumeratum
est. quid dico apud deum: cum neque periti

homines qui recte phylosophantur: bona: caducas
has res aut arbitrarentur: aut appellent. Qui
uero falsam et nomine solum phylosophiam secun-
tur: hi animi se medicos professi seruituti corpo-
ris inherent. nec corporum quidem medicos imi-
tantur. qui si rex ac princeps egrotet: omnia
transgressi inter columnia porticus tabulas ar-
gentum ad iudicium aurum lapides cubile ip-
sum ilico petunt. nec uestem auro insertam
admirati nec lapidibus ornatum considerantes
lectulum: q cicius possunt ceteris omnibus con-
temptis manus egroti tangunt. pulsum exa-
minant: interdum etiam uestibus sublatis qua
duricie sit uenter: quo calore pectus ardeat: quo
motu cor exiliat inquirunt. Ex quibus omnibus
aliisq; compluribus quantitate & qualitate
egritudinis percepta: curam morbi tandem
aggrediuntur. Oporteret igitur etiam phyloso-
phos: cum medicinam animi tenere profitentur:
omnia despicere que falsa homines opinione
maximi faciunt. ac mentis ipsius cubile ingre-
di / diligentiusq; considerare: si propter iram ine-
qualiter pulsus mouetur. tactuq; ipso examin-
nare si aspera maledicendo lingua effecta est.
si cupiditate tumidus uenter. & ut breuiter di-
cam qua intemperie interiora turbata sunt.
hoc enim pacto interiora poterint adaptare
remedia. Nunc uero cum nequeant lucem ue-
ram aspicere: ex exteriorum falso rerum inito-
re perculsi: quasi ceci pererrant. reginam om-
nino mentem negligentes. & satellites eius
diuitias gloriam. sanitatem. aliaq; huiusmodi
persequentes. Et quemadmodum summa insa-
nia est: aut cecos de coloribus aut surdos de ar-
monia musica: sic & uiciosos uiros de bono ac
malo iudices constituere. Mentecapti namq;
sunt & interioribus tenebris obcecati discer-
nere nequeunt. Merito igitur laudatur Socra-

tes. & alii qui paupertatem amplexi nec questuo-
sa ipsi artificia didicerunt. nec ab amicis aut re-
gibus magna sibi oblata munera receperunt. Ni-
hil enim aliud quam uirtutem bonum putabant. Qui
si mortali corpore circumducti & morti ut homines
subiecti ac cum multitudine iniustorum homi-
num maxima iuuentes iniuria perierunt: cur
accusanda natura est: cum crudelitas hominum
culpanda sit? Non enim facile potest euadere:
qui degit in regione pestifera. Et ueluti cum mag-
na uis pluuie descendat: nisi sub tecto sis: neces-
se est: etiam si sapiens sis. imbrem perferre. Cumque
frigidissimus perflat boreas frigore premi & es-
tatis ardore calefieri: Eodem profecto modo: si
cum iniustis uitam agis: necesse est multa inde
perpeti mala. Verum omnes qui uirtutem neg-
ligentes falsa corporis bona laudant: a sole se
ungi & a ioue lauari se putant. Symbolica enim
hec priscaque prouerbia re ipsa uera esse ostendu-
tur. nec enim post mortem solummodo: sed
etiam per totam uitam animo simul atque cor-
pore iniusti homines pendent. Cuius rei: qui
siciliam conscripserunt historiam: testes locu-
pletissimi sunt. Nam uel amantissimam uxo-
rem suspectam adeo fuisse tyranno dicunt: ut
tabulis cubiculum strauit: quo maior sonitus
cum ad eum iret: excitaretur. nudamque ita:
ut nihil occulte ferre posset. aditumque ipsum
fouea intercepisse: ut uel saltibus uel longis gra-
dibus uel ascensu descensuque pergundo: nullum
posset telum occultare. Quot quantisque igitur
animus hominis qui uel uxorem ita suspectam
habebat: malis refertus erat. Illis certe simil-
limus mihi uidetur: qui cum ad alta precipitia
scandant: antequam ad cacumen peruenerint: ti-
more perculsi nec altiora petunt iam fessi: nec
descendere audent: cum ad hyatum & profun-
ditatem despexerint. Tyrannidem nempe quasi
diuinam rem aggressus: cum pericula eius cog-

nouisset & stanti in proposito innumerabilia ui-
debat in dies pericula & abeunti mortem immi-
nere non dubitabat. Omnibus etsi non corporibus:
sed animo tamen aduersum cum armatis. Quod
ille ipse dyonisius ita ēē significauit. Nam cum
quidam uitam tyrannorum apud eum quasi be
atam laudibus efferret: uocasse ad cenam regio
apparatu constructam hominem dicitur. ac su-
per caput illius sedentis acutum gladium tenuis-
simo filo suspendisse. Quem postea q̄ repente con-
uiua ille respexit: nec surgere inde ausus timore
tyranni: nec bibere aut comedere potens periculo
perculsus: ceruice ac oculis ad pendentem gladiū
directis mortem expectabat. Quod cum uidisset
dionysius. O num inquit intelligis q̄ beata sit ui-
ta nostra. Talis enim est: nisi uelimus nobis met-
ipsis adulari. Omnium enim rerum copiam ha-
bentes propter frequentiam periculorum & im-
pendentem formidinem: nulla frui possumus.
Illi similes qui a deformibus sepe meretricibus
decipiuntur. que ueste atq; auro ualde ornate
& fucco faciei deformitatem occultantes: quasi
hamo pisces his insidiis captos attrahunt ado-
lescentes. hac infelicitate nos premimur: qui mul-
tis felices uidemur. Et sicut tormentis multi co-
guntur mentis sue archana pandere: sic inter-
dum huius uite molestia uicti uerissimas uo-
ces de miseria nostra emittimus. Illis enim cer-
te similes animalibus tyranni sumus: que sa-
ginantur. quibus comedendi bibendiq; non ad
aliud: q̄ ad perniciem suam copia solet offer-
ri. Multi autem pecunie cupiditate uicti ma-
nifesta dederunt pericula supplicia. Cuius rei
exempla etsi multa quotidie uidemus: unum
tamen ex priscis referre: operepretium duximus.
Dicuntur igitur qui phocidos sacrum bellum
conscripserunt: cum lex esset: aut precipites
ex alto deiici: aut in mare summergi: aut

igne cremari sacrilegos. Cumque philomelus ono-
marchus & phailus: tres isti delphicum spolia-
uerint templum secundum legem diuinitus sup-
plicia dedisse. Alterum enim cum per aspera
scanderet loca: precipitem decidisse: ac ita ex-
pirasse: Alterum: cum eques per littora ferretur:
in profundum lapsum una cum equo fuisse
aquis demersum: phailum autem: alii sacro mor-
bo consumptum: alii cum templum in habis in-
cenderetur una concrematum fuisse tradiderunt.
Nemo profecto hec casu: nisi amens accidisse pu-
tabit. Omnes enim hos tres eisdem temporibus
propter eiusdem delictum: non aliis suppliciis quam
lex uolebat iure punitos: non a fortuna & casu:
sed diuinitus credere debemus. Quod si nonnulli
rapaces & factiosi homines: qui non alienos so-
lummodo populos: sed patrias etiam suas subie-
cerunt: impune id fecisse uidentur: mirandum
non est. Primum enim non similiter deus atque
homines iudicant. homines enim de manifes-
tis tantummodo cognoscunt. Deus uero in ani-
mum ingressus ipsum: nudos uoluntatis pers-
picit motus. Quare nunquam humana iudicia
diuino tanquam meliora & iustiora preponen-
da sunt. Multis enim homines falluntur sensi-
bus corporis atque turbacionibus animi. In deo
autem nihil est quod fallat. Sed summa ius-
ticia una cum ueritate cuncta geruntur. De-
inde recte illud in primis fertur: id esse apud
populum tyrannos: quod sunt in lege suppli-
cia. Quando igitur uicia in aliquo abundant:
ut nulla legum reuerentia sit: tunc deus: ut
uitia repellat & ad uirtutem homines conuer-
tat: crudelibus atque tyrannis uiris: non mi-
ra potentiam prebet. Viciorum enim cumu-
lus sine crudelitate mundari non potest. Et
quemadmodum uindices publicarum rerum
ad homicidas proditores & sacrilegos interfici-
undos aluntur publice: non quia tale homi-

nis exercitium laudetur: sed quia populo neces-
sarium est. Eodem profecto pacto huius mundi
gubernator quasi communes uindices tyran-
nos in ciuitates excussitat: ut iniuriam impie-
tatem aliaque huiusmodi ui et crudelitate isto-
rum puniat. Qui quoniam non recto animi
proposito: sed crudelitate commoti: diuine uolun-
tati subministrarunt: ut ignis consumpta
materia demum extinguitur: sic et ipsi cum
ciuitates prauas inanes hominum fecerint:
tunc demum in perniciem incidunt. Quid au-
tem miramur si tyrannorum interdum minis-
terio effusas hominum iniurias deus compes-
cit: cum etiam sepius non aliorum opere: sed
per seipsum. fame terremotu peste aliisque hu-
iusmodi quibus multas urbes desolatas uide-
mus: id factitet. Satis dictum esse puto: ne-
minem qui male uiuat: esse felicem. unde ma-
xime prouidentia esse probatur. Et post aliqua:
uentorum inquit impetus et pluuie uis non
ad perniciem nauigantium aut agricolarum:
sed ad utilitatem humani generis diuinitus
mittitur. Aquis enim terram uentis uero re-
gionem que sub luna est: mundare solet. et utrisque
animalia et plantas alit auget perficit. Quod
si nauigantes aut agricolas nonnunquam perdit:
mirari non debes. Minima enim quedam isti
particula sunt. cura uero totius humani ge-
neris deo est. Ut ergo in editione ludorum at-
que certaminis ediles propter aliquos rei publice
usus die certaminis mutato fecerunt: non
nullos luctatorum non affuisse: sic et deus
quasi magne cuiusdam ciuitatis totius orbis
curam gerens: humidiorem estatem et uerna-
lem hyemem ad utilitatem totius effecit. quam-
uis nonnulli hac temporum inequalitate mag-
na damna patiantur. Elementorum igitur
inter se transmutationes ex quibus mundus
constat et quibus conseruatur: tanquam neces-

sarias ipse constituit. pruine autem & niues
ceteraque huiusmodi ad frigiditatem aeris con
sequuntur. sicuti ad concussionem nubium
fulgura & tonitrua. Quorum nihil forsan ex
prouidentia fit. pluuie uero ac uenti: cum uite
alimenti crementique causa plantarum atque
animalium sint: prouidentia certe fiunt / & ex
istis illa conceduntur: ut si editoris munerum
liberalitate atque magnificentia magna unguen
torum copia proponatur. Vnde guttis quibus
dam in terram defluxis: lubricus ualde locus
effectus sit: nemo non insanus prouidentia e
ditoris munerum lubricitatem factam esse:
sed ad magnificentiam abundantiamque ungue
torum consecutam concederet. Yris similiter
& alia huiusmodi non sunt nature opera prin
cipaliter: sed nubibus naturali quadam ratio
ne accidentia. et tamen etiam hec cum pru
dencioribus conferunt. Tranquillitatem enim
aeris / motus uentorum / hiemes & serenitatem
his signis predicere solent. Fornices porticusque non
uides quorum plurimi ad meridiem respiciunt:
ut deambulantes in hieme calefiant / & in esta
te opaco frigore utantur. Quam rem illud con
sequitur non edificato sententia factum: quod
umbris que a basi excidunt: hore significant.
Ignis similiter nature opus est necessarium que
quasi accidens quoddam fumus consequitur. Qui
tamen est quando non paruam attulit utili
tatem. Interdiu enim non igne: sed fumo aduen
tum hostium significamus. Talis ratio etiam
in eclypsibus dici potest: que solem atque lunam
consequuntur. & aut mortis regum / aut uiri
bus desolacionis prudentibus signa solet affer
re. Lacteus uero circulus stellas habet: eius sub
stancie: cuius cetere. Cuius rei causam: quamuis
difficilis sit: non tamen negligunt: sed diligenter
queritant phylosophantes. putant enim &
recte: iucundissimam rem per se ipsam esse sci
enciam. Sicut igitur sol & luna ceterequE stelle

per prouidentiam facte sunt: sic profecto celestia
omnia: quamuis nos naturam atque uirtutē om-
nium inuestigare nequeamus. Terremotus autē
et pestilentie/ fulminum ictus et similia: mala di-
cuntur. et non sunt. Nullius enim mali deus
causa est: sed elementorum mutatione generantur.
neque sunt principalia nature opera: sed ad ea
que necessaria et principalia sunt: consequuntur.
Et si aliqui damnum inde habuerunt: non est
accusandus gubernator. primum quia quos
bonos ee ipsi putamus: boni fortassis non sunt.
Deinde quemadmodum in re militari ad sedan-
dam seditionem: qui forte primum oblatus est
plectitur/ et ad extinguendam tyrannidem cog-
natos etiam si in culpa non sint: leges extermi-
nant: Eodem modo in pestilentia ut reliqui mo-
deratiores fiant: interdum etiam innocentes
communi corruptione aeris pereunt. Sic et in
nauigio equaliter omnes periclitant: quamuis
non eque peccauerint. De atrocibus autē bestiis
exercitationis bellice gratia productas diuini-
tus diceremus. nihil enim magis corpus ad la-
bores et animos ad resistendum hosti corroborat:
q̄ uenatio. nisi tu huic defensioni opponendo
detraxisses. Sed tamen et qui bellicosi sunt: ani-
mosiores bestiis se opponentes facilius fiunt. et
qui pacem amant: domi atque in urbibus uiuen-
tes: longe ab omnibus huiusmodi periculo absunt.
Sues enim et leones similiaque animalia ne insi-
dias hominum aliquid patiantur: procul ab
habitationibus hominum uersantur. Si qui
autem ex negligentia inermes saltus peragrant:
se ipsos potius q̄ naturam accusent. sicut in
equestri certamine: qui uno loco sedere ac spec-
tare non patiuntur: cum hinc illuc transeant:
curruum impetu plerumque conteruntur. Serpen-
tes autem uenenosi non prouidentia: sed conse-
quentia quadam rerum: ut in superioribus di-
ximus producti sunt. fiunt enim cum innata
materie humiditas calidior facta est. sic et non

nulle bestiole corruptione nascuntur. ut corruptione alimenti uermes: pediculi a sudoribus. Que autem spermate natura duce generantur: ea q^o niam natura principaliter intendit: prouidentia nasci non negamus. Quamuis etiã illa duabus rationibus ad utilitatem hominum audiui producta. quas celare nullo modo decreui. Primum igitur uenenosa animalia multos ad morbos & maxime perniciosissimos: remedia conferre saluberrima medici perhibent. uidebisq; si attendere diligenter uolueris in magnis theriacis non nulla membra eorum accuratissime assumi. Deinde deo ista ee parata dicunt in peccatores: sicut eculeos & alia tormenta in iudiciis preparata uidemus. Quod autem dixisti in domibus hominũ maxime ista nasci: falsum omnino est. procul eĩ in desertis inueniuntur locis: hominem quasi dominum fugientia. Que uero in habitationibus hominum nascuntur: corruptione magis producuntur. quamuis & nidore carnium animalia huiusmodi attrahantur. Hirundines autem si nobiscum uersantur: mirum non est. nam quoniam eas homines non uenantur: idcirco plurime abundant. Nam e regione fugere illa uidebis: quibus insidiamur. Non enim hominibus solum: uerũ etiam brutis: ut se salua uelint: innatum est. Syrie maritima quedam ciuitas est nomine Ascalo: quo tunc applicui: quando oraturus atq; sacrificaturus Ierosolima ad patrium templũ missus fui. Eo cum applicuissem: magnam columbarum multitudinem uidens: admirabar. Interrogantiq; mihi quam obrem he aues omnia pene loca illa occupassent: responsum fuit: lege apud eos columbarum usum ee phibitũ. Apud egyptios autem mirabilius quiddam considerauí. Crocodillus enim belluarum omnium atrocissimus in sacratissimo natus & educatus nilo: quamuis sub aquis uiuat: utilitatis tamen sue non est ignarus. Magna enim copia apud eos trocodillorum inuenitur. qui animal

id tanquam sacrum uenerantur: Minime autem re-
periri apud eos potest qui eum uenerantur. Et
nauigantes hic quidem nec digito aquam flu-
uii tangere audent: crocodillis statim insultan-
tibus. Ibi uero timidiores etiam homines uel nu-
dos in nilum natantes prosiliunt. barbaras re-
giones fecunditate agrorum excellere uidemus:
ubi magno ingenio homines raro nascuntur.
Sic alimentis quidem abundant. hominibus
autem quorum gratia diuinitus alimenta pro-
ducuntur: carere uidentur. At contra accusan-
da grecia est: quia sine semine atque cultu nihil
producit. sed sola homines generat uere celestes
atque diuinos. natura ad omnem scientiam natos.
Cuius causa est sublimitas aeris. Non enim teme-
re dixit heraclitus: aer siccior: anima prudentior
atque melior. Cuius signum: quod uigilantes atque
ieiunantes prudentiores illis sunt: qui cibo et
potu semper replentur. Immergitur enim quodam
modo mentis motus: quam cogitationem appel-
lamus. Verum in barbaris regionibus propter ma-
iorum alimentorum copiam, agrorumque robur:
non solum animalia plura maioraque: uerum
etiam arbores maxime nasci solent. Non est
autem culpa nature si tam marinis quam terres-
tribus animalibus crudeliter uescimur. Non
enim ad huiusmodi uoluptates natura: sed cru-
delitas nos atque intemperantia incitat. Ad
mundi enim totius consumationem necesse
erat ubique nasci animalium genera. Non
fuit autem necessarium: ut homo qui sapien-
tie decore ornatur: ab humanitate in feritatem
conuersus: animalium cede uoluptatem sibi
pararet. Unde ad hec usque tempora: qui cu-
ram continentie gerunt: ab omnibus abstinent
carnibus: suauissimo cibo herbarum fructuumque
utentes. Qui uero carnium usum natura con-
cedi arbitrantur: magistris et legibus quibus

tura modestaque est: ab immoderato esu prohibentur. Rose autem et crocus uariique flores atque aromata: non uoluptatis gratia: sed bone ualitudinis producta sunt. Nam et odore ipso iuuant interdum et in compositione medicinarum (magnas enim uires habent) a medicis adhibentur. Multa enim singula nihil prosunt. coniuncta uero: quemadmodum maris atque femine coniunctio ad procreationes: sic uires suas ostendunt. His ceterisque huiusmodi (nisi contentiosus sis) concedas oportet: diuina uniuersum hunc mundum prouidentia gubernari. Hec a philone compendiosius sumpsi. tum ut ostendam quales hebrei etiam iuniores uiros habuerunt: tum ut pia de deo sententia iudeorum appareat. Nunc autem testimonia etiam exteriorum de ipsis diligenter citabimus.

Liber nonus incipit.

Nunc autem testimonia etiam exteriorum de ipsis diligenter citabimus. Illustrissimi enim etiam grecorum: non imperiti omnino iudaice phylosophie: alii uitam eorum scriptis suis approbasse uidentur: alii theologiam quantum potuerunt secuti sunt. Sic enim disces non temere: sed absoluta exquisitaque ratione iudaicam phylosophiam gentilibus nugis prepositam a nobis fuisse. Primum igitur ea ponam que de uita iudeorum preclarissimi grecorum testantur. Theophastum igitur audias. cuius nonnullos textus porphyrius in his libris posuit: quos de abstinendo a carnibus conscripsit: his uerbis iudei ad hec usque tempora

Theophrastus ait: Animalia eo modo sacrificant: ut si quis nos ad imitationem illorum hortaretur: audire non pateremur. Non enim comedunt ex sacrificatis: sed mel atque uinum noctu confundunt holocausta facientes: nihil inde relinquentes: ut nec ille qui omnia perspicit: rem tam prauam inspicere possit. quod faciunt: interim ieiunantes. ac quoniam phylosophi natura sunt de deo inter se colloquentes: noctu autem stellas aspicientes orationibus deum inuocant. Primi enim isti omnium hominum et bruta et se ipsos offerre ceperunt: nulla necessitate aut cupiditate id facientes. Et in quarto eiusdem negocii hec a se ipso scribit porphyrius: hessei iudei genere sunt. ii alter alterum magis diligunt: quam ceteri homines faciant. et uoluptatem omnem: quasi uitiosam aspernantur. Continentiam et integritatem animi ab omni turbatione remotam: precipuam putantes uirtutem: uxorem non ducunt. alienos autem liberos teneros adhuc et ad omnem aptos doctrinam adoptantes pro suis educare ac moribus suis stabilire solent. Quod faciunt: non quia matrimonium abominentur: sed quia mulierum mores cauendos putant. Diuitias omnes adeo spernunt: ut mirabilis quedam in eis communitas sit. Nullus eorum preter ceteros aliquid possidet. Omnia eis sunt communia. Nemo alio ditior aut pauperior: una omnibus quasi fratribus facultas est. ungi oleo non patiuntur. Quod si quis forte oleo tactus fuerit: diligenter quasi a magna macula corpus illi abstergitur. non enim molles: sed aridi atque duri esse corpore cupiunt. alba semper induuntur. electione communi questores et gubernatores sibi creant. et indiuise in omnibus sibi res sunt. non habitant urbem unam: sed hinc illo facile migrant. semperque ad sequentes heresim suam proficiscuntur. a quibus ita suscipiuntur: ut una eos semper uixisse diceres. Unde fit ut proficiscentes nihil impense secum ferant. Vestem et calceos antequam omnino

tempore dirumpantur: non mutant nec emunt
aliquid nec uendunt: sed commutacione rerum
utuntur: cum egeant. nam inter ipsos singuli
quecumque uolunt: assumunt: etiam nihil affe-
rentes. erga deum maxima pietate utuntur.
nam anteque sol oriatur: nihil enim prophanum di
citur: sed patria oratione utuntur: qua solem ori
ri precantur. Deinde a prefectis singuli ad artes
operaque sua mittuntur. Et posteaque horis quinque
laborauerint: ad unum rursus locum congregan-
tur & aqua frigida perloti in domum ueniunt.
quo nemini nisi eiusdem secte introire licet. Ita
mundi quasi in templum ad cenaculum ueniunt.
Vbi magna tranquillitate sedentibus omnibus
ordine panes apponuntur & ferculum unum u-
nicuique. primus autem omnium sacerdos ora-
tione facta comedere incipit. nefasque omnino pu-
tant ante orationem quicquam gustare. Cumque
pransi fuerint: multo diligentius orant. Ita &
incipientes & desinentes laudes dei diligenter
concinunt. post hec: uestibus quibus prandentes
quasi sacris utuntur: depositis ad opera rursus
exeunt. nocturnoque reuersi crepusculo similiter
cenant: hospitibus etiam considentibus si qui
forte affuerint: clamor aut tumultus nunquam
apud eos auditur: sed ordine ita colloquuntur: ut
tanto eos inter se uti ordine atque silencio mira-
bile uideatur. cuius causa perpetua continen-
tia est. cibus enim & potus uite necessitate men-
suratur. Qui ad eam sectam ueniunt: non sta-
tim: sed postea quam foris anno integro eisdem mori-
bus uixerint: tunc suscipiuntur. non tamen
omnino: sed propinquius quidem accedunt. una
uero cum illis uiuere non licet: nisi aliis duobus
annis patientie signa dederint. & anteque com-
muniter cum eis uescantur: iureiurando confir-
mant. Primo pios se erga deum futuros: deinde
iustitie ita fore cultores: ut nec sponte nec im-
perio: alicui hominum sint nocituri. odioque semper
iniustos sibi futuros. putaturosque semper se-

ipsos ledi si iusto uideant iniuriam fieri: fideles
fore omnibus ac maxime principibus. Non enim
absque dei uoluntate alicui principatum comen-
dari. Ad hec: si ipsi preessent: nunquam se quic-
quam facturos: unde maculari prefectura uide-
retur. nec ueste aut ornatu quodam meliore
quam subditi se usurum. Veritatis fore amicos &
mendacii accusaturos. manus a furto: ani-
mum ab iniusto lucro procul retenturos. nec
occultaturos aliquid socio. nec eorum secreta
aliis sese dicturos: etiam si mortis periculum im-
mineret. Postremo non nulli aliter hereseos dog-
mata tradituros: quam sicuti ipsi acceperunt. pro-
cul se futuros a latrocinio. conseruaturosque sec-
te libros diligenter. & nuntiorum nomina hec
seruaturos se omnia iurant. Qui autem non
seruant diligenter: ilico expelluntur. Et omnes
fere cum ad aliam dietam ac uitam ueniant:
moriuntur. Sed multos ipsi rursus miserantes
recipiunt: cum putauerint non minores iam
ipsos penas dedisse: quam delicta eorum postulabat
Tanta uero tenuitate paucitateque rerum u-
tuntur: ut raro plus quam semel in septem diebus
aliui purgatione indigeant. Qua quidem ex
continentia in tantam perueniunt patien-
tiam / animique robur: ut nec aculeo / nec igne /
nec alio questionum genere impelli possint:
ut aut uerbo legis latorem uituperent: aut
illicitum quicquam commendent: maxime
in bello quod sibi a romanis illatum fuit os-
tenderunt. Nulla enim adulatione ad tor-
quentes unquam usi sunt. nullas lachrymas
torti emiserunt. Sed suauiter in doloribus riden-
tes & eis illudentes: a quibus torquebantur.
sic expirabant iucundissime: ut ad patriam
redire uiderentur. Firma enim hec opinio apud
eos est: corpora quidem morti esse subiecta:
animos uero tamquam inmortales semper uiuere.
Cumque a subtilissimo ethere demittantur: na-

Heccateus de eodem c. 2.

turali quodam delatos impetu corporibus con-
iungi. Cum uero a uinculis corporum quasi a
longa seruitute liberati sunt: tunc summo cū
gaudio altiora petere. Qua quidem uita & pie-
tate facile fit: ut multi apud eos futura preui-
deant. precipue quia sacris uoluminibus & ua-
ria carnis castigatione & prophetarum dictis
exercentur. Heccateus autem abderita uir
& uerbo & re phylosophus hystoriam de iudeis
conscripsit. a qua nonnulla sumere non erit
alienum. Multa inquit castella oppidaq; iudeis
sunt: una uero urbs munitissima quinquaginta
pene stadiorum habens circuitum. quam plu-
res q̄ centum & uiginti milia hominum habitat
que uocatur ierosolima. in medio cuius edes
lapidea est quinque iugerum lōgitudinis. lati-
tudinis cubitorum centum. cui porte duplices
sunt. In eo ara quadrata est. integris lapidib;
ac inornatis composita. cuius singula latera
uiginti: altitudo autem duodecim est cubito-
rum. Apud quam domus magna est. ubi alta-
re atq; candelabrum utraque aurea sunt: pon-
derum talentorum duorum. ubi lux nocte at-
q; die inextinguibilis ardet. Nullum ibi simu-
lachrum est: nulla omnino imago. nec planta
nec lucus: aut aliquod huiusmodi. Ubi nocte
ac die sacerdotes caste uersantur. nunquam in
templo uinum bibentes. Deinde cum rege quoq;
Alexandro nonnullos ait iudeorum militasse &
successoribus eius fideles fuisse. seq; cum uno
eorum sermonem habuisse: his uerbis narrat.
Cum ad mare rubrum proficisceretur: inter
alios equites iudeus quidam nomine Musoma-
mus insequebatur: homo quem omnes tam
greci q̄ barbari: qui eum cognouerant: & ani-
mi maximi & robusti corporis predicabant.
Erat autem etiam arcu peritissimus. Is cum au-
gur quidam omnes nos stare iussisset: interro-
gauit: quare fixi staremus. augureq; auem

ostendente atque dicente conducere ita stare quo usque auis tenderet: perspexissent: ut si ad anteriora uolaret: ceptum ire pergerent. sin autem posteriora uolatu peteret: reuerterentur. silentio arcu tracto auem percussit ac interfecit. Tunc augur & non nulli alii ualde commoti ei maledicebant. Ipse uero quis inquit est iste furor o homines. quomodo enim auis ista que nihil de se ipsa preuiderat: ueri aliquid de itinere nostro poterat nobis predicere. que si futura presciuisset: nunquam huc uenisset: ne a musomamo iudeo interficeretur. hec ab heccateo sumpta modo sufficiant. Clearcus autem peripateticus in primo libro de somno Aristoteli attribuens: uerba hec de iudeis scribit. Multa inquit Aristoteles possent de ipso dici. sed pauca modo referenda sunt. quamuis non ignoro multos somnia me fingere putaturos. Tunc hyperochydes uerecunde quoniam mirabilia dicturus es inquit: audire magis gliscimus. Tunc Aristoteles ergo inquit: ut rhetorici solent: de genere ipsius primum dicamus. Ita prorsus placet hyperochides inquit. Ille igitur subiunxit: Aristoteles iudeus erat, qui sunt calani ex india: Iudei autem a loco quem habitant: appellati sunt. Vrbs eorum asperrimo quodam nomine hierusalem nuncupatur. hic ab altioribus asye locis ad maritimas ciuitates descendens & lingua & animo grecus fuit. Cumque attidisset: ut eo tempore nos quoque in maritimis asye locis uersaremur: phylosophie amore ad nos sponte uenit. qui multo plura nobis attulit quam accepit. hec clearchus. Clemens autem numam romanorum regem pythagoricum fuisse asserit & moysaica mixtum doctrina legem dedisse romanis nullam imaginem deo attribuere. Unde annis centum & septuaginta ab urbe condita: nullam imaginem nec fictam nec pictam in templis romanorum respici potuisse. Ita numa occulte significauit: nullo

· Clearcus de eodem ·ca·3·

Aristoteles

modo: nisi mente ad similitudinem dei hominem
peruenire posse. Megasthenes autem qui cum Se
leuco uixit: uir hystorie peritissimus in tercio in
dicarum rerum: hec dicit. Omnia que de natu
ra prisci greci scripserunt: alii etiam ante ipsos
scripserunt. Nam et brachmani apud indos
et qui iudei uocantur: multo prius phylosopha
ti sunt. Aristobolus etiam in primo ad philo
metora his uerbis utitur. Legem nostram in mul
tis plato secutus est. Aperte nanque in multis di
ligenter examinasse singula uidetur. Moysaica
enim uolumina ante Alexandrum et ante per
sarum imperium traducta fuerant. unde plu
rima sicut et pythagoras phylosophus ille acce
pit. Numenius autem pythagoricus aperte scri
bit: nihil aliud esse platonem quam moysen attica
lingua loquentem. et in primo uolumine de bono
plato inquit atque pythagoras que brachmanes
magi egyptii iudeique inuenerunt: ea greci ipsi
exposuerunt. Et in tercio moysi meminit his
uerbis. Iamnes et Iambres egyptii erant uiri ma
gicis artibus a deo preponentes: ut museo iudeorum
duci uiro deo coniunctissimo soli resistere posse
a cunctis egyptiis iudicati sunt. Multas enim ca
lamitates quas museus egypto intulit: soluere
uisi sunt: his uerbis. Numenius et miraculis a
moyse factis et quod deo coniunctissimus esset
moyses: attestatur. Sed iudaice gentis Chorilus
etiam poeta priscus meminit et multos eorum
cum xerxe in greciam militasse affirmat. Por
phyrius autem in primo de phylosophia responso
rum Apollinem ipsum indicat: de iudeis hoc ora
culum edidisse. Attendere inquit oportet. quoni
am omni diuina repletum sapientia est oracu
lum Apollinis quod dicturus sum.

Responsum Apollinis de iudeis.

Dura uia illa nimis. aeratis clausaque portis.
Que uitam nobis aperit donatque beatam.
Nec uero uerbis facile enarrarier ullis.

Exponique queat: illo que semita ducat.
Quamprimum ante omnes ceperunt tradere pulchras
Qui nili epotant lymphas fenetibus inde.
proximaque assyriis ea cura: sed inclita longe.
Gens hebrea illam nouit: notamque recepit.

Et subicit exponens ita: uiam ad deum a barbaris inuentam fuisse dicimus: ab egyptiis scilicet atque chaldeis. hi enim assyrii sunt: et maxime a iudeis. Idem Apollo alio etiam quodam oraculo apertissime demonstrat his uerbis.

Chaldeis que uera esset sapientia tutum
hebreisque ipsis concessum agnoscere pura
Eternum qui mente colunt regemque deumque.

Sed de iudeorum pietate atque phylosophia hactenus dictum sit   uero hebraica ueritate conscripta: quod multi conueniant: modo consideremus. Cum igitur Moyses diluuium diuinitus illatum conscribat. a quo Noe cum suis archa lignea euasit. Berosus chaldeus. hyeronymus egyptius et Nicolaus damascenus hystorici eadem de re: ut iosephus in primo antiquitatis iudaice scribit: meminerunt. Scribit enim Nicolaus in nonagesimo sexto libro: ait super myniyada: magnum montem esse in armenia: barin appellatum. quo multos temporibus diluuii confugisse. ac nonnullos archa uectos: in cacumina montis applicuisse. lignaque arce illius longo temporis spatio postea perdurasse: unde bitumine ablato: ad expiationes: ut berosus ait: homines uti solent. hec iosephus. Ego autem ab Abydeno hystorico nonnulla tibi transcribam. Sissithrus inquit principatum deinde accepit: cui saturnus magnam uim aquarum futuram significauit. Quare saluare se cupiens ad armeniam nauigio fugiebat. sed aque ipsum in uia oppresserunt. Tertio autem die postquam aque cessarunt: aues emisit: ut per eas sciret: sicubi terra extaret. Que cum omnia una pelagi facie tegerentur: ad sissithrum (nullibi enim consistere poterant) reuerse sunt. post aliquot dies similiter factum fuit. Tertio misse: reuerse ad eum fuerunt limo pedes referte. Et tunc dii ab hominibus sissithrum rapuerunt. Nauis autem adhuc

inuenitur in armenia· cuius ligna remedium hominibus aduersus multos mirabiliter morbos afferunt· Rursus cum primos homines Moyses longis temporibus uixisse asserat· huius rei testes grecorum hystoricos iosephus citauit· Nullus inquit breuitate uite nostre considerans: falso scribi opinetur: tam magno annorum numero priscos uixisse· Illi enim deo amici & ab eo ipso immediatius producti & integriore utentes alimento: quod longiore tempore poterat permanere: non iniuria longioribus temporum spatiis uiuebant· Preterea & uirtutis gratia: & ut res posteris perutiles: astrologiam geometriamque inuenirent: longa sibi diuinitus uita largita fuit. que inuenire non potuissent: nisi saltem sexcentis solaribus annis quibus magnus annus reuoluitur: uixissent· Cuius rei testes etiam sunt omnes simul greci atque barbari· qui de antiquitate diligentius conscripserunt· Nam & manethus qui egyptiorum & berosus qui chaldeorum hystoriam collegit· Molus preterea estieus· hieronymus egyptius & qui phenitiam hystoriam tradiderunt· & ad hos hesiodus heccateus· helamcus· Acusilaus ephorus· ac denique nicolaus consona nostris dicentes mille annos priscos illos uixisse affirmant· hec iosephus· De turris edificatione scripsit moyses· & ab una lingua in multas tunc hominum genus confusum fuisse asserit· Et Abydenus his uerbis illi attestatur· Primos homines ferunt e terra natos: robore atque magnitudine confisos: diis spretis eo in loco: ubi nunc babylon est: ad solem usque tollere contendisse· Cumque iam fere ad celum edificando peruenissent: uentorum diis affuisse: qua super eos diruta turris cecidit· Cumque ad ea usque tempora unius lingue fuissent: multas in linguas diuisos fuisse· bellumque inter saturnum & titanum tunc inceptum· locumque babylonis nomen habuisse propter confusionem linguarum quam hebrei babel uocant· De turri autem & confusione linguarum etiam sibylla meminit dicens· cum omnes uno uterentur sermone: turrim edificare constituerunt: qua in celum ascenderent· eam dii uentis diruerunt· & lingua hominum mirabili uarietate confusa effecta·

ut babylon ea ciuitas uocaretur. De campo autē
qui sannaar appellabatur estieus sic memorat. Sa-
cerdotes inquit qui euaserunt ioui sacra in sena-
har babylonie contulerunt. confusaq; lingua ho-
minum: diuersas orbis partes habitare ceperunt.
Moyses rursus uitam Abrae late conscripsit. cui
multos exteriores hystoricos attestari iosephus his
uerbis scribit. De patre autem nostro Abram: quis
non nominat: scribit tamen beresus ita: ut a re-
bus ipsis non de alio q̄ de ipso dicere uideatur. Deci-
ma inquit post diluuium generatione preclarus
quidam iustusq; uir & singulari celestium doctrina
preditus apud chaldeos fuit. heccateus uero li-
brum de Abram conscriptum reliquit. Nicolaus
etiam damascenus in quarto hystoriarum hec
narrat. Damasci Abram regnabat cum exercitu
a chaldea profectus. nec multo tempore post etiā
a damasco abiens ad chananeam que modo iu-
dea dicitur: migrauit. cui nomen etiam nūc mag-
num apud damascenos est. uillaq; ibidem mos-
tratur: abrae domus appellata. Verum cū fame
chananea premeretur: egyptus uero magna co-
pia rerum affluere diceretur: libenter illo: ut etiā
egypti sacerdotes de diis dicentes audiret: cum
suis profectus est. Aut enim aliquid ab illis dis-
cere: aut meliora se tradit urum ipsis arbitraba-
tur. Et post pauca: cumq; unacum peritissimis
egyptiorum uersaretur: & uirtutem & gloriam
suam multo clariorem efficit. Egyptus enim di-
uersis uiuentibus moribus: & aliis aliorum mores
obscenis prosequentibus uerbis: ille semper que in
absentes dicebantur: falsa esse demonstrans: res-
puebat. Unde factum est: ut tanquā grauem
sapientemq; uirum admirati: tam ad intelli-
gendum q̄ ad persuadendum quod uellet para-
tissimum ducerent. Ipē uero arithmeticam &
astrologiam eos docuit. Nam ante aduentum
eius nihil harum rerum sciebant egypti: sed a
chaldeis in eos: unde in grecos quoque disciplinę
istae affluxerunt. hec iosephus. Alexander autē

hystoricus qui multarum rerum periciã habuit:
in uolumine de iudaica hystoria: Eupolemium aut
hec de iudeis scripsisse. Ciuitas inquit babylon
ab his condita primum fuerat: qui a diluuio eua-
serunt. Quos omnes gigantes fuisse constat: spar-
sos per uniuersam terram: postq̃ turrim quam
edificabant diuinitus concussa cecidit. Decima
uero generatione inchamaryne babilonica urbe
quam alij uriem dicunt: quod nomen latine cal-
deopolim significat: natus est Abram qui sapien-
tia omnibus excelluit. A quo astrologia fuit apd
chaldeos inuenta. Is iusticia pietateq; sua: sic deo
gratus fuit: ut diuino precepto in phenicem ue-
nerit. ibiq; habitauerit. & rationem solaris mo-
tus atq; lunaris: aliaq; astrologica phenices docue-
rit. Vnde phenicum regi gratissimus fuit. Sz cum
armenij temporibus suis bello phenices uicissent:
forte factum est: fratruelem etiam eius captiuũ
abduxerint. Abram uero uernas suos armauit.
factoq; impetu fudit fugauitq; armenios. nec
fratruelem solum liberauit: uerum etiã mag-
nam ab hostibus predam habuit. Qua de re le-
gati ad eum pro captiuis ab armeniis missi:
Ille autem omnem oblatam recusauit pecuniã.
sumptisq; solummodo que ad uictum ptinebant:
captiuos humanissime reddidit. Cum uero ab
eo bello Abram rediret in urbe argariza .i. latine
in monte altissim: a melchisedech sacerdote dei
ciuitatisq; illius rege hospitaliter susceptus: mag-
nificis fuit donatus muneribus. Et post pauca:
armone caritate oppressus in egyptum migrauit.
ubi uxorem eius quam sororem & uiduam esse
dicebat: rex egyptiorum adduxit. Sed peste do-
mum eius aggressa: ab aruspicibus didicit id
mali sibi accidisse: quoniam alienam uxorem
abduxerat. Ita uiro suo intactam reddidit mu-
lierem. Vixit autem Abram in elyupolycum sa-
cerdotibus: aquo astrologiam sacerdotes didice-
runt. qui tamen non inuenisse: sz ab enoh per
successionem sibi traditam fatebatur. Subiungit

deinde primum: secundum babylonios belum reg-
nasse: quem latine saturnium dicimus a quo belus
secundus & chanam orti fuerunt. atque a chanam
patrem phenicum natum fuisse qui genuit chum.
hunc ait chum asbolum appellari a grecis. ac ethy
opum patrem & fratrem mestraim patris egyp-
tiorum fuisse. Greci autem inquit athlantem aiunt
astrologiam inuenisse. Sed athlantem & enoch
eundem asserit fuisse. Enoch porro inquit genuit
matusalem qui ab angelis dei multa cognouit,
& ceteros docuit. Artapanus uero hystoricus: her
myuth iudeos dicit appellatos fuisse & hebreos
ab habramo dictos. quem ait ad pharethathen
egyptiorum regem migrasse & astrologiam illi
tradidisse. ac post uiginti annos in loca syrie
rursum rediisse. Melus autem in libris quos
aduersus iudeos conscripsit. Post diluuium in-
quit ab armeniis reliquias diluuii que ad eos
peruenerunt pulsas montana syrie: quia de-
serta erant: occupauisse. Et post tertiam ge-
nerationem habramum natum fuisse. quod
nomen patris amicum significare asserit. eumque
sapientissimum ait fuisse. duasque uxores du-
xisse. Alteram egyptiam: alteram indigenam.
suscepisseque ab egyptia que ancilla erat: filios
duodecim. qui arabiam obtinuerunt uniuersam.
Unde ad hec usque inquit tempora duodecim
regibus arabum populi reguntur. Ab indigena
uero inquit uxore unum habuit filium isac
quem latine risum appellare possumus. a quo
similiter duodecim nati filii sunt. quorum ulti-
mum ioseph appellauit. a quo tercius moyses
fuit. Ad hec Alexander hystoricus addit pre-
cepto dei ab Abraam in montem quendam duc-
tum isac fuisse ad sacrificium. diuinitusque a
tali sacrificio areptum. arietemque qui repen-
te astitit pro eo sacrificatum fuisse. Iosepus
etiam in primo de antiquitate iudaica quod

afrem Abre filius libiam occupauerit · ac ab
eius nomine regio illa africa appellata est sit ·
Alexander inquit in omni peritissimus hystoria:
his uerbis testatur · Cleodemus inquit propheta
qui & malcas dicitur: non aliter fere quam moyses de
iudeis scripsit · Is a chetura multos Abre fuisse fi-
lios narrat · Quorum tres nominat · afer · assur ·
afran · & assyriam ab assur dictam contendit ·
Ab afran uero atque afer urbem afram & regionem
africam appellatam · Sed de Abram hactenus ·
De iacob autem idem Alexander dicit: cum sep-
tuaginta quinque annos nactus esset: in mesopo-
tamiam parentum iussu fugisse: ut iram fratris
esau euitaret · reliquisseque parentem isach centum
& triginta septem annos natum · Et postquam septem
annis in mesopotamia fuit: fratris materni filias
lian & rachel duxisse · ac in aliis septem annis
duodecim filios suscepisse · Quorum non modo no-
mina: uerum etiam menses in quibus nati fuerunt:
memorat · Cumque redire ad parentes uellet ro-
gatum a laba alios sex annos permansisse · Ita
uiginti annis illum in mesopotamia uixisse · re-
deuntemque ad chanam cum angelo dei fuisse
colluctatum · Unde non iacobum: sed israelem ·
appellatum · habitasseque ipsum apud hemor
annos decem · & a sichem filio hemor denam
decenem quatuorque mensium raptam fuisse · Qua
re Simeon uiginti & unum annos ac menses
quatuor natum & leuim annos uiginti & men-
ses sex · commotos hemor & sichem filium eius
ceterosque omnes mares interfecisse · Multis deinde
locis mutatis tandem in ephrata: quam etiam
bethleem appellant uenisse · ubi rachel postquam ei
genuit beniamin: mortuam fuisse · quam cum
israele coniunxisse annos uiginti tres · inde ab
ephrata in manbri ad parentem isach redisse ·
Tunc ioseph decem & septem annis natum egyp-
tiis uenditum fuisse asserit · & carcerum uincula
ter decim annis perpessum: somnii regii declara-

tione liberatum · septem annis egyptum guber-
nasse · Isach uero anno uno ante uenditionem
Joseph: centum & octoaginta natum annos: di-
em suum obiisse · Joseph deinde in egypto aseneth
filiam petephri sacerdotis in uxorem duxisse · ac
duo manassem & afrem fratres natos ab ea sus-
cepisse · Et post annos nouem postq̄ in magnum
peruenit statum: patrem ac fratres in se aduo
casse · pastores enim omnes illos fuisse · Que res
egyptus turpissima uidebatur · ac ideo tandē
uocatos docuisse: ne si a rege interrogarentur
de artificio suo: pastores se dicerent · Questionē
etiam mouet quare in prandio quincuplas ben
iamin germano suo partes apponi Joseph iusse-
rat · Quod ideo factum affirmat: quoniam sep-
tem filios lia patri eius pepererat: Rachel autē
mater sua duos · propterea beniamin quinque
partes dedisse, & ipsum duas accepisse: ut septē
etiam ipsi partes: quot & heliae filij haberent:
ne domus matris sue minor uideretur · habitas-
se autem eos in terra chanani annos ducentos
& quindecim: Abram uiginti quinque · Isac sex-
aginta: Jacob centum triginta · Cumq; iam
tercio anno fames omnes illas partes depopu
laretur: migrasse in egyptum Jacob annos cen
tum & triginta natum · Etatem deinde omniū
filiorum Jacob quam transmigrantes habebant:
conscripsit · fuisseq; affirmat ab Adam usque ī
migrationem iacob in egyptum annorum tria
milia & sexcentena cum uiginti quatuor · A di
luuio uero mille & tricentena quadraginta
mortuumq; fuisse iacob in egypto annos natū
centum & quadraginta septem · Leuium autē
centum & triginta septem annorum nature
concessit · filiumq; relinquisse caath nomine an-
norum quadraginta a quo natum ee alterū
Abram · in cuius etatis anno quartodecimo Ja-

seph dicit suum in egypto obiisse natum annos centum et decem. Abram deinde hunc posteriorem: duxisse uxorem iochabeth auunculi sui filiam et in septuagesimo octauo etatis sue anno Aron et moysen ab ea suscepisse. Inter quos tris annos interfuisse dicit. mortuumque fuisse Abram natum annos centum et triginta sex. hec ab Alexandro sumpta sufficiant. Theodotus autem elegantissimo carmine gentis iudeorum hystoriam conscribens: hec eadem de Iacob et de filiis suis et de ioseph conscripsit. Artapanus similiter et philon non iudeus in xiiii° anno de ierosolimis ipse quoque carminibus similia de iudeorum maioribus testatus est. Aristeus autem in iudaica hystoria de iob quoque conscripsit dicens. Esau ipsum filium fuisse. habitasseque in hidumee atque Arabie finibus. fuisseque ipsum et iustitia et diuitiis precipuum. tentatumque diuinitus magnis calamitatibus fuisse. Primum enim armenta eius latrocinio sublata. Deinde septem milia ouium unacum pastoribus fulminibus periisse. Et postremo filios eius domo super ipsos lapsa expirasse. atque uno eodemque die corpus eius uniuersum ulceribus repletum fuisse. Cumque ita male affectus esset: elypham temanitarum regem: ad ualdad saucheorum tyrannum et sophar mineorum regem et elium zobithem ad consolandum ipsum accessisse. Quibus Iob respondisse: sponte sua se paratum esse omnia ita sufferre: ut a pietate in deum nunquam remoueatur. Ita propter hanc magnanimitatem eius liberatum a morbo et ditiorem quam prius factum diuinitus fuisse. Nunc Eupolemum de moyse audiamus. Ait enim sapientissimum hominem moysen fuisse et literas iudeis primum tradidisse. et a iudeis phenices accepisse: Grecos uero a phenicibus. Artapanus autem in ierim

chenephri egyptiorum regis filiam ait puerum
quoniam ipsa non pareret: in deum adoptasse.
Quem iudei moysen inquit: greci museum appel-
lant. cuius doctrina multa orpheus didicit.
hunc moysen instrumenta bellica inuenisse
affirmat. literas quoque quas sacerdotibus
tradidit: egyptiorumque urbem in sedecim par-
tes diuisisse. ac singulis prefectos instituisse.
Que omnia uidelicet fecerat: ne populi ut
solebant conspirantes: modo hunc: modo illum
a regno expellerent. Unde factum esse ait: ut
quasi deus ab egyptiis coleretur. et propter litera-
rum inuentionem mercurium appellatum. Qui-
bus rebus chenephrim inuidia commotum cau-
sam interficiundi moysi quesiuisse. Et sic aduer-
sus ethiopas in egyptum irruentes cum imperio
ipsum misisse. exercitumque sibi a iudeis maxime
conscripsisse. ut propter imperitiam militum una
cum eis periret. Quod bellum: ut ab eliopolita-
nis accepisse asserit: decennio gestum fuit. et propter
diuturnitatem eius ciuitatem in eo loco con-
ditam: ubi sedentes ethiopum impetum susti-
nebant. quam ermopolim inquit .i. mercurii ci-
uitatem appellant. Ibi consecratam primo ibim
fuisse: quoniam nocentes interficeret serpentes.
Ethiopas autem admiratione uirtutis ita moy-
sen coluisse: ut etiam circumcisionem ab eo di-
dicerint. Ita peracto bello cum uictor redisset:
uerbo quidem a rege bene susceptum: re autem
quotidie mortem illi quesitam ac insidias mul-
tis modis paratas: maxime cum ad meridiem ma-
trem ultra egyptum in ethiopie finibus sepul-
tum: ex precepto regis proficisceretur. A nomine
cuius urbem ubi sepulta: meroen appellatam.
nec minus quam ysidem ibi cultam fuisse. Que cum
moyses percepisset: in arabiam illico profugisse.
Et raguelis arabie regis filiam in uxorem duxis-
se. Interea elephanciae morbo: quoniam multis

modis iudeos premebat: egyptiorum regem expirasse. Ad alia enim opera que ipsos construere iussit: diuersam etiam quam egyptij uestem indui uoluit: ut facilius cogniti ab hominibus tanquam impij punirentur. Moysen autem a deo quotidie liberationem populi petere & quodam die repente coram eo ignem e terra ubi nulla incendio apta materies erat: subito erupisse. ac uocem editã fuisse: liberandos sibi ee iudeos & in antiquam patriam conducendos. hac re fretum priusq exercitum comparasset: ad regem egyptiorum soceri consilio descendisse. dixisseq orbis domini iussu liberandos ee iudeos. Quo audito in carcerem ipsum fuisse intrusum. unde nocte custodibus mortuis & repente portis patentibus. armisq omnibus que ibi fuerant fractis: exiuisse. rectaq uia in regiam usque ad regis cubiculum ianuis apertis ad ipsum regem intrasse. Interrogatumq a stupente rege: quodnam esset dei nomen a quo missus esset. Cumq a ceruicibus inclinatus moyses in aure sibi dixisset: audientem mutum cecidisse et a moyse suscitatũ fuisse. scripsisse quoq ipsum nomen dei in tabula dicat. quas literas cum nonnulli sacerdotum deriderent: legere nescientes: spasimo aũt omnes expirasse. Tunc etiam signum rege petente: baculum a moyse in serpentem conuersum: omnibus magno timore perculsis: a cauda captum draconem in baculum rursus conuertisse. Deinde nilum baculo percussum abundasse adeo: ut uniuersam egyptum summersionem timere: uerissimum sit. singulisq annis ex illo tempore nilum similiter abundare. postea cum aqua rursus baculo percussa in alueum suum redisset: animalibus in fluuio cũctis morte corruptis: magno fetore ita aquã oluisse: ut egyptij siti & pestilentia simul laborarent. Regem autem perterritum inclinatũ iam fuisse ad dimittendum populum. Sz men-

phiticos sacerdotes uocatos moriq; iussos: nisi ali
quod signum ipsi etiam ederent: magicas artibus
dracone producto / & fluuii colore mutato: effe-
cisse: ut elatus rex iudeos atrociter tractaret.
Tunc a moyse terram baculo percussam: muscas
uenenosas: deinde rursus percussam: locustas
ranas aliaq; huiusmodi monstra produxisse. Vn-
de apud egyptios ubique in templo isidis baculū
deponitur atq; colitur. Terram enim isidem eē
que baculo percussa monstra producebat. Tan-
dem cum grandine perturetur & terre motu egyp-
tus uniuersa quateretur: quo domus & templa
multa ceciderunt: perfractum calamitatibus
regem: iudeos liberasse, quos ab egyptiis argen-
tea aureaq; uasa, uestem & aliam gazam mu-
tuo accepisse. ac tercio die postq̄ recesserunt:
in mare peruenisse. Dupliciter deinde rem ferri
dicit. Memphitas enim dicere cum magnam lo-
corum moyses haberet peritiam: refluxum ma-
ris obseruasse. ac ita cum populo transiuisse. Elio-
politas autem ꝓpter gazam quam iudei mutuo
abstulerunt regem commotum magna manu
in iudeos profectum fuisse. Moysen uero percussisse
baculo mare: ut celesti uoce admonitus fuit / &
sic diuiso mare transiuisse. Cumq; post iudeos
persequerentur egyptii: tum fulminibus: tum reflu-
entibus aquis periisse. iudeosq; liberatos annos
triginta in heremo uixisse. quasi niuem deo quo-
tidie illis pluente: qua nutriebantur. Moysen au-
tem longum ait fuisse, flauum, canum, prolixio-
re capillo ac barba. & denique statura & facie
dignitatis permagne. Omnia uero ipsum absol-
uisse ait annos natum octoaginta nouem. Eze-
chielus etiam poeta uniuersam iudeorum histo-
riam carmine moreq; tragico scripsit. & in omni-
bus fere cum diuina scriptura conuenit. Et
Demetrius hystoricus similiter qui dicit moysen
ex egypto in madian profugisse. ac ibi iothoris

filiam sophorem nomine in uxorem duxisse. qua coniectura a nominibus capta ex Abram genus traxisse affirmat. Abram enim ex Chetura Iexan genuisse. et ex Iexan natum fuisse adam. a quo Raguelem. ex Raguele uero Iothor et bab. et Iothoris filiam moysi nuptam fuisse. Generationes quoque ait ita conuenire: ut uerisimile: Semphoram et moysen et Abram descendentes eisdem temporibus fuisse. Moysen enim septimum: Semphoram autem ab Abram sextam fuisse. Generationes quoque ait ita conuenire. et madiam urbem ab uno filiorum filiorum Abre nominatam fuisse. Eupolemus uero moysen ait quadraginta prophetasse annos. Iesue autem triginta et uixisse centum et decem et tabernaculum ab eo in silo fixu fuisse. et post eum Samuelem pphetasse. a quo iussu dei Saulem ad regendum electum regnasse annis uiginti uno. post eum dauid filiu eius. a quo syros et phenices usque ad euphratem domitos fuisse. Idumeos etiam ammanithas. mohabithas. ithureos. nabatheos. nabdeos. Suronemq; tyros ac phenices: reges bello coactos tributa iudeis contulisse. eiq; petenti locum fuisse diuinitus monstratum: ubi templum eet edificandum. Angelum enim uidisse in eo loco stantem: ubi altare postea conditum fuit. cui angelo nomen chanathan fuisse. a quo non fuisse permissum dauid: quoniam sanguine hominum ppter bella que gessit contaminatus erat: templum edificare. Sed q magnam posset facere preparatione: ut templum a filio eius fatalius conderetur. Itaq; comperasse ipsum eius. argenti. auri. talenta non pauca. lapides etiam et ligna cupressi atq; cedri. Naues enim eum preparasse in elanis arabie ciuitate misisseq; in insulam urphen in rubro mari positam auri metallis abundantissimam. Vnde in iudeam innumerabilia pene pondo auri delata fuisse. regnasseq; Dauid annos quadraginta. ac ab eo regnum Salomoni filio duodecim annos agenti traditum fuisse. imperatiuq;

ut templum edificaret · a quo iam regnante ad
uaphrem egypti regem hoc exemplo litteras missas
Rex Salomon · litera Salomonis regis.
Rex Salomon Vaphri egyptio regi amico pater
no salutem · Scias me a deo magno Dauid pa
tris mei regnum accepisse · Cumque mihi pater
preceperit: templum dei qui celum et terram
creauit condere: ut etiam ad te scriberem: pre
cepit · Scribo igitur et peto abs te: ut artifices
atque fabros ad edificandum templum dei mit
tere uelis. Vale · Ad hec vaphren sic rescripsisse ·
R litera regis Egypti ·
Rex Egypti Vaphres. Regi Salomoni salutem · lec
tis literis tuis non paruo affectus gaudio sum:
quod patri tuo optimo et diuinitus probato in
regnum successisti · Ad edificandum autem tem
plum dei inter fabros atque ministros octoaginta
milia hominum ad te destinaui · Dabis igitur
operam: ut ordine uiuant et rebus necessariis
non careant · temploque dei condito incolumes
ad nos redeant · Vale · Et tyrio quoque re
gi scriptum fuisse hoc modo · litera Salomonis.
Rex Salomon · Surom tyri sydonis atque phem
ciae regi amico paterno salutem · Scias me
a deo magno Dauid patris mei regnum acce
pisse · Cumque mihi pater preceperit: templum
dei qui celum et terram creauit: condere: ut
etiam ad te scriberem precepit · Scribo igitur et
peto abs te: ut artifices atque fabros ad edifican
dum templum dei mittere uelis. Vale · Ad hec
Suronem sic rescripsisse · litera Suronis Regis
Suron Tyri sydonis et phenitie rex · Salomoni
regi salutem · lectis literis tuis gratias egi deo
qui tibi regnum patris tradidit · Et quoniam
scribis fabros ministrosque ad condendum tem
plum dei esse mittendos: misi ad te milia ho
minum octoaginta · et architectum hominem
tyrium ex matre iudea uirum in rebus

architectore mirabilem. Curabis igitur ut neces
sariis non egeant & templo dei condito ad nos
redeant. Vale.

Scripsit autem salomon in galileam & samariã
ad mohabitas inquit & amanitas & galathidas:
ut frumenta & uinum centum & sexaginta mi-
libus hominibus diligenter sumministrarent.
oleum autem a iudea eis prebebatur. ligna igi
tur primum que a patre ipsius in monte libani
cesa iacebant: per mare ioppen: ac inde in ie-
rosolimam duxisse. incepisseque templum dei edi
ficare annos terdecim natum. populos in opere
iugiter fuisse. & preter frumentum ac uinum:
cetera necessaria sunt a iudeis per singulas tri
bus: singulis mensibus ministrata. fundatuque
templum longitudinis cubitorum sexaginta.
& latitudinis similiter. fundamentorumque lati-
tudinem decem cubitorum fuisse. Sic enim na-
than dei prophetam iussisse. edificatumque tem-
plum totum undique a pauimento usque ad
tectum deauratum. & tectum laquearibus
factum aureis & tegulis eneis deforis contec-
tum. duasque columnas eneas altitudine equa-
les templo: decem cubitos in circuitu contmen-
tes: auro deauratas soliditate unius digiti: al
teram a dextris: alteram a sinistris templi sta
tuisse. candelabra quoque aurea talentorum
singula decem ad exempla eorum que a moy-
se in tabernaculo facta erant: fecisse. Et alia
a dextris templi: alia a sinistris posuisse. lucer-
nas autem aureas sexaginta septem in uno
quoque candelabro factas & fornicem maxi-
mam ad borealem templi partem edificasse. que
quadraginta octo eneis columnis sustentaba
tur. fecisse etiam labrum uiginti cubitorum
longitudinis & latitudinis similiter. profundi-
tatis autem cubitorum quinque. gradusque cir
cunductos construxisse: ut sacerdotes adire ac

.Nathan.

.Descriptio templi Salomonis.

pedes & manus lauare possent. posuisseque ad dexte-
ram partem altaris. iuxta quod bassin fecisse duo-
rum altitudinis cubitorum: ut in ea rex staret.
quo facilius ab uniuerso populo uideretur. altare
quoque fecisse duorum cubitorum altitudinis. &
catenas tanquam rhetia super omnem templi altitu-
dinem uiginti cubitis instrumentis quibusdam
extendisse. a quibus quadringenta tintinabula
erea dependebant. hoc factum fuisse: ne aues su-
per templum sederent. neque nidos in laquearibus
eius facerent: ut templum ab omni foret immun-
ditia incontaminatum. hierusalem quoque urbe
muris turribus ac foueis ab eo fuisse circunduc-
tam regiam quoque sibi edificasse que hieron sa-
lomonis .i. latine salomonis edes fuit appellata.
Vnde corrupto postea uocabulo urbem hierusalem
uocatam fuisse & hierosolyma grece appellari.
Quibus factis sacrificium deo mille boum in sylo
fecisse & tabernaculum altareque simul & uasa om-
nia a moyse facta inde in hierosolymam ad tem-
plum dei transtulisse. Archam similiter & cande-
labrum, & mensam ceteraque omnia ut propheta
precepit deoque hollocaustum fecisse duomilia o-
uium & tria milia quinquaginta uitulorum. To-
tum aurum quod in templo columnis ceterisque
omnibus templi uasis: fuit consumptum: quadra-
gesies sexies centena milia fuisse. Argenti uero ad
clauos & alia instrumenta mille ducenta trigin-
ta duo talenta. Eris uero in columnis & formi-
bus ac ceteris talenta decem & octo milia & quin-
quaginta. misisseque omnes in regiones suas: phe-
nices simul atque egyptios decem auri talenta sin-
gulis data. Talentum autem dico inquit quod
siclum appellant. & egyptiorum quidem regi ole-
um & mel in magna quantitate misisse. Surom
autem columnam auream que tyri in templo
iouis conspicatur. Vnde ille simulachrum filie
fecit quod in aurea columna imposuit. mille
quoque scuta facta fuisse a Salomone aurea con-
firmat. Vixisseque ipsum ait annos quinquaginta

duos. & regnasse quadraginta. Timochares au-
tem qui antiochi res gestas conscripsit quadra-
ginta stadiis circundata hierusalem asserit ab-
ruptis uallibus undique natura munitam ur-
bemq; ipsam multis aquis irrigari. ut ortos
quoque multos extra urbem aquis inde fluen-
tibus irrigari. Ad urbem autem usque ad qua-
draginta stadia magnam ēē aquarum pe-
nuriam. philo autem fontem fuisse maximū
in urbe asserit qui tempore hiemis deficiebat.
estate uero copiosissime defluebat. Aristeus e-
tiam in libro de interpetratione legis iudaice
de aquis hierosolymorum hoc modo scribit. Tem-
plum inquit adortum respicit. posteriora eius
ad uespera tendunt. lapidibus autem orna-
tissime pauimentum templi constratum est.
& aqua sepius in templum immittitur: ut a
sanguine detergat. Multa enim animalium
milia in solemnitatibus offeruntur. Fons uero
copiosissime atq; iugiter in templo ipso scatu-
rit. ex quo magna uis aquarum per cloacas
plumbo consolidatas defluit. his ita dictis
non est pretermittendum quod de hieremia
polistor conscripsit Alexander. Temporibus
inquit ioachim hieremias pphetauit qui mis-
sus a deo: cum iudeos aureo simulachro cui no-
men erat baal sacrificantes repperisset: futu-
ram eis ppter hoc calamitatem predixit. Un-
de ioachim uiuum iussit cremari. Illum aute
dixisse foucas ipsos a rege assyriorum captos
iuxta tygridem atq; euphraten eisdem lignis
facturos. hec nabuchdonosorem babylonio-
rum regem audiuisse. ac Astibare medorum
rege in auxilium adducto centum et octua-
ginta peditum: equitum centum & uiginti
milia ducentem ac decem milia curruum.
primo samaritanas omnes urbes galileam,
scytopolim & galathidem euertisse. Deinde hie-

rosolyma.

rosolyma & iudeorum regem ioachim uiuum ce-
pisse. & aurum argentum es ceteraque omnia que
in templo fuerant: archa excepta & tabulis in ba-
bylonem asportasse. Archam enim inquit hiere-
mias detinuit. Et rursus post aliqua. Nabuchdo-
nosor inquit. postquam predicta menia edificare ce-
pit: grauiter egrotauit: mortuusque est. post qua-
dragesimum tertium annum regni sui. cui Emilma-
lurchus filius successit. hic propter iniquitatem &
lasciuiam a neriglisaro sororio suo insidiis excep-
tus: in secundo anno regni periit. Et post eum in-
terfector eius quatuor annis regnauit. Deinde fi-
lius eius Labassorachus mensibus nouem. quo in-
sidiis interfecto communi consilio: nabonnida
insidiatorum unus regnauit. qui babylonie mu-
ros qui iuxta fluuium sunt: lateribus & bitumi-
ne condidit. In septimo autem & decimo anno reg-
ni eius Cyrus rex persarum magna manu baby-
lonios petiit. Nabonnida uero regnum suum de-
fensurus exercitum construxit. & uictus pugna
in borsippum urbem confugit. quam Cyrus ba-
bilone capta obsedit. Sed nabonnida diu ferre
obsidionem non potuit. seque Cyro tradidit. qui quam
humanissime ipsum tractauit. ac in carmaniam
cum dignitate ire iussit. ubi non multo post na-
ture concessit. hec iudaicis libris immo uero nos-
tris conuenire uidentur. Scribitur enim in ipsis
decimo atque octauo anno regni sui nabuchdo-
nosorem templum destruxisse. quod secundo an-
no regni Cyri restituit: ceptum: decimo anno reg-
ni darii: tandem conditum fuit. Sed Abydenus
etiam de assyriis & nabuchdonosore hoc modo scri-
bit. Megastenes inquit uir priscus nabuchdono-
sorem: hercule robustiorem dicit fuisse. uniuer-
samque libiem: ceteramque Asyam usque ad ar-
menios domuisse. quem chaldei dicunt: cum in
regnum suum redisset: furore: diuinitus cap-
tum: magna exclamasse uoce: futuram o ba-
bylonii uobis ego calamitatem prenuntio. quam

neque belus ille, nec ulla uis deorum auertet.
Veniet persa semiasinus qui uobis afferet seruitu
tem. His aliisque huiusmodi dictis subito euanuit.
Cui filius nilmarudocus successit. quem iglisa
res interfecit. ac loco eius regnauit. cui babaso
arascus filius successit. quo insidiis interempto:
nabinnidochus regnauit. Hunc Cyrus capta baby
lone carmanie principem fecit. De babylone quoque
Abidenus hec scripsit. Omnia inquit illa loca aquis
contecta fuisse dicuntur. belus autem regionem
siccasse perhibetur et babyloniam condidisse. Que
menia aquarum illuuione deleta: nabuchdono
sorus restituit. Que remanent ad hec macedonum
tempora. Et post pauca: cum principatum autem
nabuchdonosorus accepisset: continuo babylo
nem triplici muro quindecim diebus muniuit.
Et fluuios Armachalem atque Achramum ab Eu
phrate ortos obstruxit. paludem etiam effodit ui
ginti passuum altitudinis parasangeorumque
quadraginta. portasque in ea fecit. quas riuo
tenentes appellabant. Quibus apertis babylo
nie campos irrigabant. rubrique maris inunda
tionem obstruxit. et thezedonem urbem ad sus
tinendos arabum impetus condidit. et in regia
pensiles ortos plantauit. hec ab Abydeno su
mere placuit. Quoniam legitur apud Danie
lem nabuchdonosorem in templo suo ambulan
tem arrogantia motum dixisse. An non est is
ta babylon magna: quam ego in potentia mea
ad laudem glorie mee in domum construxi.
Et adhuc ista loquentem euersum fuisse. Ad
hec omnia illa placet afferre: que Iosephus in libro
de antiquitate iudaica dixit. Sufficiunt inquit
ad ostendendam antiquitatem iudaicam syrio
rum simul chaldeorum et phenicum scripture.
et grecorum innumerabiles hystorici: maxime
Theophilus. Theodotus. Mnaseas. Aristophanes.
Ermogenes. Euhemerus. chonon. ac denique

Copitio. Qui omnes & alii forsan complures (nec
enim omnia ipsa legi) diligenter de nostris con-
scripserunt. Quorum multi etsi in nonnullis ob-
errarint: communiter tamen ab omnibus an-
tiquitati nostre testimonium perhibetur. Quan-
uis phalereus Demetrius & philo senior qui car-
mine conscripsit; ac Eupolemus non longe ab-
sunt a ueritate. Quibus uenia danda est: quo-
niam magnam nostrarum literarum peritiã
non habuerunt. hec Iosepus & alia huiusmodi
multa, que breuitati consulentes pretermisimus:
ac ad alia transire constituimus.

Liber Decimus incipit :–

HEc iosepus & alia huius
modi multa que breuita-
ti consulentes pretermisi-
mus ac ad alia transire
constituimus. Nam quo-
niam quibus rationibus
gentilium fabulis contep-
tis scripturam hebreorum
suscepimus: dictum est.
ac ipsos grecos & uitam &
doctrinam hebreorum admiratos fuisse: aucto-
ribus suis demonstratum. Age iam declaremus
multa quoque ab hebreis grecos sumpsisse. Quem
admodum enim geometriam. arithmeticam.
musicam. astronomiam. medicinam. ipsa de-
nique literarum elementa. artesq; ceteras a bar-
baris: ut postea ostendam: greci acceperunt. Sic
de pietate in unum deum ac reliqua que ad uti-
litatem animę pertinere uidentur. Dogmata
non aliunde q̃ a iudeis: ut paulo post patebit:
habuerunt. Quod si quis contendat natu-
rali quadam ratione ipsos ea inuenisse: nec hoc
quidem recusabimus. Nam si ea que a prophe–

tis iudei acceperunt: & preclarissimi grecorum
phylosophi conscripserunt: diligenter sequi uo-
lumus: non eximus certe accusandi. Non autem
immiretur quispiam: si ab hebreis multa eos fu-
ratos esse asserimus: cum non modo disciplinas
atque artes a barbaris abstulerint: uerum etiã
ad hos usque dies ambitioni seruientes: alter al-
terius inuentionem furentur. Immo autẽ non-
nulli uniuersa aliorum uolumina suis nomi-
nibus ascripserint. Non sunt mea hec uerba:
sed eos ipsos audias: cum alter alterum furti ar-
guãt. Quod primum ostendere aggrediamur:
ut mores eorum facilius cognoscas. Cum enim
ipsi alter ab altero furtim honorem sibi arripi-
ant: quomodo abstinere a nostris poterunt. Cle-
mens igitur noster in sexto aduersus gentem poe-
tarum. phylosophorum. hystoricorum. oratorũque
furta preoculis posuit. Textus enim ipsos orphei.
homeri. hesiodi. heracliti. platonis. pythagore.
herodoti. Theopompi. Tucidide. Demosthenis.
Eschinis. Isocratis. aliorumque transcripsit & con-
tulit. reque ipsa ostendit. multos nominibus suis
aliorum edidisse uolumina. ueluti Eugramon
cyreneus musei de tespeotis librum integrum
sibi attribuit. nec solum perutilia a barbaris
dogmata furatos esse: uerum etiam que nobis
per sanctos uiros miraculose tradita sunt: imi-
tatos: fabulis implicuisse. Percunctaturque ab eis
falsa ne sint que scribunt: an ueritatis aliquid
contineant. Si falsa inquit dicent: ut menda-
ces contemnemus. Sin uera: cur ea que a moyse
ac prophetis facta ẽẽ dicuntur: non creduntur.
Similia enim multa esse nemo ignorat: sicut
illud quod in primis fertur: longo tempore: Io-
uem olim non pluisse/ uniuersamque gretiam
aquarum penuria confectam: Apollinem inter-
rogasse: quid sibi esset faciundum. Responsique
oratione ipsius eachi opus ẽẽ. Ascendit igitur
rogatus in montem eachus. & mundis in celũ
extensis manibus communem patrem omniũ

invocavit · oravitque: ut ab hac calamitate libe-
rare gretiam dignaretur · Quo adhuc orante nu-
bes excitate · tonitrua facta · magnaque vis pluvie
subito erumpens universam gretiam irrigavit ·
Ita orationibus eachi fecundissimus grecis an-
nus tunc fuerat · hoc inde sumptum esse: quis
non viderit · Et invocavit Samuel dominum
& dedit dominus voces & pluviam in diebus mes-
sis: Innumerabilia huiusmodi clemens conscri-
bit: quibus furacitatem grecorum ostendit · Que
si legeris: quanta sit eorum ambitio: non igno-
rabis · Verum quoniam iste noster est: ab ipsis
grecorum phylosophis: ut solemus: latrocinia
grecorum ostendamus · Audias ergo quid de hac
ipsa re scripsit porphyrius in libro de studioso au-
ditu · Apud longinum inquit ad honorem pla-
tonis: ut singulis annis fieri solet: multi simul
phylosophi cenabamus · & post cenam: ut fit: va-
riis de rebus colloquebamur · Cum interim inter
caustrium & maximum orta dissentio esset: Ma-
ximus enim ephorum Theopompo anteponebat ·
Caustrius vero furem fuisse: nihilque a se ipso scrip-
sisse: ostendebat · ac a demacho & Calistene &
anaximene plura quam tria milia commatum su-
blata & in concione transposita ostendebat ·
Tunc Apollinius grammaticus: ignoras inquit
caustri: Theopompum etiam quem tu laudas:
furtis plenum esse · Nam in undecimo de philip-
po ab areopagetico Socratis: quod nihil aliud:
aut boni aut mali aliunde quam a se ipsis homini-
bus accidat · ceteraque huiusmodi ad verbum
transcripsit · Sed non orationes solummodo ille
furantur: verum etiam aliorum gesta falso
aliis tribuit · nam cum Andro hystoriam divi-
nationum conscripserit: dicatque de pythagora
quod aquam a puteo haustam in metaponto
sitiens: postquam bibit in tercium diem terre mo-
tum fore predixerit: hec omnia Theopompus
ad alios transtulit · pherecydem enim syrum

ita predixisse asserit. nec in metapompo: sed in
Syria id fuisse dicit. Sibaris quoque urbis captiui-
tatem ad Messene urbis casum transtulit. Tum
nicagoras. Ego quoque inquit cum hystoriam eius
legerem: multa ipsum a Xenophonte accepisse,
mutasseque in peius consideraui. Xenophon enim
in quarto farnabaci et Agesilai collocutionem
per apolophanem cyziphenum factam: ita cons-
cripsit: ut dignitas et mores utriusque cum legas
cerni oculis uideantur. hanc rem in undecimo
hystorie grece Theopompus traduxit. Itaque dicit:
ut muta tardaque omnia uideantur. Ut enim
furtum celaret: ea interposuit: que cunctatio
nem quandam colloquentium ostendunt et ani-
matam Xenophontis orationem corrumpunt.
Tum Apollonius cur Theopompum et Ephorum
uiros in dicendo tardi furti accusamus. cum Me-
nander quoque similiter fecisse inueniatur. Et
cum ab Aristophane grammatico qui eum ual-
de amabat: admonitus fuisse dicatur. Unde la-
tinus sex edidit libros quos menandri furtis
inscripsit. ubi omnia que ab aliis accepit unum
in locum contulit. sicut philostratus alexandri-
nus de Sophocle fecit. Cecilius autem integram
ad finem fabulam antyphanis que comista dici-
tur a menandro in dysidemonem transcriptam
ostendit. Sed quoniam in hanc rem nescio quo
modo incidimus: ego quoque accusare hyperidem
uolo: multa fuisse a demosthene furatum. Verum
quoniam eisdem fuerunt temporibus: uestre puto
coniecture relinquendum: quisnam ab alio fu-
ratus sit. Ego uero hyperidem existimo. Si au-
tem uos demosthenem ab illo accepisse conten-
detis: laudo. quoniam que accepit: multo pres-
tanciora reddidit. Vituperandum autem hy-
peridem duco: si elegantissimam demosthenis
orationem ad peius peruertit. Et post pauca
helanicus etiam inquit que de moribus barba-
rorum conscripsit: ab herodoto et damasso in-
tercepit. Quid uero aut de herodoto dicam: qui
in secundo ab hecatheo milesio multa trans-

tulit: ueluti de phenice, aut de fluuiali equo, de uenatione crocodillorum, aut de Isocrate atque demosthene. quorum alter in numularia oratione: alter in oratione aduersus onethorem: omnia que de questionibus hysseus in oratione ciloms dixit: eisdem fere uerbis transtulerunt. aut de dinarcho qui multa eisdem uerbis a demosthene transcripsit. aut imachus etiam poeta multa furatus ab homero parumque immutata conscripsisse inuenitur. Verum ne alios furti crimine accusando, ipse quasi fur reprehendi possim: unde hec habui: dicendum mihi ee uideo. lysimachus igitur duos libros furtorum ephori conscripsit. polionis etiam ad soteridam epistola extat de ctesii furtis. liber etiam eiusdem legitur de simili herodoti crimine. et in libro quem de uestigiis inscripsit: furta theopompi recitat. Tum prosenes: Alios quidem inquit fures deprehendistis. platonem autem cuius solemnitatem tanquam herois hodie celebrantes: apud longinum conuenimus: hoc ipsum fecisse. uereor enim furti uocabulum dicere: cum de platone uerba facio: non deprehendistis. Quid ais inquit calieta: aio inquit quod rebus ipsis probabo. Et fortassis multo plura inuenirentur. si eorum qui ante platonem phylosophati sunt: libri omnes reperirentur. Nam cum forte his diebus prothagore de ente librum legerem: aduersus eos qui unum ens dicunt ee: eadem omnino inueni scripta que apud platonem scribuntur. Quod ut ita ee cognoscatis: ipsum audiatis. Nouitate nanque rei commotus omnia memoriter tenere studui. his dictis uerba ipsorum phylosophorum conscribit: quibus apertissime furem fuisse platonem ostendit. Sed satis iam dictum est: quod alter ab altero greci furentur. et alter alterum studiose redarguant. Non est autem ab hac prepara-

Quod omnes disciplinas et artes a barbaris greci acceperunt. c. 2.

tiane euangelica alienum breuiter ostendere
disciplinas omnes & artes a barbaris grecos ha
buisse: ne quis accusare nos audeat: si ab hebre
orum scriptura pietatem didicisse predicamus.
cum qui ueri aliquid apud eos dicere uideant.
nec fabulis theologiam immiscere hebreorum
doctrinam plene imitari cognoscantur. Iumo
res enim omnes sunt: qui apud grecos recti ali
quid phylosophati sunt. Non hebreis solum nec
phenicibus atq; egyptiis: si prudis etiam ipsis
grecis. Primus enim omnium ex phenicia cadi
mus agenoris filius mysteria et solemnitates
deorum grecie tradidit. simulachrorum conse
crationes etiam & hymnos. Deinde ex thracia
orpheus. linus etiam & museus: quos circa tro
iana tempora floruisse asserunt: a quibus ni
hil aliud q̄ egyptiorum atq; phenicum falsitas
paucis commutata: grecie commendata est.
Quibus quidem in temporibus pythius clarius
dodoneus maxime colebantur. simulachraq;
aliorum deorum atq; heroum & templa consi
tituebantur. Et post multa secula phylosophie
data ita diligenter opera est: cum nihil ueri
in traditionibus maiorum phylosophantes
inuenirent: preclara illa maiorum oracula
cum auctoribus suis contempserunt. Quippe
ab illis nullam se consequi utilitatem uidentes:
aliena tanquam nudi atq; pauperes: ueirita
tis ac discipline non temere scrutabantur. Et
ab aliis gentibus que utilia uerаq; censebant
in omnibus artibus atq; disciplinis non sine
labore mutuabantur. Nempe ipsi greci consi
tentur post orphea linum & museum antiqs
simos ut ipsi dicunt theologos & multorum
auctores errorum: septem quosdam uiros ad
mirabiles adeo sapientia fuisse preditos: ut
sapientes uulgo appellati sint. Qui omnes
temporibus Cyri persarum regis floruerunt.

Quoquidem tempore apud hebreos nouissimi om-
nium pphete fuerunt: annis post troiana tem-
pora pluribus q̄ sexcentis. A moyse autem non
pautioribus q̄ mille & quingentis. Quod paulo
post planius fatiemus. Verum ab istis sapientib-
nihil aliud q̄ sententiae quedam commode atq;
breuiter dicte ad utilitatem humane uite com-
pertum est. magno deinde spatio temporis in-
terposito phylosophorum genus incepisse fertur.
pythagoras enim primus omnium fuit: quem
phylosophie quoque nomen inuenisse constat.
hunc multi samium: aliy tyrenum: aliy syrum
aut tyrium fuisse contendunt. Ita non plane
grecus maximus & primus phylosophorum ab
omnibus dicitur. Nam pherecydem doctorem py-
thagore syrum omnes fuisse tradunt. quanuis
non eum solummodo: s; persarum etiam magos
& egyptiorum diuinatores audisse pythagoras
asseratur: eo tempore quo iudeorum aliy in ba-
bylonem: aliy in egyptum transmigrarunt. Au-
diuit autem & brachmanas indorum phyloso-
phos. sic ab aliys astrologiam: ab aliys geome-
triam: ab ys musicam: ab illis arithmeticam
& alius ab aliys habuit. A grecis autem nihil eū
habuisse ausus quispiam est dicere. Tanta doctri-
narum & bonarum artium penuria in grecia
fuit: antea q̄ pythagoras omnia que ab aliys col-
legit: summo studio docuit & diuinos pptera me-
ruit honores: a quo prima phylosophia processit.
quam italicam: quoniam ibi maxime docuit: ap-
pellare solent. Secunda est quam Thales unus
de septem sapientibus tradidit. que ionica no-
minatur. Tertia eleatica dicitur cuius Xenopha-
nes colophonius auctor ascribitur. Thalen autē
multi non grecum: s; phenicem dicunt: nonnulli
milesium fuisse arbitrantur. quem tradunt ab
egyptiorum diuinationibus pleraque accepisse.
Solonem uero unum de septem qui leges Athe-
niensium conscripsit: tempore quo iudei egyptū

frequentes habitabant: illo peruenisse plato in ty-
meo testatur. Quoquidem in libro doceri eum a
barbaro uidemus: his uerbis. O solon solon. greci
semper pueri estis. Senes autem nullus unquam
grecorum fuit. ac ideo apud nos nulla disciplina
uetus inueniri potest. plato quoque ipse: cum ita-
licam phylosophiam hauserit: in egyptum abis-
se traditur. nec breui tempore conuersatus ibi
fuisse. Unde grato animo omnia que optima sunt:
a barbaris se consecutum profitetur. Dicit enim
epymenide causam fuisse barbarum illum qui
primus hec inuenit. Vetusta enim regio inquit
eos aluit: qui primi hoc inuenerunt. Longam
autem etatem multi consecuti sunt propter esti-
ui temporis serenitatem quam egyptus maxi-
me atque Syria possidet. Quare ab initio usque
ad hec tempora innumerabilibus annis exami-
nata uere nobis tradita sunt. Deinde subiicit:
fateri autem oportet: quicquid a barbaris gre-
ci acceperunt: ad meliorem illud finem perdu-
xisse. Demochritus autem multo prius a bar-
baris se didicisse his uerbis gloriatur. Ego uero
inquit multo plures quam omnes ceteri homines
qui modo sunt: regiones peragraui. multas ur-
bes uidi. sapientes uiros audiui: nec quicquam
me in demonstratione linearum superare po-
terit. nec ipsi quidem qui arsepedonapte a
patria disciplinarum amore abfui. babylonem
enim etiam iste et persas et egyptum ut disce-
ret: petiit. Quid de heraclito ac de aliis gre-
cis dicam: per quos omnes illuminatam doc-
trinis greciam constat. Nam ante secula eorum
uatibus et oraculis demonum inhiabat. nec
aliquid solide discipline uestigium continebat.
Mirabilia uero Apollinis illa responsa nihil peni-
tus hominibus contulerunt. Sed errantes huc
atque illuc magno sudore: aliena sibi homines
congesserunt. Geometriam enim ab egyptiis:

astrologiam a chaldeis & alia ab aliis acceperūt.
Sed nihil unquam tanti mutuati sunt: quanti
hoc est: quod ab hebreis habuerunt. Vnius enim
dei cognitionem inde receperunt & multitudi-
nem demonum suorum spreuerunt. Cur ergo
nos incusant: si hebreorum scripturam barba-
ram: ut ipsi dicunt: grece phylosophie anteposui-
mus. cum omnia bona a barbaris ipsi furati
sint. nec quicquam utilitatis a diis suis habue-
runt. Quos iure multi apud eos adeo contemp-
serunt: ut impii dicti: quam demonia uenerari ma-
luerint. Cur igitur nos accusant: aut cur nō
magis laudant atque admirantur: qui falsitate
contempta eam theologiam secuti sumus: que
sola uera est ab omni falsitate remota. Nam
neque in impietatem incidimus: ut multi gre-
corum sapientes: nullum deum colentes. neque
rursus ut mirabiles phylosophi summum de-
um cognoscentes multorum falsitatem deo-
rum falsitati permiscuimus. Sed de his alias.
Nunc autem non phylosophicas solum doctri-
nas: sed omnia inuenta hominum humane uite
utilia a barbaris grecos accepisse comprobemus.
Primus igitur qui literarum elementa grecis
tradidit: cadmus ex phenicia erat. Vnde phe-
nicia literarum elementa prisci poete dixerūt.
Multi syros literas primos comperisse asserunt.
Syri autem etiam hebrei sunt. Nam iudea in
syria semper a scriptoribus habita est. & phe-
niciam etiam apud priscos appellari constat.
Temporibus autem nostris palestinem syrie ap-
pellant. Argumento autem illud maximo est:
ab hebreis repertas esse literas: ipsarum litera-
rum apud grecos appellatio. Singula enim apud
hebreos elementa appellatione significatiua uo-
cantur. quod apud grecos nullo modo fieri po-
test. Vnde non esse ab illis inuenta sed ab aliis
accepta declaratur. Omnes autem litere apud

Sensus omnium literarũ hebraicarum.

hebreos uiginti due sunt. Quarum prima alph
dicitur. quod latine disciplina dici potest. Secunda
beth. quod domus significat. Tercia gimel. que
uox plenitudinem significat. Quarta delth. quod
librorum dici potest. Quinta ita. quod uocabulũ
ista significat. que omnes uoces talem sensum
efficiunt. disciplina. domus. plenitudo librorũ
hec. Sextum elementum apud eos ua dicitur.
que uox latine in ipsa dici potest. Deinde zai. qđ
uocabulum significat uiuit. Septimum hic qđ
significat uiuens. Totum hoc simul in ipsa ui-
uit uiuens. Nonum theth dicitur .i. bonum.
Decimum ioth. & interpetratur principium.
Simul hec duo bonum principium significat
Vndecim caph. latine tamen. Duodecim labd.
quod significat disce. totum simul: tamen dis-
ce. Deinde sequitur elementum quod mem
appellatur quod interpetrari potest ex ipsis.
Deinde nun idest sempiternum. Et postea sa-
mch: quod interpetratur auxilium. Totum hoc
simul ex ipsis sempiternum auxilium. his
accedit ain. quod latine fontem aut oculũ
significat. Deinde phi. quod os dici potest. De-
inde sade. que uox iusticia intepretari potest.
Simul. sensus. fons. aut oculus. & os iustitie.
Elementum deinde accedit cophi .i. uocatio.
Deinde rhis. quod caput significat. Deinde sen
quod dentes dicere possumus. postremo tau.
quod signa dici potest. Omnium igitur sensꝰ
elementorum hic est. Disciplina. domus. ple-
nitudo librorum hec. In ipsa uiuit uiuens. bo-
num principium tamen disce. Ex ipsis sem-
piternum auxilium. fons aut oculus atq; os
iustitie. uocatio capitis. & dentium signa. hec
est hebraicorum elementorum latine dicta
sentencia. que discipline literarum summope
conuenit. Quod apud alias gentes inueniri
nequit. Vnde fateri necesse est: non ab alys:
q̄ ab hebreis literas esse inuentas. Grecos uero

ab hebreis accepisse: ipsa litterarum appellatio
significat. hebrei enim alph: greci alpha dicunt.
illi beth: greci betha. gama greci: gimel illi. De
inde Delth illi: deltha isti. et alteu cai: alteu zeta.
cetera quoque similia. Unde patet ab hebreis li
teras inventas ad alios et ad grecos tandem per
venisse. hec de literis dicta sufficiant. Clemens
quoque: cum in similem inciderit materiam. egyp
tios ostendit medicinam invenisse et Esculapium
amplificasse. Athlantem autem ex lybia primum
navem construxisse ac navigasse. Astrologiam
primos chaldeos: egyptios deinde edidisse. phri
ges avium volatus primos observasse. et tuscos
aruspicium comperisse. Telmissinos sommiorum
interpetrationem. tyrenos tubam: phriges fistu
lam (ex phrigia enim erant olympus et marsias
qui fistulam invenerunt. lucerne usum egyp
tios. qui annum in duodecim partes primi dis
tinxerunt. primique lege non convenire mulie
ribus prohibuerunt in templis prohibuerunt.
nec intrare in templa quenquam a muliere nisi lo
tum sanxere. Geometriam etiam egyptios in
venisse. Thelmethem vero et damnameneum
iudeos in cypro primos ferrum invenisse. ferri
autem tincturam aut temperiem qua robur
accipit: Delam iudeum comperisse. Quamvis
hesiodus Delam ex scithia fuisse asserat. falcem
thraces comperisse. et primo peltis equestres
usos esse: quam illirii primo invenerunt. Cadi
num auri metalla in monte pangeo primum
excogitasse. Quatriremem a charchidoniis pri
mum factam fuisse. cuius architectus volsporus
fuit. Medeam primam tincturam capillorum
excogitasse. panones qui noricum habitant:
quos noropes appellant: eris usum invenisse.
olympum ex misia lydiam armoniam dicor
dum assyrios: sambucam instrumentum etiam
id musicum est: troglodytas. marsiam phrige

tricordum · diatonamque armoniam & mixophri-
giam atque mixolidiam. Thamirum thracem ar-
moniam doricam · sydonios triremem: syculos
forimngem non ualde a cithara diferentem.
hec clemens noster ceteraque huiusmodi: a Cydip-
po mantineo antyphone · aristodemo & aristote-
le collegisse ait. Opere autem precium est a Josepo
etiam iudeo nonnulla transcribere. Is enim uir
cum de antiquitate iudaica scribat: multo iu-
niores fuisse grecos ostendit. ac a barbaris om-
nia collegisse. Diuersaque inter se ac uaria cons-
cripsisse. Verba igitur eius hec sunt. Non possum
inquit non admirari eos qui putant de uetus-
tissimis rebus solis esse grecis credendum: nobis
autem ceterisque hominibus nullam esse fidem
adhibendam. Nam si ab ipsis rebus ueritatem
discere uoluerimus: que a grecis facta inuen-
taque: siue urbes conditas dixeris: siue artes ex-
cogitatas: siue legum sanctiones haberi: aut
nudius tercius si cum nostris conferas: incepis-
se putabis. Scribende uero hystorie curam
omnium postremam ipsis fuisse constat. Vn-
de ipsi quoque chaldeos phenices egyptios: non
enim libet modo nos quoque istis connumera-
re: aperte fatentur uetustissimam firmamque
priscarum rerum traditionem tenere. Regio-
nes enim habitant que minimas continentis
mutationes patiuntur. multaque opera ac mag-
no studio semper incubuerunt. omnia precla-
ra facinora publicis scripturis ab eloquentis-
simis posteritati commendari. Greciam uero
non ignoramus sepius deuastatam rerum ges-
tarum memoriam amisisse. Ita nouo genere
uiuendi sepius instituto: a se originem rerum
incepisse posteriores putarunt. Literas autem
posteriores pene omnibus acceperunt: a cadi-
no enim didicisse gloriantur. Nec tamen aut
ex templis: aut loco publico scripturam se ha-

buisse dicere audent: que id significent. Unde magna questio est: utrum troiani belli temporibus literis uterentur. Et paulo post. Cadmus uero milesius et Argiuus Acusilaus qui primi apud grecos hystoriam scribere aggressi fuerunt: non multo ante Xerxis tempora fuisse perhibentur. preterea pherecydes syrius. pythagoras et Thales qui de celestibus atque diuinis rebus primi grece pauca scripserunt: ab egyptiis et chaldeis cuncta didicerunt. Quos omnes una uoce greci uetustissimos omnium praedicant. Quomodo igitur supreme arrogancie non est: sibi solis antiquitatis memoriam tribuere. Aut quis ab ipsis scriptoribus non facile percipiet: nihil certum: sed omnia coniecturis grecos scripsisse. pugnant enim inter se omnes: et alter alterius falsitatem redarguit. Non est opus ut eos moneam: qui melius me sciunt: quot clamitus contra quem acusilaus de genealogiis ediderit. Nec ut enumerem in quot quantosque Acusilaus hesiodum reprehendit. nec ut dicam quomodo Ephorus hellanicum: tymeus ephorum: tymeum posteriores: herodotum omnes reprehendunt. Non est necesse de singulis atque minoribus dicere: cum de persarum in gretiam impetu et de preclaris facinoribus tunc gestis inter se uehementer discrepent scriptores: cum etiam Tucydidem qui accuratissime suorum temporum conscripsisse hystoriam creditur: quasi mendacem nonnulli accusent. huius discrepantie: quamuis multe possint esse cause: due tamen mihi precipue uidentur. Quarum prima et maxima est: quia nullam curam: ut publice preclara facinora scriberentur: greci populi habuerunt. ac ideo magna in scriptoribus mentiundi licencia fuit. Nam ipsi etiam Athenienses quos et indigenas putant: et diligenciores fuisse constat: primas omnium publice scripture leges dracontis de

cede qui paulo ante pisistratum fuit: comme
datas fuisse asserunt. Non oportet de archadi
bus dicere: qui quamuis uetustissimos se omni
um predicent: ultimi tamen omnium literas
didicerunt. Quare cum nihil extaret publice
quo ignari docerentur: & mendaces redargue
rentur: partim ignorantia: partim affectione
factum est: ut magna inter scriptores discre
pantia inueniatur. Altera causa est: quia
non ueritatis amore: quamuis ita profitean
tur: sed eloquentie sue ostentatione: quoniam
ueteres scriptores superaturos se facile credebāt:
scribendi laborem sumebant. Ita nonnulli fa
bulas: nonnulli ciuitatum / aut regum laudes:
nonnulli uituperationes: nonnulli ueterum
scriptorum ut ipsi eloquentes uiderentur: emen
dationem (con) scripserunt. Unde fit: ut cum hystoriā
scribere profiteantur: non id: sed huius oppositū
faciant. Veritatis enim hystorice signum illud
est: ut de eisdem rebus: eadem omnes conscribāt.
Illi uero sic se ueraces uisum iri putarunt: si u
nus quisque aliter q̄ ceteri conscripsisset. hec
iosephus. Sed non erit ab re quasi apicem dio
dori testimonio afferre. Is igitur in primo: his
uerbis utitur. Dicendum modo de his est: qui
priscis temporibus prudentia doctrinaq; cla
ri ad egyptum usque preter meliorem doct͛
nam profecti sunt. Sacerdotes enim egyptio
rum in sacris libris scriptum inueniunt: orphea /
museum / melampoda. dedalum. homerum poe
tam. lycurgum spartiatem. Solonem athenien
sem. platonem phylosophum. pythagoram sa
mium. eudoxum mathematicum. democritū
abderitam. enopydem chium egyptum petijsse.
Quorum omnium uestigia aliorum imagines:
aliorum nomina locis aut instrumentis indita
extant. asseruntq; uniuersa illos quibus apud
grecos claruerunt: ab egyptijs accepisse. orpheū

/ propter

enim misteria dionysii & errores cereris sic con-
cepisse: ut mysteria osyridos & errores isydos se
habent nominibus solummodo immutatis. Sup-
plicia uero impiorum apud inferos & amenos
piorum campos ad imitationem eum fecisse
earum rerum: que in sepulchris ab egyptiis ge-
runtur. Quam rem orpheus primus apud gre-
cos transtulit & homerus amplificauit. Melam
podem autem aiunt: ea que de Saturno & tita-
norum pugna dicuntur. & de aliis deorum ca-
lamitatibus ab egypto in gretiam traduxisse. De-
dalum autem affirmant uolutiones laberinthi
fuisse imitatum. qui usque ad hec tempora in
egypto permanet. a mendete. uel sicut quidam
dicunt a rege maro multis annis ante mynoem
constructus. Cuius rei signum est: statuarum
numerus quas dedalus apud grecos confixit.
Nec enim plures nec pautiores sunt: quam apud
egyptios sint. Ita uero esse inde maxime patere
aiunt. quod in memphyde propilea uulcani
Dedalo architecto facta ostendunt. Quo quidem
opere adeo admirabilis ingenii uisus est: ut lig-
nea eum statua donauerint. que in eodem
uulcani templo conspicitur. Adeo enim supe-
rauit egyptios a quibus didicit: ut propter mul-
ta que adinuenit: honores diuinos apud eos
consecutus sit. Templum enim Dedali ad hec
usque tempora in insula quadam iuxta mem-
phyn summopere colitur. Argumenta quoque
nonnulla solent afferre: quibus fuisse in egyp-
to homerum ostendunt. ac maxime quia he-
lenam scripsit potionem: Thelemanco apud
menelaum hospitanti prebuisse. Qua factum
est: ut calamitatum suarum obliuisceretur.
Quam quidem potionem ab egyptiis dicit poe-
ta: helenam a polimnesta quadam thanis u-
xore didicisse. Nam usque ad nostra tempora

sole diospolitice mulieres iram atque mesticiam po-
tionibus sedare sciunt. Diospolis autem thebe est.
Venerem quoque auream homerus appellat. Quo
nomine uolgo ab egyptiis nominatur. Et lucus
ueneris auree apud eos adhuc inuenitur. Lycur-
gum similiter platonem atque Solonem multa in
libris atque legibus suis conscripsisse patet: que an-
te illorum tempora egyptii habuerunt. Pytha-
goram quoque geometriam et arithmeticam
ab eis didicisse. et anime inter cetera animalium
migrationem a dogmatibus egyptiorum sump-
sisse. Democritum uero putant quinquennio
in egyptum conuersatum multa inde didicisse.
Enopydem quoque ab egyptiis astrologiam et alia
complura et obliquationem zodiaci percepisse.
Eudoxum etiam ab egypto in greciam multas
astrologie rationes transtulisse. Teraculem si-
militer atque Theodorum rheti filios qui simu-
lachrum Apollinis pithii fabricati sunt. Quique
fingendo apud priscos omnes excelluerunt: mul-
tis annis in egypto uersatos contendunt. hec
a diodoro sumpta sufficiant. Si ergo ab om-
nibus barbaris quicunque clari apud grecos
fuerunt: non pauca neque minima acceperunt:
nec idcirco quispiam eos accusauit: cur nos
accusant qui uera pietate commoti scriptu-
ram hebreorum complectimur.

De antiquitate moysi et prophetarum. ca. 3o

Verum ne
forte quoniam cognitionem unius dei hebreos
solummodo uere habuisse diximus: ac ab eis
ceteros: si qui hac de re preter hebreos uere sen-
serunt: accepisse contendimus: ne quis inquam
aliter actum putet: ac a grecis iudeos hoc ha-
buisse dogma contendant: declarandum est:
quibus temporibus Moyses et prophete fuerunt.
plurimi ergo (perutilis nanque res est) de antiqui-
tate moysi et prophetarum scripserunt. a quibus
nonnulla transcribam. quamuis ipse noua ma-

rationeque usus: hoc modo rem disponere statui.
Nemo inficiabit imperatoris romanorum Augus-
ti temporibus saluatoris nostri natiuitatem
fuisse. doctrinamque quintodecimo tyberii Cesa-
ris anno euangelicam incepisse. Si quis ergo
ab hoc tiberii anno ad superiora scandens diligen-
ter: usque ad Darium persarum regem et restitu-
tionem templi peruenerit: quingentos quadra-
ginta octo annos inter tiberium et secundum
Darii annum interfuisse comperiet. Secundus
enim Darii annus sexagesime quinte olympiadis
primus fuit. Tiberii autem quintusdecimus: ducen-
tesime ac prime olympiadis: quartus inuenitur.
Ita centum ac triginta septem olympiades inter-
fuisse manifeste uidentur. Qui numerus qua-
ternario actus (quadriennium enim olympiadi
attribuitur) quingentos quadraginta annos
efficit. In secundo autem anno Darii septuage-
simus hierosolimorum desolationis et templi
destructionis fuit: ut iudeorum ostendit hysto-
ria. Quod si a secundo Darii anno ad primam
olympiada percurras: olympiades quidem sexa-
ginta quatuor: annos uero ducentos et quinqua-
ginta sex interfuisse comperies. Quos quidem
annos si ab ultimo desolationis anno ac restau-
rationis principio ascendendo auferas: ad
quinquagesimum annum Ozie iudeorum regis
quo tempore Isaias et Osee prophetarunt: omni-
no peruenies. Ita prima olympias Isaie tem-
poribus fuisse inuenitur. Inde autem a prima
olympiade usque ad captiuitatem troie: ut
grecorum ipsorum hystorie significant: quadrin-
genti ac quinquaginta anni colliguntur. Quem
annorum numerum a quinquagesimo Ozie
anno similiter: auferendo ad tertium annum
labdonis iudeorum iudicis peruenies. Ita tro-
iane urbis destructio septem annis: antequam

Nota
Ab anno 2° darii in quo relaxata est captiuitas iudeorum usque ad 15 tiberii in quo scilicet lucham cepit iohannes baptista predicare fuerunt anni 548.

Sampson hebreos iudicasset: fuisse ostenditur.
Quem corporis robore inuictum fuisse ut her-
culem greci scribunt: hebrei testantur. Inde a cap
tiuitate troiana si quadringentos ascendendo
annos auferas: ad moysen et ad terrigenam ce-
cropem deuenies. Omnia uero que apud grecos
mirabilia narrantur: post cecropem fuisse con
stat. Nam deucalionis diluuium. phetontis in
cendium. natiuitas erichthonii. proserpine rap
tus. cereris mysteria. eleusiniorum constitutio
tryptolemi satio. europe raptus a ioue. Apol
linis partus. cadmi ad thebas aduentus. Et
ad hec iuniores illi. dionysius. mynos. esculapius.
perseus. dioscuri. hercules. post cecropem omnes
fuerunt. Quare omnibus his multo uetustior
fuisse moyses confirmatur. A moyse uero usque
ad primum annum uite Abre quingentos ac
quinque annos comperio. Quos si a cecropis reg
no ad superiora auferas: ad assyrium ninum
tandem peruenies. Quem aiunt primum totius
asie india solum excepta regnasse. A cuius no
mine ciuitas ninus appellata est. quam iudei
nineui dicunt. Eo tempore. zoroastres magus
apud bactrios regnabat. Nino autem uxor
semiramis successit. Nini ergo atque semiram-
dos zoroastrisque temporibus Abram fuisse
constat. Nam hec omnia nobis certis rationibus
in eo libro demonstrata sunt: quem de tempo-
ribus conscripsimus. Utar autem in presentiarum
porphyrii de uetustate moysi testimonio. illius
uidelicet qui hebreorum atque christianorum
inimicissimus odii tumulo improbis ipsum quoque
moysen atque prophetas uerbis petere ausus est. Sic
enim inimicorum testimonio uetustas moy-
si magis comprobabitur. In quarto ergo eo-
rum quos aduersus nos libros euomit: his uer-
bis utitur. Narrat autem iudeorum hystoriam
uetustissime: quoniam et locorum et uirorum no-

mina similiter atque ipsi posuit sanchumatho be-
rutius qui earum rerum omnium monumenta
ab hierobalto dei ieuu sacerdote asserit habuisse.
Quam quidem hystoriam abelbalo berutiorum
regi inscripsit. Quorum uirorum tempora mul-
to ante troiana tempora fuisse comperiuntur.
Is sanchumatho phenicum lingua partim a
singularum urbium annalibus: partim a libris
sacris qui templis dedicari solebant: solerti
collegit ingenio. Quem non multo post moysen
semiramidos temporibus fuisse scriptum est.
hec porphyrius. Si ergo semiramidos tempori-
bus Sanchumato fuit: ea uero multo ante tro-
ianam calamitatem fuisse perhibetur. Erit san-
chumatho quoque troianis temporibus multo
uetustior. Sanchumathonem uero ab aliis colle-
gisse hystoriam: ipse porphyrius testatur: quos
et ipsos iuniores moyse fuisse concedendum est.
Sed ponamus etiam eisdem temporibus moy-
si Sanchumathonem fuisse: Quoniam tamen
moyses semiramidos temporibus huius phyloso-
phi fuisse testimonio comperitur: quando nos
Abraam fuisse contendimus. Antiquior est moy-
ses secundum porphyrium: quam ipsi opinamur. Fu-
it autem Semiramis octingentis annis ante tro-
iana tempora. Quare moyses quoque similiter.
Primus uero apud argiuos inachus regnauit.
quando nec ciuitas nec nomen atheniensium
erat. Primus autem argiuorum rex quinti as-
syriorum regis temporibus fuit. centum quin-
quagintaque annis post moysen atque Semiramidem.
In quibus nihil apud grecos illustre factum inue-
nitur. Quadringentis autem annis et quinqua-
ginta fere post Semiramidem primus apud Athe-
nienses cecrops indigena: ut ipsi dicunt: regna-
uit. Triopa septimo post inachum regnante
apud argiuos. post inachi autem tempora Ogy-
gium dicitur diluuium fuisse. Et apis apud e-

egyptios primus deus appellatus est. Et yo ma-
chi filia quam isidem egyptii nominarunt: pro-
metheus quoque & athlas illis temporibus fuerũt
A cecrope autem usque ad troianorum calamita-
tem paulo pauciores q̃ quadringenti anni colli-
guntur. In quibus diluuium deucalionis & incen-
dium phetontis fuisse non ignoramus. Cecrops
autem primus deum iouem appellasse fertur,
& aram instituisse primus / & simulachrum palla-
dis erexisse. post cecropem autem dii grecorum
omnes nati fuisse uidentur. Ita ad troiana tem-
pora a temporibus moysi plures q̃ octingenti an-
ni porphyrii testimonio fuisse comperiuntur. ho-
merum uero atque hesiodum multo iuniores tro-
ia fuisse: manifestum est. pythagoram uero &
democritum in quinquagesima olympiade sep-
tingentis fere annis post troiam fuisse constat.
Quare huius phylosophi auctoritate mille qu-
gentisque annis ante grecorum phylosophos moy-
ses fuit. Verum quoniam multi preclari apud
nos uiri atque doctissimi iu: iudeorum antiq̃tate
certis uerisque argumentis probarunt. Quorum
alii a grecis: alii a chaldeis atque hebreis ꝓpositum
suum approbarunt. immo uero cuncta simul
conferentes mirabili ratione ac uia singularũ
gentium preclara facinora que in eisdem tem-
poribus gesta sunt: collegerunt. Eorum nonnul-
las uoces uerbaque transcribam: ne laborum suo-
rum fructu auctores priuentur. Vtar autem
testimonio multorum: ut ex omnibus hebreoꝝ
uetustas indubitata habeatur. Africanus igit̃
in tercio annalium his uerbis utitur. Vsque ad
olympiadas nihil exploratum in hystoria gre-
corum inuenitur. Sed omnia confusis conscrip-
ta temporibus sunt. post olympiadas uero: q̊-
niam quadriennio diligentissime omnia nota-
bantur: nulla penitus confusio temporum fit.
Quare preclara fabulosaque facinora que ante
primam olympiadem fuerunt: summatim col-

ligam. Que uero post gesta sunt: ita cum hebrai
cis persicisque hystoriis conferam: ut ea que in eo-
dem tempore fuerunt: aperte significem. hebre-
orum igitur in babylonem migratio a nabuchdo
nosore facta septuaginta durauit annos: ut hie-
remias predixit. Post autem septuaginta istos
migrationis annos Cyrus regnauit olympiade
quinquagesima quinta ut a diodori. thali. cas-
toris. poliby. phelogontisque hystoriis patet. Quo
anno iesus filius iosedech primam particularemque
deductionem populi fecit: ut apud hesdram iu-
deum conscriptum est. Verum ista ut dixi propter
olympiadum certitudinem eodem modo ab om-
nibus conscripta sunt: cum nullam omnino con-
fusionem patiantur. Ab ogyge autem indigena
cuius temporibus primum et maximum diluui-
um in attica fuit. et phoroneus argiuus reg-
nabat usque ad primam olympiadem anni
fuerunt mille atque uiginti. Ita enim omnes
asserunt qui Athemensium annales conscrip-
serunt. Elanicus dico atque philocorus. castor
etiam et thalus in hoc conueniunt qui syriam
hystoriam diligenter tractarunt. Diodorus quoque
qui orbis hystoriam in bibliothecis contulit
aliique permulti. Et post pauca. Dicimus ergo
Ogygem a quo primum diluuium nominatum
ogygium est: temporibus moysi fuisse. quod hoc
pacto probamus. Ab ogyge ut diximus mille
uigintique anni usque ad primam olympiadem
fuerunt. a qua usque ad quinquagesimam qn-
tam olympiadem .i. usque ad primum annum
Cyri persarum regis et iudaici populi reductio-
nem anni fuerunt ducenti decem et septem. Qua-
re ab ogyge ad cyrum mille ducenti triginta
septem fuerunt. quos si auferes ascendendo
ad annum illum peruenies: quo ab egypto
moyses populum eduxit. Fuit ergo moyses
Ogygi temporibus: a quo eleusis condita est.
Atticos igitur annos ab isto sumamus. Et post

A moyse usque ad cyrum fuerunt anni. 1237: secundum istam opinionem:

pauca post ogygem uero propter uastationem diluuij centum nonaginta nouem annis usque ad cecropem: attica sine rege ac pene deserta fuisse perhibetur. Acteum enim quem post ogygem fuisse nonnulli fingunt: ceteros usque ad cecropem nuda solummodo esse nomina philocorus scribit. Et post aliqua computatione annorum a iudaica etiam scriptura diligentius facta. A moyse igitur inquit usque ad Cyrum mille ducenti triginta septem anni colliguntur. Quod ab ogyge ad cyrum etiam secundum grecorum hystoricos colligi demonstrauimus. Sed grecorum etiam nonnulli hoc ipsum testantur. polemon enim in primo grecarum hystoriarum temporibus inquit apydos: phoronei filij magna pars egyptij exercitus ab egypto expulsa in palestine syrie non longe ab arabia habitarunt. Appion etiam possidonij filius grammaticorum omnium diligentissimus hystorie perscrutator in quarto hystoriarum & in libro aduersus iudeos: macho inquit regnante apud argiuos & amosi apud egyptios iudei duce moyse ab egyptijs defecerunt. herodotus quoque amosidos & defectionis huius in secundo mentionem facit. Iudeorum etiam quodammodo meminit: cum syrios dicat qui palestinam habitant: circuncidi solere. ptolomeus preterea mendesius qui egyptiorum hystoriam ab initio conscripsit: his ita conuenit. ceteri que omnes: ut minima quedam annorum differentia esse uideatur. Ita notabilia gesta mirabilia grecorum: siue uera: siue ficta post moysen fuisse comperiuntur. Visum est autem mihi a tempore regni attici res grecorum hebraicas conferre. Primo igitur ogyge anno a quo usque ad primam olympiadem mille ac uiginti fuisse ostendimus: exitus iudeorum ab egypto factus est. & in atti-

ca ogygium illud diluuium. neque id iniuria.
Cum enim ira dei grandine ac tempestatibus e-
gypty percuterentur: non poterant alique par-
tes etiam orbis commoueri. Attica precipue: quare
coloni egyptiorum, ut multi aly & Theopompus
in tricarano affirmat: athenienses fuerunt.
Post quatuor autem & nonaginta annos prome-
theus fuisse a nonnullis dicitur quem finxisse
homines fabulantur atque formasse. quoniam
sapientia & eloquentiaque sua a bestiarum uita
in ciuilem transformauit. hec Africanus. Ta-
tianus uero qui seipsum in assyria regione na-
tum dicit uir lingua greca doctissimus: grecis
omnibus moysen antiquitate anteponens de ho-
mero inquit. Stesimbrotus. thasius. calimachus.
colophonius. reginus. theagenes qui fuit cam-
bisse temporibus. & herodotus. alicarnasseus.
aliique complures scripserunt. Sed quoniam ali-
ter aly tradiderunt: quibus fuerit temporibus
affirmare non possumus. Crates enim ante
reductionem herculiadarum octoaginta post
troiana tempora annis floruisse contendit.
Erastothenes post centum annos Aristarcus:
quando ionica colonia deducebantur: centum
& quadraginta annos post destructionem tro-
ianam. philocorus arxippi Athemensium prin-
cipis tempore centum & octoaginta annis post
captiuitatem troianam. Apollodorus ducen-
tis & quadraginta post troiana tempora. non-
nulli in prima olympiade quadringentis an-
nis post ily euersionem. aly archilochi equalem
fuisse contendunt: qui fuit olympiade uicesima
tertia temporibus gyge regis lydorum. Sed hec
relinquantur. nam quando ita confuse de tem-
poribus scribitur: uniuersa hystoria titubat. Sed
ponamus homerum ipsius Agamenonis tempo-
ribus fuisse. Moyses enim non modo multo an-
te illa tempora: uerum etiam ante Dardanum

fuit. Utar autem testimonio chaldeorum: phe-
nicum & egyptiorum. Borossus enim uir baby-
lonius sacerdos beli multo antiquiorem tro-
iano bello moysen fuisse scripsit. Theodotus
autem ypsicrates: mochus phenices fuerunt.
quorum hystoriam in grecam linguam hach-
tus uir disertus traduxit: ubi scribitur troia-
num bellum paulo ante tempora Salomonis
fuisse. Egyptios omnes sciunt magnam tem-
porum diligentiam semper habuisse. Quorū
annales ptolomeus non rex: sed sacerdos mende-
sius a sacris libris collegit ac edidit. Is reg-
nante amosyde apud egyptios moyse duce iu-
deorum exitum ab egypto fuisse affirmat. A-
mosynque fuisse tunc dixit quando inachus
in argis regnabat. Appion etiam grammati-
cus inachum & amosydem eisdem temporibus
fuisse affirmat. Fuerunt autem ab inacho ad
bellum troianum generationes uiginti. Quare
ante iliacum bellum quadringentis ad minus
annis ipsum fuisse credendum est. Si igitur post
inachum omnia preclara facinora grecorum
fuerunt: necessario etiam post moysen fuerūt.
Deinde phoroneus quando ogygium in attica
diluuium fuit. Apys postea: deinde argiuus. cras-
sus. phorbasque regnarunt. Quo tempore acte-
us fuit. a quo actea regio atheniensium appel-
lata est. Tryopas deinde argis regnauit: quando
prometheus. epimetheus. atlas. yo & biformis
cecrops fuisse traduntur. post tryopam crotop-
pus regnauit. temporibus cuius phetontis in-
cendium & deucalionis diluuium fuit. Stene-
lo postea regnante Danaus in peloponnesum
uenit. Et Dardanus dardaniam condidit. &
ex phenicia europa rapta fuerat. Danaus post-
ea regnauit: deinde lynceus. quo regnante proser-
pina rapitur. Cadmus thebas condidit: qui
grecis literas tradidisse una uoce ab omnibus

dicatur. Mynos in crheta regnat. precus postea regnauit: quando eumolpus atheniensibus bellum intulit. Deinde acrisius: cuius tempore a phrigia in greciam pelops transiuit: ion athenas petiit. Secundus cecrops floruit. perseus postea regnauit & preclara gessit facinora. Euristheus demum. athreus atque Agamemnon fuerunt. qui decimo atque octauo sui regni anno urbem troianam expugnauit. Quare omnibus diis ac heroibus grecorum multo uetustior moyses inuenitur. Et oportet seniori a quo iuniores hauserunt: multo magis credere. Non enim homero solummodo moyses superior: uerum etiam omnibus qui aliquid apud grecos scripserunt. Quippe cadmus a quo literas greci habuerunt: multo posterior moyse inuenitur. Scripserunt autem apud grecos ante homerum Linus. philamon. thamirus. Amphyon. orpheus. museus. demodocus. phemius. Sibilla. epimenides crhetensis qui spartam petiit. aristeus. preconesius. asbolus. centaurus. isatis. drimon. euculus. cyprius. orus. samius. & atheniensis pronethida. Linum igitur herculis magistrum fuisse constat. qui ante troianum bellum fuit una generatione. Tlepolemus enim filius eius cum Agamemnone in ilium militauit. Orpheus autem equalis herculi fuit. quem museus audiuit. Amphion duabus generationibus troianum bellum precessit. Demodochus uero atque phemius: alter in ithaca: alter apud pheacas troiani belli temporibus uiuebant. Thamiris etiam & philamon non ante ipsos fuerunt. Sed de poetis satis dictum est. Nunc de his scribamus qui apud grecos sapientes habiti sunt. Minos igitur qui sapientia & legum solertia ceteris omnibus magis excelluisse uidetur: lincei

temporibus qui post danaum argis regnavit
undecima generatione post inachum fuit. Ly
curgus autem annis ante primam olympia
da leges lacedemoniis dedit. Dracon in olympia
de trigesima sexta leges atheniensibus tulit.
Pythagoras in sexagesima et secunda floruit.
Ostendimus autem in superioribus quadringen
tis et septem annis post ilii eversionem olympi
adas incepisse. Thales vetustissimus omnium:
qui de septem sapientibus est unus: in quinqua
gesima vivebat olympiade. hec Tatianus. Nunc
clementem audiamus. Appion inquit grāma
ticus vir hystoriarum peritissimus qui plistonices
nominatus fuit: acerrimus iudeorum hostis:
adeo ut etiam adversus eos volumen ediderit.
nec iniuria (egyptius enim erat) ptolomeum
mendesium sacerdotem qui tria volumina de
rebus gestis egyptiorum edidit: testem adducit:
quod amosys qui avarim egyptiorum urbem e
vertit et inachus argivorum rex eisdem tempo
ribus fuerunt. Quo quidem amosyde regnante
ab egypto moyse duce iudeos profugisse confir
mat. Res autem argolicas que ab inacho cepe
runt dionysius alicarnasseus in libro de tempo
ribus: omnium grecarum rerum vetustissimas
fuisse ostendit. Ab inacho autem ad troiana
tempora: viginti generationes connumerantur.
anni adminus quadringenti. Assyriorum autē
regnum antiquius ceteris omnibus fuisse cons
tat: cuius quadringentesimo atque secundo an
no: trigesimo scilicet atque secundo belluchi octavi
moyse ducente populus ab egypto exivit: Ina
cho argivis et amosyde in egypto regnantibus.
post inachum phoroneus argis regnavit: quando
ogygium fuit diluvium et egyaleus in Sicyone
regnavit. a quo sicyonium regnum incepit. Tunc
etiam crhetus primus in crheta regnavit. Acusi
laus vero phoroneum omnium primum ait fuisse

unde phoroneos poeta mortalium patrem ap-
pellat. Sed ab inacho ad Agamemnonem uiginti
generationes fuerunt. Decimo autem et octauo an-
no Agamemnonis regni troia euertitur: Demo-
phonte thesei filio athemensibus regnante
fuit autem theseus imitator herculis generatio-
una ante bellum troianum. Ita moyses ante
Dionysi in deos translationem sexcentos et qua-
tuor annos fuisse inuenitur. perseo enim regna-
te trigesimo iam atque secundo anno: ut apollo-
dorus in libro de temporibus scribit. Dionysus
hominem exiuit. a quo ad herculem et iasone
aliosque grecorum heroas qui in argo fuerunt:
sexaginta tres anni colliguntur. Quibus cum
etiam esculapius atque diosturi: ut rhodius a-
pollonius in argonauticis testatur: fuerunt.
A regno autem herculis in argis usque ad translationem suam et esculapii in deos: triginta
et otto anni fuerunt: ut apollodorus scribit.
hinc autem ad castoris et pollucis assump-
tionem anni quinquaginta tres: quando e-
tiam troia euersa fuit. Verum quoniam: ut
hesiodus ceterique poete dicunt Semele cadmi
filia dionysum peperit. Cadmus autem lin-
ceo regnante thebas petiit et literas grecas
tradidit. patet etiam testimonio poetarum
qua etate dionysus fuit. Leo uero qui de diis
egyptiorum conscripsit: isidem cererem esse
affirmat: que linceo regnante fuit undecima
generatione post moysen. Apis uero argiuorum
rex: ut Aristippus in primo arcadice hystorie
scribit: mephin in egypto condidit. Quem
Aristeus argiuus sarapidem appellatum asse-
rit. hunc ab egyptiis diuinos honores conse-
cutum non ignoramus. Nimphodorus autem
amphipolitanus in tertio de asiaticis legibus:
apim taurum mortuum in soro grece quod la-
tine archam dicere possumus: positum soroa-

pim ac inde sarapim appellatum fuisse contendit.
Fuit autem apis tercius ab inacho. latona
uero titij temporibus fuit. quem Tantalo
equalem fuisse omnes testantur. Zethus uero
atque Amphion musice inuentores cadmi tempo-
ribus fuerunt. Nam etsi phemonoe oracula
cecinisse acrisio dicatur: tamen post phemo
noen uiginti septem annis orpheus. museus.
et linus herculis magistri floruerunt. homerus
autem ac hesiodus multo iuniores bello troia-
no extitere. lycurgus uero et Solon legum a-
pud grecos conditores et septem sapientes: phe
recydes etiam Syrius et pythagoras circiter pri-
me olympiadis tempora: ut diximus: fuerunt.
Non ergo solum poetis ac sapientibus: uerum
etiam dijs grecorum multo uetustior moyses
inuenitur. Verum quoniam non greci solum
modo: sed iudei quoque de hac re diligenter
scripserunt: non erit ab re ab ipsis etiam aliquid
sumere. Vtar autem hoc loco flauij iosepi testi-
monio. Incipiam inquit primo ab egyptiorum
auctoritate. Verum quoniam uoces illorum
ponere impossibile est: Manethi egyptij qui gre-
ce scripsit quicquid a sacris egyptiorum literis: ut
dicit: transtulit: uerba transcribam. hic igitur
in libro secundo hec de iudeis scribit. Tutymei
temporibus inquit ab orientali parte ignoti
homines in egyptum irruperunt: facileque ip-
sam ac sine bello ceperunt. Quam gentem hy-
ycussos appellant: quod significat reges. yc enim
lingua sacra rex dicitur. yssos autem pastor
appellatur. hos nonnulli arabes fuisse opinati
sunt. Quamuis multos hycussos non reges: sed
captiuos pastores significare asserunt. hyc enim
cum aspiratione egyptiorum lingua captiui
dicuntur. quod mihi uerisimilius uidetur. Is-
ti tenuerunt egyptum quingentis atque unde-
cim annis. Deinde cum pellerentur: locum occu-

parunt· cui nomen auaris· quod undique mu
nito egyptiorum impetum euitabant· Thmo-
sosis autem: cum obsidendo non posset eos ca-
pere: conuenit cum eis: ut libere cum suis quo
uellent abirent· Qui non pautiores ducentis q̄-
draginta atq; milibus uirorum: non in syriam quā
tunc assyrii quorum uires erant amplissime:
tenebant: ſ; in eam profecti regionem que nūc
iudea uocatur: hierosolimam urbem condide-
runt· hec Manethus· qui secundum egyptias
literas historiam duo nobis non parua testa-
tus est· primum ꝙ aliunde in egyptum nostri
maiores migrarunt· Deinde ꝙ ab egypto mille
fere annis ante troiana tempora abierunt· hc̄
iosepus ab egyptiorum hystoria: phenicum aūt
testimonio etiam usus ostendit: centum qua-
draginta tribus annis ante a Salomone tem-
plum fuisse conditum: q̄ a tyrys carthago con-
deretur· Sed quid opus est pluribus uti testibus:
cum una uoce ab omnibus multo ante troiana
tempora moyses fuisse predicetur· Sed de illis
etiam aliquid dicamus qui post moysen fuerūt.
post eum igitur iesue iudeorum annis: ut non
nulli aiunt: triginta ꝓncipatum tenuit· Dein
de ut asserit scriptura annis octo aliengene do
minati sunt· postea Gotoniel annis quinqua-
ginta· Deinde eglum rex mohab annis decem
et octo· post quem ahod annis octoaginta· Rur
sus aliengene annis uiginti· post quos debbea
et barach annis quadraginta· madines septem·
Gedeon quadraginta· Abimelech tribus· Tolha
uiginti et tribus· iaher uiginti nouem· Amanithe
decem et octo· iethcabe sex· Esbon septem· Chalo
decem· labdon octo· Aliengene quadraginta·
Sampson uiginti· heli sacerdos quadraginta· qui
bus temporibus troia euersa est· Samuel deinde
populum iudicauit· post quem Saul regnauit
annis quadraginta· Dauid similiter quadraginta·

Ibi incipe

Salomon etiam quadraginta · Roboham decē
& septem · Abia tribus · Assa quadraginta uno · Jo
saphat uiginti quinque · Joram octo · Ochozias
uno · Gotholia annis septem · Johas quadraginta ·
Amasias uiginti nouem · Ozias quinquaginta duo
bus · Tunc pphetarunt Amos · Ionas · Isaias · Deinde
regnauit ioatham annis sedecim · Acham simi
liter totidem · huius temporibus olympiades ce
perunt · primus olympio stadio uictor argiuus
corilus fuerat declaratus · Achaz autem succes
sit · ezechias annis uiginti nouem · Tunc Roma
condita fuit · Deinde manasses annis quinqua
ginta quinque · Amon duobus · Josias triginta
uno · quando pphetarunt hieremias · baruch · ol
dea aliiq; nonnulli · Deinde ioacham tribus men
sibus · Joachim annis undecim · ac demum Eze
chias annis duodecim · Vrbe deinde ab assyriis
euersa temploq; cremato in babylonem popu
lus abducitur ubi daniel & hiezechiel pphetarũt
Et post annos septuaginta Cyrus persarum reg
nauit qui iudeos libertate donauit · Et tunc
iesus iosedech filius & zorobabel salathielis
in patria deducti fundamenta iecerunt:
Angeo zacharia & malachia pphetantibus ·
Post quos non fuit amplius apud iudeos ppheta
ta · Cyri autem temporibus septem grecorum
sapientes quibus nullus phylosophus antiquior
traditur · floruerunt · quorum thales milesius
apud grecos primus appellatus est physicus ·
quem audiuit Anaximander · ipse quoque mile
sius & Anaximandrum Anaximenes milesius ·
Et hunc Anaxagoras clazomenius quem au
dierunt pericles Archelaus & Euripedes · De qui
bus pericles opibus & potencia inter Athenien
ses excelluit · Euripedes autem poetice arti se tra
didit · & scenicus a nonnullis phylosophus ap
pellatus est · Archelaus autem primum apud

· Lapsacum Anaxagore ·

lapsacum Anaxagore scholam suscepit. Deinde
Athenas profectus et multos alios et Socratem au-
ditores habuit. Anaxagore uero temporibus xe-
nophanes et pythagoras fuerunt. pythagore suc-
cessit theano uxor ac telauges et menaxarchus
filii. Telaugem uero Empedocles audiuit: quando
etiam Eraclitus cognomine scotinus .i. latine
tenebrosus: florebat. Xenophani uero parmeni-
des successit: parmenidi melissus: Melisso zenon
eleates. Quem aiunt: cum tyrannidem deponere
conaretur: linguam dum a tyranno ut consocios
diceret: torqueretur: dentibus abscissam in faci-
em eius spuisse. hunc audiuit leucippus. leu-
cippum Demochritus: Demochritum prothago-
ras temporibus Socratis. Omnes igitur phyloso-
phi grecorum post Cyrum persarum regem fuisse
comperiuntur. Cyrus autem septuaginta annis
post iudeorum captiuitatem .i. post moysen mille
ac centum fere annis fuisse perhibetur. Ita ne-
cesse est: ut fateatur phylosophiam grecorum ac
maxime platonicam multo posteriorem moyse
fuisse. plato enim cum Socratem primo: deinde
pythagoricos audiuerit: omnes ante ipsum fue-
runt in phylosophia tum eloquentia tum pru-
dentia superauit. Floruit autem plato circa fi-
nem regni persarum paulo ante Alexandrum
macedonem quadringentis annis: uel paululum
plus ante Augustum cesarem. Quare cum non
nulla ita dixisse platonem ostendemus: ut apud
hebreorum scriptores inueniuntur: collatione
temporum certior erit: non hebreos a grecis:
sed grecos ab hebreis accepisse. Quod aliud prin-
cipium facientes iam aggrediemur ostende-
musque sapientes grecorum iudaicam fuisse imi-
tatos doctrinam: ut nullus iure nos accusare
possit: si quos ipsi non recte intelligentes imitati
sunt: eos nos saluatoris nostri doctrina et gratia rectius
iam intelligentes et admiramur et sequimur.

Cirus post moysen .1102. paulo
plus a moyse usque ad cirum .1237. que
opinio magis verior reputatur ut patet
in precedentibus

Liber. undecimus incipit

Quare cum nonnulla ita
dixisse platonem osten-
derimus: ut apud hebreo-
rum scriptores inuenit:
collatione temporum
certior eris: non hebreos
a grecis: sed grecos ab hebre-
is accepisse. Quod aliud
principium facientes iam
aggrediemur ostendemus
q. sapientes grecorum
iudaicam fuisse imitatos doctrinam: ut nullus
iure nos accusare possit: si quos ipsi non recte in
telligentes imitati sunt: eos nos saluatoris nri
doctrina & gracia rectius iam intelligentes: &
admiramur & sequimur. Hoc enim facto nihil
magnum a grecis compertum: preter eloquen-
tiam comprobabitur. Omnia uero a iudeis atque
barbaris furatos commodius dixisse nullus ad-
mirabitur qui et eloquentes & fures fuisse nō
ignoret. Quod in superioribus non auctorita
te nostra: sed suo ipsorum testimonio confirma-
uimus. Non autem in omnibus: sed in principa-
libus, neque omnes: longum enim id esset: sed
principem omnium platonem id fecisse confir-
mabimus. Facile namque unusquisque postea
per se ipsum considerare poterit: si a platone
ceteri fere omnes grecorum phylosophi accepe-
runt. Et plato ab hebreis fundamenta omnis
bone phylosophie a iudeis grecos accepisse. Verū
quoniam apud ipsum nonnulla obscuriora
sunt: expositorum eius testimonia etiam nō
recusabo. Illud uero ante omnia dictum sit: nō
nulla platonem non conuertisse: sed peruertisse.
Quod non accusandi illius: sed excusationis nre
causa dicimus: ut non iniuria ceteris contemp

tis iudaicam amplecti uideamur scripturam.
Omnem phylosophiam plato in tris partes phy
sicam ethicam logicam partitus est. physicam
deinde in sensibilium doctrinam et incorporalium
speculationem subpartitur: Quam diuisionem
etiam apud iudeos multo ante platonem fac
tam esse inuenies. Sed primo que platoni pla
cuerunt ab attico preclaro platonico sumam
ex eo libro quem aduersus eos conscripsit: qui
aristotelicam habentes scientiam platonicam
profiteri audent. Cum igitur tripartito inquit
uera perfectaque phylosophia diuidatur: in
moralem scilicet naturalem et logicam. Cumque
prima pars et singulos hominum probos cons-
tituat et domos integras ad rectam guberna-
tionem reducat: ac populos denique diuersis
regendi construat modis. Secunda ad diuina-
rum rerum cognitionem perducat. ipsarum
dico que prime sunt causarum altissimarum
et aliorum omnium que inde duce natura
emanant. Cumque ad harum duarum partium
inuentionem atque cognitionem tercia pars acce-
dat: manifestum omnibus est: platonem primum
maxime omnes has phylosophie partes usque
ad etatem suam: sicut menbra penthei disiec-
tas atque confusas in unum corpus atque animal
integrum reduxisse. Thales enim Anaxime-
nes atque Anaxagoras de naturalibus solum re-
bus considerarunt. pitacus uero periander. so-
lon. lycurgus ceterique istis similes de gubernan-
dis hominum cetibus solummodo conscripse-
runt. Zeno autem et omnis eleatica discipli-
na logice solummodo studuerunt. Plato de-
inde post hos omnes natus uir natura pres-
tans et uere diuinitus missus nullam partem
phylosophie imperfectam reliquit. Sed omnes
diligenter complexus: nec in necessariis defuit.

De tripartita phye diuisione secundum platonem. ca. primum

nec ad inutilia delapsus est. Verum quoniam singulas phylosophie has partes: physicam scilicet ethicam atque logicam platonem diximus perfecisse. Age nunc ita esse ut diximus: comprobemus. hec atticus. Quibus attestatur Aristocles peripateticus in septimo eorum librorum quos de phylosophia edidit: his uerbis. Plato proprie atque perfecte preceteris omnibus phylosophatus est. Nam thalem secuti naturales solummodo fuerunt. pythagorici uero cuncta celabant. Xenophanes quoque ab eo profecti sunt: ita contentiosas mouerunt rationes: ut confusionem potius quam auxilium phylosophantibus attulerunt. Socrates ut et plato scripsit: et prouerbio dicitur: ignem igni addebat. Cum enim natura ingeniosissimus esset et de omni re dubitaret: peritus morales et ciuiles considerationes induxit. et de ideis primus dicere aggressus est. Omnes autem alii partes aliquas phylosophie tractarunt. Quidam medicinam: nonnulli mathematicam disciplinas. Alii musicam et poeticam: Complures autem orationis uim admirati sunt. Quorum alii se rhetores: alii dyaleticos profitebantur. Socratis uero successores uarii atque contrarii sibi ipsis fuerunt. Alii enim humilitatem et turbationum sedationem laudabant: alii uoluptatem secuti sunt. ac nonnulli quidem omnium scientiam sibi arrogabant. nonnulli nihil se scire profitebantur. et alii uel cum infimis conuersabantur: alii econtra difficiles et soli secum uiuebant. Plato autem primus recte intellexit atque diuisit. dixitque primum esse de natura uniuersi negotium: alterum de hominibus: tertium de oratione. putauit quod non posse res humanas perspicere nos: nisi prius diuinas intellexerimus. Nam quemadmodum medici cum membra quedam corporis

curare uelint: ad totum se prius corpus conuer-
tunt: sic si quis uelit res humanas perspicere:
naturam uniuersorum prius considerare debet.
pars enim uniuersi homo est. bonum etiam du-
plex ee dicebat: alterum nostri: alterum uni-
uersi. principalius autem ee bonum uniuersi. Ab
illo enim hoc profluere. Quam rationem Aristo-
xenes musicus ab indis emanasse contendit. In-
dum enim quendam ait athenas petiisse/ Socra-
tiq; colloquentem ab eo quesiuisse: quomodo &
quid faciundo phylosophus esset. Cumq; Socra-
tes respondisset: si quomodo uiuendum sit homi-
ni considerES: risisse indum atq; dixisse: nemine
posse recte humanas intelligere: qui diuinas ig-
noret. Uniuersam igitur phylosophiam plato i
physicam. ciuilem. & logicam partitus est. hec
Aristocules. •Hanc tripartitam particionem
si diligenter attenderis: multo ante platonem
hebreos perspexisse non ignorabis. In primis em
moralem partem summo studio re magis q̃ uer-
bis amplexos fuisse iudeos constat. Finem enim
bonorum beateq; terminum uite: pietatem erga
deum arbitrabantur. Quem quidem finem pre-
ceptis dei conseruandis: non uoluptate corporũ
secundum Epicurum consequi putabant. neq;
tripartitam secundum Aristotelem bona corpo-
ris. s. anime. exteriora equali lance pensabant.
Nec ignorantiam omnium rerum: quam non
nulli honestiore uocabulo retinentiam appella-
runt: multi fecerunt. nec denique ipsam ani-
mi uirtutem: finem posuerunt. Quid enim ip-
sa sine diuina gratia & absque pietate ad be-
tam uitam conferre potest: ppter quam a spe
quam in deo habebant quasi a fune dependen-
tes: deo gratos solummodo: beatos opinati sunt.
Quia profecto cum omnium bonorum largitor
deus: uite fons: & uirtutis origo sit: solus ad

.De morali phylosophia
hebreorum. c. 2

beatam uitam eis sufficit: qui uera pietate
ad ipsum tendunt. Unde sapientissimus ille
moyses qui primus omnium hominum uetus-
tissimorum uitas hebreorum conscripsit: ci-
uilem atque actiuum uiuendi modum narra-
tione hystorica docuit. Quam quidem doctri-
nam ab uniuersalioribus ita constituit: ut
deum causam auctoremque omnium quasi
fundamentum iniecerit. & mundi atque ho-
minis ortum preoculis posuerit. Deinde ab
uniuersalioribus ad particularia descendens
priscorum uirorum uita ad imitationem
uirtutis ac pietatis eorum: lectorem horta-
tur. Preterea cum legum etiam auctor sum-
ma cum pietate fuerit: certe patet quod mag-
num studium ad corrigendum mores homi-
num habuerit. longum esset si pphetarum
quoque qui post moysen fuerunt; uel exhorta-
tiones ad uirtutem: uel dehortationes a uitiis
recensere uellemus. Quid autem si sapientis-
simi Salomonis ethicam uellem modo doctrinaque
traducere. Nam inter alia librum quoque edi-
dit: quem parabolarum seu prouerbiorum
ppter sententiarum breuitatem appellauit.
Sed moralem quidem disciplinam: uel anteque
prima elementa literarum greci cognoscerent:
sic absoluere. perfecteque re potius quam uerbis iu-
dei retinebant. Rationalem uero partem
non ut greci cauillationibus & ficta oratione
discebant: sed ipsius ueritatis certa perceptione.
Quam quidem ueritatem diuinitus illumi-
nati adinuenerunt. hac rationali doctrina
ab ineunte etate sacrarum rerum & utilissima-
rum narratione hystoriarum. canticorum. oda-
rumque metrica compositione. enigmatum quoque
ac speculationis alegorice diserta elegantique ora-
tione suos erudiebant. Erant enim legum sacra-
rum & enigmatum apud eos expositores quos

De rationali iudeorum phia. c. 3.

secundarios solebant nuncupare. Unde sapiens
quoque Salomon in parabolarum initio quasi
causam libri hanc esse dixit: ut scirent sapientiã
& disciplinam. intelligerentq; uerba prudentie.
ac susciperent erudicionem doctrine. iustitiam
& iudicium ac equitatem: ut detur paruulis
astucia & adolescentibus intellectus. Audiens
sapiens sapientior erit & intelligens guberna
cula possidebit. Animaduertet parabolam & obs
cura uerba dicta sapientum & enigmata eorũ.
Ita negocium logice accommodatissime ad sapi-
entiam linguamq; suam in omnibus pphetarũ
libris: si libros diligenter legeris: profecto inue-
nies. Quod si quis lingue sue peritiam habebit:
eloquentissimos certe multos eorum oratores
fuisse putabit. Sunt enim apud eos artificiosis-
sima carmina: ut moysi cantus ille magnus &
centesimus decimus octauus psalmus. Dauid:
heroico metro quod exametrum dicitur compo-
nuntur. Sunt alia quoque trimetra & tetra-
metra. Sed que ad dictionem pertinent: ele-
gantissime grauissime iucundissimeq; compo-
sita sunt. Que uero ad sensum: nulli hominũ
scriptura comparanda. Dei enim ipsius: que ue-
ritatis uerba per eos prolata sunt: quibus pia
doctrina: rerum cognitio & salutaria dogma-
ta continentur. Argumentum autem exquisi-
te illorum doctrine: ab imposicione nominũ
capi potest. cuius rei plato hebreis testimoniũ
prebuit. Nam cum moyses primus anteq̃ multo
greci phylosophie nomen cognoscerent: innu-
merabilia de imposicione nominum dixit. Un-
de aut natura duce: aut dei iudicio nomina
imposita esse ostendit. plato quoque non impo-
sicione nuda: sed natura duce commode rebus
imposita ee nomina docet. idq; barbarorum
auctoritate confirmasse uidetur: hebreos meo
quidem iudicio significans. Non enim apud alios

facile talem observationem inveneris. Sic igitur in cratilo scribit. Non est illi nomen quod aliqui: quoniam ita velint rei cuipiam indiderint: sed rerum quedam conditio natura ducte apud grecos & barbaros nominibus promitur. Et progressus aliquantulum. Ego: ita dignum est inquit legis quoque latorem rationalis partis ac nominum impositionem scientiam habere. lignarii certe fabri officium est clavum commode: ut gubernator iubet: fabricari. Aliter enim mutilus erit clavus. latoris autem legis nomen. Ita est inquam. Non ergo vile quidem est o hermogenes: recta nominis impositio: sed doctissimorum atque prestantissimorum virorum. Tum cratilus. Recte ais inquit: natura ducte nomina rebus accommodata putans. nec quenvis hoc facere posse. Sed illum solummodo qui ad naturam rei respiciens potest ad eam nomen accommodare. Et post multa intelligo inquit plurima grecos a barbaris sumpsisse. que si quis quasi greca lingua essent deducta: interpetrari velint: nunquam poterit adaptare. hec plato.

Nunc autem. considera quomodo quae ipse verbo docuit: multo ante moyses veluti sapientissimus & eloquentissimus re ipsa prestitit. Et formavit inquit deus de humo omnes feras agri & omnia volatilia celi, & adduxit ipsa ad Adam: ut videret: quid vocaret ea. Omne enim quod vocavit Adam anime viventis: ipsum est nomen eius. nihil aliud certe volt dicere: nisi convenienter ad naturam rei nomen inditum fuisse. Quod enim vocatum est inquit: hoc est in ipsa natura. Nam & nomen ipsum Adam terrigenam: aut terrenum potest significare. Adam enim apud hebreos humus dicitur. quamvis per translationem: rubeam corpoream que naturam significet. Ita terrigenam ac terrenum, aut corporalem hominem hac appellatione signavit. Sed hominem enos quoque appellant. Quo vocabulo non terrenam: sed rationalem naturam sig-

De commodissima nominum apud hebreos impositione. Ca. q.[m]

mficant · proprie autem: si uerbum de uerbo lati-
ne exprimas: obliuiscentem enos denotare uidet᷑.
qualis certe natura corpori alligata fuer efficat᷑.
Quod enim uere incorporeum diuinum rationa-
leq; est: non solum transacta recordatur: sȝ futuro-
rum ꝓpter sublimitatem speculationis habet cog-
nitionem · Quod autem carni coniunctum est:
quodq; magno corporis pondere opprimitur: ig-
norantia obliuioneq; inuolutum: recte sermo in-
deorum enos · i · obliuiscentem appellauit · Ita ei
iacet apud quendam ꝓphetam: quid ē enos qđ
memor es eius aut filius ade: quoniam uisitas
eum · quasi dicat: quid est iste homo iste dicu̅
obliuiscens: quod tu quis es deus: memor es eius
quamuis obliuiscens sit · aut filius ade · i · terre-
ni hominis · Ita carnalis homo adam nomine
Rationalis uero enos appellatione significatur.
Sic hebreorum sermo exquisitissime nomina
deducit · Plato autem hominem: hoc est an-
thropum grece a uerbo anatherin · i · uidere
atq; recogitare: dici opinatur · ut sit anthropos
qui recogitat que uidit · Rursus hebrei uirum
heis uocant · Quod quidem uocabulum ab hes
quod ignem significat: deducitur · ut natura
uirilis ignea & calida uerbo exprimatur · Femi-
na uero quoniam a uiro sumpta est: hesa dicit᷑.
Rursum moyses hebraica lingua celum firma-
mentum appellauit · primum enim post incor-
poralem intellectualemq; substantiam: firmu̅
sensibile corpus est · Nomen autem dei ꝓprium
ineffabile dicunt ēē · nec ipsa mente hominis
comprehensibile · Quod uero nos dicimus deu̅:
heloi uocant · hel enim apud eos robur & po-
tentiam significat: ut sit nomen dei quasi om-
nipotens · plato uero deos theos a thein: quod
est currere: dici opinatur · Stellas enim que
semper mouentur deos appellabant · clarorumq;
hominum appellationes non frustra ēē positas

plato contendit. Ita hectora accatim: quod
solus troia sustinebat. Agamemnona: quia
ualde memnin hoc est perseueranter constan-
terq; in rebus permansit: appellatos contendit.
Horestes: quia montanus atq; siluester: in-
manis enim moribus fuit. ceteraq; similiter
accommodare conatur. Nemo autem ita
uiolenta moysaica dicere audebit: si dixe-
rit: cain apud hebreos inuidiam dici. Arsit
enim certe ille inuidia fratris. Abel latine
luctum dicere possumus. Nam quia primus
omnium hominum parentibus luctum intu-
lit: hoc nomine ab eis diuina quadam proui-
dentia fuit appellatus. Quid de Abram di-
cam qui cum celestium corporum scientia
maxime prestaret: Abram .i. latine pater su-
periorum corporum uocabatur. Quem deus
ab ijs que uidentur ad inuisibilia protrahens:
non uocaberis inquit Abram: sed Abram erit
nomen tuum: quia multarum te gentium
patrem posui. Sed longius modo esset extra
q; ppositum diligentius hec percensere. plato-
nis autem testimonium non negligamus as-
serentis: nonnulla nominum diuina quadā
posita ēē uirtute. Magno inquit studio in
imponendis nominibus uigilandum est: q̄n-
uis nonnulla eorum diuiniore quadam q̄
hominum uirtute indita esse uideantur. Ve-
rum quod ipse paucis uerbis dixit: id hebreo-
rum scriptura ac primus omnium moyses
ipsius Abram. isach. et israel nominibus: re
ipsa diuinitus factitatum edocuit. Risus
enim isach interpretatur ineffabilis. s. gau-
dij quod pijs se daturum deus pollicitus est sym-
bolum gerens. huius quidem filius iacob: is-
rael a deo appellatus est: ab actiua uita ad
contemplatiuam uidelicet translatus. plan-

tator enim iacob interpetrator quasi uirtutis p agens certamina atque percurrens. Israel uero uidens deum dicitur: qualis certe contemplatiui hominis mens atque intellectus est. Non est opus longiorem esse omnia percurrentem. cuncta enim apud iu eos nomina ad unguem rebus accommodata sunt usque ad ipsa prima literarum elementa. Quorum quidem nomina quid grece uelint: nec ipse plato adinuenire unquam poterit. cum iudeorum etiam pueri si forte interrogarentur: quid alpha: quod ipsi alph dicunt: significat: confestim disciplinam respondebunt. beta uero quod ipsi beth uocant: domum: ut sensus sit domus disciplina. ac si quis diceret disciplina atque doctrina quedam echonomie ac dispensacionis. In ceteris quoque omnibus hoc ipsum inuenies: ut in superioribus latius dictum est. Quatuor quoque uocales ad unum collate ineffabile atque archanum dei nomen illis uocabulis continen uolgo apud eos fertur. quod grecorum etiam aliquis ab hebreis .s. doctus his carminibus significauit. Versus de deo.

Inuictum magnumque deum nil molis habentem
Corporee cunctorum hominum rerumque parentem
Dulcisona extollunt septem me carmina uocum
Ex septemque meum constat uocalibus ipsum
Compositum miro signorum federe nomen
Ast eterna chelis ego sum que montibus acta
Celorum dulci resono modulamine cantus.

Quid plura ipsum quoque gentis nomen a nomine heber dictum est. quod transitum et transeuntem lingua eorum significat. Ita ipsa gentis appellatione a terrenis ad celestia transire et a uisibilibus ad inuisibilia, cognitionemque creatoris migrare admonentur. Unde priscos illos qui creatori deo uera inherebant pietate hebreos appellarunt. Quid oportet plura

De physica parte secundum hebreos ca. 4.

conuenientem innotari: cum apud eos exquisitissime accommodatissimeque rebus omnibus nomina imposita sunt. Qua ex re maxime summam moralis partis doctrinam habuisse demonstrantur. Cum etiam secundum platonē non cuiusuis sed sapientis summeque dialetici uiri sit rerum nature apte nomen accommodare. Sequitur nunc ut quomodo in physicis sentiebant hebrei ostendamus. Hec igitur pars etiā apud eos in intellectualium incorporaliumque rerum contemplationem et sensibilium physiologiam diuisa recte a prophetis non coniectura nec mortalium aliquo sed sancti spiritus gratia docente habebatur. Mirum enim in modum cum opus sit non nulla physica in libris suis scripsisse ipsos uidemus. hinc multa illis futura predicta. multa de uniuersi constitutione. multa de animalium natura. multa de plantis naturaliter expressa. Moyses autem in uestiendo pontifice lapidibus: quorum scilicet uirtutes optime perceperat: non absque causa utitur. Salomon summus etiam physiologus fuisse a scriptura perhibetur. locutus est enim inquit Salomon tria milia parabolarum. fueruntque odae ipsius quinque milia. locutusque est de lignis a cedro quę est in libano usque ad isopum que muris progreditur. et locutus de pecoribus et uolatilibus et serpentibus et piscibus. Et confluebant uniuersi audire sapientiam Salomonis. hac ratione commotus qui librum sapientie persone sue inscripsit. Ipse enim mihi dedit horum: que sūt scientiam ait ueram: ut sciam dispositionem orbis terrarum uirtutem elementorum: initium finem et medietatem temporum. ipsorū temporum permutationem atque uicissitudines. stellarum cursus. anni uolutiones. naturas animalium. et iras bestiarum. uim uentorum. et cogitationes hominum. differentias plantarū et uirtutes radicum. et quecunque sunt abs-

condita & inuisibilia cognoui. Omnium enim artifex sapientia docuit me. Idem rursum fluentem corporum substantiam ostendens in ecclesiaste ait: uanitas uanitatum & omnia uanitas. Quid habet amplius homo de uniuerso labore suo quo laborat sub sole. Et subiecit. Quid est quod factum est. ipsum quod faciundum est. nihil nouum sub sole. Ceteros quoque si diligenter percurres: non expertes naturalis doctrine comperies. Nec de plantis omniumque animantium natura solum modo: uerum etiam de celo ac stellis magnam peritiam habuerunt. Non enim paruam in libris eorum mentionem de ursa & pliade & orione atque arcturo quem boetem greci appellant: fieri uidemus. Ad hec de origine mundi. de omni mutacione alteracioneque rerum. de anime substancia. de racionalium omnium natura. de uisibili atque inuisibili creatura. de uniuersali prouidentia. ac precipue prima rerum omnium causa. de ceterisque omnibus que sola mentis inspectione comprehenduntur: ita tractarunt: ut si greci uoluissent ac potuissent: tanquam iuniores uetustissimam eorum doctrinam in omnibus sequi. Nulla profecto in re fundamentis eorum iactis: errassent. Sed phylosogiam duplicem esse: ut diximus non ignorantes eam quidem partem que de sensibilibus est: non omnino efferendam arbitrabantur: preter necessarias quasdam eius partes: ut puta non casu factum esse uniuersum. nec temere circunferri: sed deo auctore uirtuteque illius ineffabili gubernari. De intellectualibus autem quia sunt & que sunt. quo ordine qua uirtute quo discrimine disseparentur quantum scire oporteat ad bene uiuendum pieque sentiundum per sacratissimam scripturam: omnibus qui audire uolunt: traditum

De intellectuali hebreorum physiologia. ca. 6.

est. Profundum autem atque occultum rerum istarum sensum in archanis reliquerunt: ut hi uidelicet querant: qui hec perspicere atque discere digni sunt. Plato autem in intellectualibus etiam atque incorporalibus: siue ab illis didicerit quando fuit: ubi multi hebreorum persis regnantibus iterum a patria expulsi exulabant: siue a se ipso intellexerit: siue a deo talem cognitionem habuerit: moysen hebreorumque profetas secutus uidetur. Deus enim inquit: ipsis manifestauit: cuius inuisibilia a creatione mundi creaturis intellecta conspiciuntur: eternaque ipsius uirtus atque diuinitas: ut excusari non possint. Quod ita esse uerbis ipsius platonis probatur. Nam cum ex persona dei moyses scripserit: Ego sum qui sum. Sic dices filiis israel: qui est misit me ad uos. Quibus uerbis aperte soli deo esse attribuit. Cumque ut diximus: Salomon futurum esse quod fuit et faciundum quod factum est. nec nouum aliquid esse sub sole: unde dupliciter ens partiri uidentur. nam aliud immortale incorruptibile stabileque natura intellectuale incorporaleque: aliud in fluxu et mutatione semper esse determinat. Et ut breuiter colligam: cum ad unum cuncta uidei principium referant: unumque esse absque ortu. quod uere atque proprie appellant ens: corporalium omnium atque incorporalium causam. Vide quomodo non solum sensum: uerum etiam uerba ipsa plato expressit. Quid est inquit quod semper est ortum non habens. Et quid quod semper fit: est autem nunquam. Illud certe mente ac ratione percipitur: eodem semper ens modo. hoc uero irrationali sensu comprehenditur et ortum occidit: et uere stabiliterque nunquam ens est. Itaque quod a moyse breuiter dicitur: per cunctationibus latius explicuit. Sibi enim ipsi

respondet: dicens mente ac ratione comprehen
di. Illud vero Salomonis quod fuit et quodque fu
turum est: per ortum et occasum expressit. Qui
bus liquet. hec enim omnia erat et ac erit tem
poris partes sunt. que non recte ad eternam
substantiam transferimus que est solummodo
vere accommodatur. Erat autem et erit fluen
tibus solum vere adaptatur. Nam quod semper
eodem se habet modo: cum incorruptibile sit
atque immobile nec senescit tempore nec fuisse
aut fore vere dicitur. nec aliquid eorum que
sensibilibus accommodamus: recte illi adap
tatur. Species enim iste sub tempore sunt. quod
eternitatem circulariter ac ordinato motu imita
ri videtur. Verum ne quis male me solum Pla
tonis verba intelligere suspicetur a preclaro py
thagoreorum Neumenio huius rei probationem
assumam qui sic in secundo volumine de bono
scriptum reliquit. Age igitur inquit quantum
possumus proxime ad ipsum ens accedamus.
dicamusque ipsum ens: nec unquam non fuisse: nec
unquam non futurum. sed esse in determinato pre
senti tempore solum. Quod quidem presens sic
intellectum eternitatem appellamus. preteritum
enim tempus preteriit iam et non est. Futurum
vero nondum est. sed venturum videtur. Quare
si preteritum atque futurum ipsi enti accommoda
bitur: impossibile quoddam eveniet: idem esse vi
delicet et non esse. Transiit enim quod fuit et non
dum pervenit quod futurum est. Ipsum autem
ens est. Erit ergo et non erit. Ipsum autem ens
vere est nec localiter unquam movebitur. Status
ergo ipsi convenit: quoniam eodem modo semper
se habet. Et post pauca dicam. nec me quispiam
derideat incorporee rei nomen scire contendenti.
Est enim nomen eius essentia et ens. nec enim
factum est neque corrumpetur nec motum
ullum suscipit. Simplex preterea est atque immo

mutabile in una eadem simplicissimaque idea
constitutum. nec uoluntate sua: nec ab alio
cogi potest: ut ab identitate sua recedat. pla-
to quoque in cratilo ait similitudine rerum
nomina esse imponenda. Sit ergo nomen intel-
lectualis incorporee eterneque substancie ipsum
ens. hec maioris cuiusdam inuenta fuisse puto.
potencioris que uiri quam plato fuit: ut puta pytha-
gore. plato quoque dicit. Quid est quod semper
est et ortum non habet. et quid quod semper
fit. est autem numquam. Illud certe mente ac ra-
tione percipitur. hoc irrationali sensu et esti-
matione comprehenditur factumque transit
et uere stabiliterque nunquam ens est. Percunc-
tatus igitur quid sit ipsum ens: absque origi-
ne ipsum esse respondet. Mutatur enim quod
oritur. Quod autem mutatur: eternum esse
non potest. Deinde progressus subiicit aliquan-
tulum. Si ergo ipsum ens eternum atque immu-
tabile est: nec exit unquam a se ipso: sed eodem
modo semper se habet. hoc profecto est quod
mente atque ratione percipitur. Corpus autem
fluit: cumque transierit non est. Quare hoc est
quod sensu atque estimatione percipit. utque pla-
to dicat: occidit ortum: uereque numquam ens est.
hec numenius. Non iniuria ergo dixisse ipsum
fertur. Quis enim est plato quam moyses attice lo-
quens. Tu autem considera quomodo et moy-
saice theologie et aliis etiam uerbis quibus den-
sa scriptura dicere introducitur. Ego sum do-
minus deus uester et non sum mutatus. Et pro-
phete illius qui dicit. Tu autem idem ipse es et
anni tui non deficient. Considera igitur si plu-
tarchus in libro in quo sensum hei uerbi greci: quo
in delphici templi propyleis scriptum erat. Quod
qs: aut si aut es latine significare potest: iis que
diximus conuenienter exponat his uerbis.

De hei uerbo greco ex plutarcho ca. 7m

Non numerum neq; ordinem / nec coniunctionē
aliquam / nec aliud aliquid imperfectum ea dic
tione significari existimo. Sed perfecta quedam
ad salutantem deum responsio mihi uidetur.
Una cum uoce ad diuine uirtutis memoriam
respondentem conuertens. In eodem enim loco
scriptum est. cognosce te ipsum. Quod deus ad
accedentes salutando conclamat. ac deo uicis
sim nos respondentes dicimus hei quod est es. p
quam uocem quasi ueram & solam deo accom
modatam salutanti deo respondemus. Nobis
enim uere esse accommodari non potest. Natura
enim nr̄a inter ortum & mortem consistens: in
stabilis quedam & quasi phantastica est. Nam
si mentem collegeris ac ipsam comprehendere
omnino uolueris: quenadmodum aqua mani
bus hausta quanto magis premitur: tanto ci
us defluit: Sic mutabilia cuncta: quanto ma
gis ratio persequitur: tanto magis amittit. Cū
enim omnia sensibilia in fluxu sint: continue
fiunt atq; corrumpuntur. nec eadem unquā
permanere possunt. Fluuium autē eundem
bis intrare secundum heraclitum imposibile
est. Quare nec mortalem substantiam si ite
rato considères: eandem habitu ēē dices. Sed mi
rabili commutationis uelocitate: modo dissi
patur: modo contrahitur. immo uero non
recte dixi modo & modo: cum simul aliud as
ciscat: aliud perdat. & aliud ei adueniat aliud
abeat ab ea. Ita nunquā ad ēē peruenire po
test. nunquā enim generatio eius stat: sed
embrio a spermate. deinde infans. puer ado
lescens. uir senex. decrepitus fit. a quibuslibet
corruptis primis etatibus ad nouas ueniens.
tandem moritur omnino. Ridiculosi ergo
sumus homines unam timentes mortem: qui
multotiens iam mortui sumus. & sepius mo
riemur. Non enim extinctio ignis aeris solū

solummodo generatio est: ut heraclitus dicebat.
Sed apertius hoc ipsum in nobis quoque uidetur.
Corrumpitur enim iuuenis in uirum: uir in senē.
puer in iuuenem: infans in puerum. & qui heri
fuit in eum qui est hodie. quiq; hodie est in crasti-
num. Manet autem nullus idem. nullus enim est
idem. si in uno momento circa phantasma unum
& communem materiam influentem & refluentē
omni momento commutamur. Quomodo enim
si sumus idem: alijs nunc q̄ antea gaudemus. alia
modo amamus atq; odimus: alia laudamus atq;
uituperamus. alijs uerbis utimur: alijs passionib;
mouemur. non eandem figuram: non eandem
de rebus sententiam habentes. Non enim possibile
est sine commutatione alijs nunc q̄ antea com-
moueri. nec qui alijs atq; alijs mutatur: idem
profecto est. Quod si idem non est: nec est: sed flu-
it continua mutatione. Sensus autem ignora-
tione ipsius entis fallitur & esse putat quod nō
est. Quid igitur uere ens est: quod eternum est
quod ortum non habet: quod incorruptibile ē
quod nullo tempore mutatur. Mobile nanque
tempus est & mobili materie coniunctum flu-
it semper & quasi corruptionis atq; uas nihil
retinet. Unde prius atq; posterius & fuit & erit
nihil omnino sunt. Quod uero ex tempore esse
uidetur: quod adesse dicimus & non dicimus. hoc
ipsum tanq̄ fulgur uelociter transit. Quare cum
tempus mensura sensibilium sit: cumq; ipsum
nunq̄ sit apte dicemus ipsa sensibilia nunq̄
permanere nec entia esse gigni atq; corrumpi
secundum mensurantis naturam. Erat igitur.
& erit. ipsi enti accommodari non possunt. Tran-
situm enim hec & mutationem rei significat. Deus
autem si fas est dicere est: nec est in tempore ali-
quo: s; in eternitate immobili. cuius nihil prius:
nihil posterius. nihil futurum: nihil preteritum.
S; cum unus sit ens: in uno nunc illud: quod ē

semper repleuit. Solum igitur ipse est uere ens
quod nec fuit nec futurum est. nec incepit nec
cessabit. Et sic ipsum colere ac salutare oportet.
Aut certe ita intelligendum est: quemadmodum
nonnulli priscorum dicebant: hei pro es accipi-
entes & unum supplentes ut sit: tu solus unum
es. Non enim multa deus est: ut singuli nostrum
ex innumerabilibus fere compositi: sed unum est
uere ens. Diuersitas enim cum differentiam in
ente faciat: in ortum non entis peruenit. Pre-
terea cum moyses omnesque prophete ineffabilem rem
intellectuque solum perceptibilem deum esse doceant:
huiusque rei symbolum scriptum apud eos quatuor
uocalibus nomen dei feratur quod proferre non
possunt. Consona his etiam plato in magna epis-
tola dicit. fabile inquit nullo modo est: sed ex mul-
ta inhesione inherentiaque ut ita dixerim circa
rem ipsam & uite integritate repente quasi ab
igne accensum lumen animo innascitur. quod
seipsum alit. hoc quidem lucis exemplum mul-
to ante platonem hebreorum propheta protulit
dicens. Signatum est super nos lumen uultus tui
domine dedisti letitiam in corde meo. Et rursus
et in lumine tuo uidebimus lumen. Moyses
unum esse solummodo deum docuit. Audi enim di-
cit israel. Dominus deus tuus unus est. plato quoque
in tymeo celum unum & deum unum esse dicit his
uerbis. Utrum igitur recte unum celum esse dici-
mus: an multos innumerabilesque dicere rectius
erit. Unum inquit certe siquidem ad exemplar
creatum est. Quod enim intellectualia continet
animalia: duplicatum esse non potest. Qui etsi
secundum aliorum consuetudinem plures non-
numquam esse deos dicere uideatur: ab epystola tamen
ad dionysium: ubi deorum nomen earum epys-
tolarum facere principium dicit: quas negligen-
ter ad gratiam aliorum: non ex animi sui senten-
tia scripserit. ab unius uero dei nomine illa inci-

· Quod deus ineffabilis est ca. 8.

· Quod deus est unus · ca. 9.

pere: quas studiosius edidit: aperte patet unum
deum putasse. De signo inquit epystolarum quas
cum studio mitto & quas non recte arbitror te
meminisse: Advertendum autem est diligenter: qr
multi a nobis literas petunt: quos repellere non
possumus. Cum ergo studio & ex sententia scribi-
mus animi: deus principium epystole prebet. Cu
autem non: non deus s dij. In legibus vero a ps
cis id se didicisse his verbis ostendit. Deus igitur:
ut a priscorum sermone accepimus. Cum princi-
pium finem & medium rerum omnium contine-
at: recte omnia natura perfectus determinat.
cui semper adheret iusticia severa ultrix eorum
qui divinam legem contemnunt. quam qui ad
beatitudinem erigitur: humiliter servat. Si quis
autem arrogantia elatus pecuniis aut dignita-
tibus effertur vel fortuna corporis & iuvente
amentia incensus animum deturpat & quasi
nullo principe ac duce indigens ipse alijs posse se
preesse arbitratur: is derelictus a deo universa
cum sodalibus suis perturbat & multis magnus
quidam videtur. brevi autem divinitus deiectus
atque punitus seipsum domum patriamque suam
simul evertit. hec plato. Tu autem quod dixit
principium finem & medium rerum a deo conti-
neri: illi prophetico conferas. Ego deus primus: ego
etiam post hec. Quod vero natura perfectus
recte determinat dixerit: illi simile rectitudi-
nes scivit facies eius. Quod autem dicit iusticiam
deo adhibere ultricem eorum qui divinam neg-
ligunt legem: illi consentaneum: iustus dominus
& iusticiam dilexit & mihi vindictam & ego ul-
ciscar dicit dominus. Quod humiliter deo adhe-
ret. Qui ad beatitudinem erigitur: illi compar e
post dominum deum tuum ambulabis. Et demum
quod a deo derelinquatur qui arrogancia effer-
tur: illi omnino quadrat: Deus superbis resistit:
humilibus autem gratiam prebet & leticia im-

De uerbo. c. 10.

piorum casus singularis. Sed hec quidem de uno deo dicta sufficiant. Nunc de unigenito filio quem uerbum dominum & deum ex deo hebreorum scriptura esse denotat: dicendum est. Moyses igitur apertissime domini appellationem bis posuit dicens. Et pluit dominus a domino ignem & sulfur. ubi bis quatuor uocalium ineffabilem concursum: quo ineffabile dei nomen significatur: conscripsit. Et dauid quoque & propheta & rex iudeorum in psalmis scripsit: Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Quomodo enim a dextris domini dominus sedet: nisi duas personas intelligamus. Quam quidem rem alibi apertius dicit: deum omnipotentem & creatorem omnium esse a dextris assidentem patris declarans. Verbo inquit domini celi firmati sunt. Saluatorem quoque ipsum omnium qui eum susceperint: his uerbis ostendit. Misit uerbum eius & sanauit eos. Filius etiam eius Salomon uocabulo sapientie pro uocabulo uerbi usus. hec ex persona ipsius sapientie dixit. Ego sapientia consilium atque cognitionem fabricata sum. Et post pauca. Dominus possedit me in initio uiarum suarum antequam quicquam faceret: a principio ab eterno ordinata sum. & ex antiquo antequam terra fieret. nec dum montes graui mole constiterant: ante colles ego parturiebar. quando preparabat celos: aderam. Et alibi est in illa spiritus intelligentie sanctus. unicus. multiplex. subtilis. mobilis. incoinquinatus. districtus. omnem habens uirtutem. omnia prospiciens. per intellectuales omnes spiritus mundos atque subtiles ingrediens. omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia. Transit autem ingrediens per omnia propter munditiam. Vapor enim uirtutis dei & emanatio glorie omnipotentis sincera. ac ideo nihil inquinatum in illam incidit. Fulgor enim est lucis eterne & speculum immaculatum dei ma-

iestatis & imago bonitatis illius. Attingit autem
afine usque ad finem fortiter & disponit omnia
suauiter. hec a priscis iudeorum auctoribus mo-
do sufficiant. Philonem autem etiam audias: qui
uis non recte in omnibus. dilucidius tamen hec ita
exponuntem: ut iure quis credere possit: non aliũ
esse scripture sensum q̃ ecclesia predicat. In libro
enim quem inscripsit quod peiora soleant me-
lioribus insultare: his uerbis usus est. Decet om-
nes qui scientiam querunt ad deum patrem
mentem erigere. Si uero nequeunt: ad imaginẽ
eius saltem uerbum .s. sacratissimum. Item in
eodem et si nondum aliquis filius dei appellari
dignus est: studeat tamen ad primogenitum eius
uerbum angelis omnibus antiquius & quasi prin-
cipem angelorum multinominem sequi. Origo
enim & deus & uerbum & imago ad quam ho-
mo creatus est. & israel uidens appellatur..
Quare paulo ante profusior ad laudes eorum
fui qui dicunt omnes nos unius hominis fili-
os esse. Nam etsi nondum digni sumus dei exis-
timari filii: sumus tamen ppetue imaginis eius
uerbi uidelicet sacratissimi. Dei etiam imago
est uerbum antiquissimum. Percepimus eti-
am a quodam moysi sodalium dictum ee: ec-
ce homo cui nomen est oriens. noua inaudi-
taqȝ appellatio. nec rei conueniens: si ex ani-
ma & corpore hominem dici putabis. Sin ue-
ro incorporalem illum qui diuinam habet
formam intelliges: commodissime orientis
nomine appellatus est. hunc enim primum
filium pater omnium oriri fecit: quem alibi
primogenitum nominauit. Filius quoque
patris uias imitatus & ad primitiua illius
exemplaria respiciens: species rerum for-
mauit. Nunc platonem audiamus qui hu-
iusmodi uerbis in epymenide usus est. Lau-
des autem referamus: non quidem alii animo:

alij mense: alijs nullo in tempore in quo polū
suum transcurrit mundum una effluens: quē
uerbum illius ordinauit. quod rerum omniū
est diuinissimum. Et in epystola ad tres sibi a-
micissimos. hermiam dico. herastum & chori-
scum his uerbis cautissime sacratissimum hoc
dogma illis commendauit. hanc inquit epys
tolam omnes tres una legetis. uel ad minus
duo communiter totiens quotiens poteritis.
Oportet enim uos uti hac lege iureiurando
confirmata diligentia eleganti & studio e-
iusq; sorore doctrina: ut per deum principē
omnium presentiū ac futurorum. & per pa
trem & causam principis & domini iuretis.
Quem si recte phylosophamur: clare q̃ntum
hominū contingere potest: cognoscemus. Non-
ne tibi uidetur plato hebreorum in scripturis
insudasse. Vnde nanque ipse q̃ ab hebreis di-
scere posset: patrem & dominum deum appella-
re. ac deum principis & domini patrem nomi-
nare. Aut quis unquā apud grecos a diuinis-
simo uerbo mundum dixit esse ordinatum.
Quod si platonicorum testimonio phylosophi
sententiam confirmari cupis: plotinum audi.
quid in eo libro dicat quem de tribus ipostati
bus a quibus omnia principium habent: in-
scripsit. Mundum inquit hunc sensibilem si qs
admiratur magnitudinem pulchritudinem
& perpetui motus ordinem considerans: & deos
qui sunt in eo: alios uisibiles: alios inuisibiles.
demonas etiam animalia plantas. ceteraq;
omnia ad primitiuum exemplar mente ascen-
dat & ibi cuncta intellectualia contempletur.
eorumq; omnium eternam mentem atq; sapi-
entiam presidentem. Et paulo post subiungit
dicens. Quis igitur hunc genuit. ille simplex
s. qui ante hunc est: quia causa est: ut iste sit.
& tantus sit qui numerum facit. non enim

numerus primus est. Ante dualitatem enim u-
num est: deinde dualitas est ab uno nata. Et pro-
gressus aliquantulum addit. Quomodo igitur
& quid intelligendum est circa illud quod stabile
manet: splendorem .s. ex illo. ex illo autem eodem
manente sicut splendentem lucem ex sole: ita
ex eo semper profluente. Ex manente autem
uniuersa etiam: que sunt: ab ipso inquam ma-
nente progrediuntur & ab eius uirtute subs-
tancia eorum necessario dependet. Imago igitur
primitiui est: unde nata est. Sic ignis calidita-
tem suam & nix frigiditatem non in se solum-
modo continet: sed extra etiam producit. maxi-
me autem que odorem emittunt isti rei testan-
tur. que donec sunt: emittunt quidem circa se
quo qui propinqui sunt perferuntur. omnia etiam
que perfecta sunt: generant. Quare quod sem-
per est & semper perfectum est: semper generat.
& quod ex eo generatur perpetuum est. quamuis
& minora etiam quam ipse sit: generat. Quid igitur
oportet de perfectissimo dicere / aut de maximo.
post illud intellectus est. Intellectus enim intel-
ligit & eget illo solummodo. Illud autem hoc
non eget & quod a summo intellectu natum est:
intellectus est. Melior autem omnibus intellec-
tus est: quoniam omnia post ipsum. Et post
pauca. Amat autem omne quod genuit & ma-
xime quando sola sunt generans & generatum.
Quando etiam optimum est illud quod genuit:
necessario cum illo simul est: ut et in eo solum
modo quod aliud est: separetur. Imaginem enim
illius intellectum esse dicimus. Et progressus su-
biat. Idcirco etiam plato terna omnia esse circa
regem dicit. primum circa prima / deinde circa
secunda & tercio circa tercia. Ipsam quoque
causam rerum patrem habere dicit. causam
rerum intellectum appellans. Creatorem enim
intellectum esse censet. & ab hoc animam esse

cratere

creatam in illo cratere. Cum igitur causa intel
lectus sit: ipsum bonum quod ultra intellectum
et ultra substantiam est: patrem eius appellat.
Multis autem in locis ipsum ens et intellectum
ipsum ideam nominat. Cognouit igitur plato
ex ipso bono intellectum esse: ex intellectu uero
animam et sermones hos non esse nouos. nec
modo sed a priscis temporibus non ita explanate
dictos. posteriores autem sermones expositionis
modo esse factos. Testibus uero quod hec opinio
prisca sit: scriptis ipsius platonis utemur. hec plo
tinus. Numenius etiam in libro de bono: his uerbis
utitur. Qui de primo atque secundo deo quicquam
intelligere gliscit: singula prius ordine distinguere
debet. aliter enim sui studii thesaurum effundit.
Quod ne patiamur: deo huius orationis duce in
uocato: ut cogitationis nostre thesaurum eliciat:
incipiemus. Orandum autem prius est: Deinde
distinguendum. Deus primus quidem: cum in se ipso
sit: indiuisibilis ac simplex est. Deus autem secun
dus et tertius unus est. et materie que dualitas
est inherens: unit eam. quamuis dissepararetur ab
ipsa: que tota capit et fluit. Et post pauca. Nec
enim inquit oportet deum primum creare: sed
creantis dei patrem esse. Et progressus aliquantu
lum. primum inquit deum regem omnium ab
omni opere cessare oportet. Creatorem uero de
um omnia gubernare dicimus. a quo in inferio
ra mens mittitur ad omnia que ad communi
cationem illius ordinata sunt. Cum igitur ad
nos conuersus deus respiciat nos: tum ipsius ra
diis fit: ut uiuamus. corpora quoque alantur.
et uiuant. Cum uero in altitudinem suam deus
se ipsum conuertat: tunc corpora quidem extin
guntur. mens uero uiuit uita beatiore. Ista il
lis psalmiste similia sunt. Quam magnificata sunt
opera tua domine. omnia in sapientia fecisti.
impleta est terra possessione tua. omnia a te
expectant: ut des eis escam in tempore. Dante

te illi colligent: aperiente te manum tuam om-
nia replebuntur bonitate. Auertente autem te
faciem: turbabuntur. Auferes spiritum eorum:
& deficient & puluerem in suum reuertentur.
Emittes spiritum tuum & creabuntur & reno-
uabis faciem terre. Quid enim hec ab illis dif-
ferunt: cum phylosophus asserat: respiciente
deo uiuunt ipsius radiis animalia. conuerso
autem in suam altitudinem extinguuntur. Cum
rursus salutari doctrina saluator noster predi-
cet: Ego sum uitis. pater meus agricola est: uos
palmites. Audi quomodo numenius consentanea
istis scripsit. Quemadmodum inquit agricole ra-
tio quedam est ad plantas relata: hoc modo se
habet primus deus ad creatorem. primus enim:
cum semen omnis uite sit: res omnes seminat.
creator uero plantat & distribuit transfertque
ad singulos nos que inde iacta sunt. Et aliquan-
tulum progressus: ut ostendat quomodo secun-
dus deus a primo est. Res quidem humane inquit
ab eo qui dat: ad accipientem transeunt. Diui-
ne uero a Sic igitur etiam rebus cognitis non
solum ut cognoscantur sibi a bono inest sibi:
uerum etiam esse & substantiam ab illo habent.
cum tamen ipsum bonum substantia non sit: sed
omnem substantiam uirtute sua excedat. his
uerbis plato sententiam suam manifestissime
aperit: quod intellectuales etiam substantie a bo-
no .i. a deo habent: ut sint & substantie sint.
bonum autem ipsum ultra omnem substan-
tiam censet: quare non sunt deo consubstantia-
les intelligentie. & cum esse atque substantiam
a deo acceperint: create profecto sunt. Que
autem create sunt: nefas erit deos putare. cum
etiam natura ipsum bonum non sint. quod u-
ni soli uere atque per se bono attribuitur. Sed
numenium rursus platonis sensum de bono
latius exponentem audiamus. Corporalia

inquit a signis & similibus quibusdam compre
hendere possumus. ipsum uero bonum a nullo
insito signo nec a similitudine sensibili comp
hendi ullo modo potest. Quare necesse est: quen
admodum in specula sedens paruam nauicu
lam solam in magno pelago inter undas acu
tie uisus uno intuitu perspexerit: sic longe
a sensibilibus in mentis quasi specula sedente
solum. ita ut nihil penitus magnum aut par
uum perturbet. Sed diuina quedam omnium
desolatio sit: ipsum bonum profunda tranqui
litate ac pace querere. Inuehitur enim & inhe
ret substancie quasi nauicule. Si quis autem
sensibilibus detentus ipsius boni quasi phan
tasmatibus mouetur. ac ideo putet bonum ipm
perspexisse: uehementer peccat. Nullum enim phan
tasma ipsius est. Via igitur atque ratio intelligen
di boni optima est: ut primum sensibilia omnia
negligantur. Deinde ut in disciplinis numeri ip
si inspiciantur. ac inde ad intelligendum ipm
ens eleuari. hec in primo libro de bono. In qnto
uero si est inquit substancia & idea intellectua
le quid causam intellectum esse con
cessum est: sequitur: ut intellectus iste solus sit
ipsum bonum. Nam si creator deus gubernacio
nis est: satis est: ut ipsum bonum substancie
principium sit. Cui quidem bono creator deus
pporcionabilis est: cum sit imitator eius. Subs
tancie autem generatio pporcionalis. imago
enim est eius & imitacio. Quod si creator ge
neracionis bonus est: erit substancie creator
bonum ipsum substancie consitum. Cum enim
duplex secundus sit: ipse & mundum & ideam
eius facit: cum sit creator. Quatuor ergo sunt.
primus deus qui est ipsum bonum. imitator
eius qui omnium creator est qui est bonus.
essencia uero. altera quidem primi: altera uero
secundi. cuius imitacione est pulcher mundus.

boni participatione ornatus. Sic plato bonum primo deo solummodo tribuit. Nam si bonus secundus deus est: a primo tamen bonus est. Separatio uero, et in diuersis hec libris posuit. Seorsum enim circulare creatorem appellauit. dixitque in tymeo bonus erat. In libris autem de re publica ipsum bonum boni a barbari iudei theologia transposita sunt. barbarum enim neminem alium certe hic q̄ saluatoris mi euangelistam iohannem appellauit. qui euangeliū sic incipit. In principio erat uerbum et uerbū erat apud deum et deus erat uerbum. hoc erat in principio apud deum. omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso uita erat et uita erat lux hominum. Et uerbum caro factum est et habitabit in nobis et uidimus gloriā eius. Sed alium etiam ab hebreis theologum audias. Qui est inquit imago inuisibilis dei totius creature primogenitus in quo creata sunt omnia que in celis: et que in terra sunt: siue uisibilia siue inuisibilia. Sed que de filio dei dicta platonicis sunt: ad hoc usque procedant. Cum autem scriptura hebreorum cum patre ac filio spiritum numeret: ac beatissimam sanctissimamque trinitatem unū deum esse significet; quod expressius ecclesia et sentit et predicat: operepretium est audire: quo enigmate plato ad dionysium scribens usus ē. Dicendum inquit est enigmate censeo: ut si epystola excidat: qui legent non intelligant. Sic enī res se habet. Omnia circa regem uniuersi sunt. illius gratia cuncta sunt. ille causa bonorum omnium est. secundo circa secunda et tercio in terciis. hominis igitur anima discere gliscit quenam ista sunt. Trahitur enim ad comparia eius. hec qui platonem exponunt: ad primum deum et ad secundam causam atque tertiam quam mundi animam ēē dicunt: pertinere arbitrant.

·De bono ca· ii·

Tertium enim deum mundi animam esse dicunt.
Diuina uero scriptura patrem & filium & spiritum
sanctum: unum rerum omnium principium
esse confirmat. Nunc de bono quid scriptu-
ra: quid platonici dicant: perscrutemur. Scrip-
tura igitur ipsum bonum nihil aliud esse docet: quam
ipsum deum. bonus enim inquit dominus om-
bus sustinentibus eum. Et confitemini domino:
quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia
eius. Et Saluator. Cum me inquit dicis bonum:
nemo bonus nisi unus deus. Plato autem in ty-
meo: dicamus inquit: qua de causa uniuersum
hoc a creatore productum est. Et confestim sub
iungit: bonus erat. bono uero nulla unquam inu-
dia inest. Quare omnia quam maxime similia sibi
facere uoluerit. Et in libris de re publica. Sol
quoque inquit uisus quidem non est. causa uero
ipsius sic est: ut ab eo ipso uideatur. Sic puta
me dicere boni emanationem. Genuit enim
similem sibi. quodque ipsum in intellectualibus est
ad intellectum & intellecta: hoc in uisibilibus
ad uisum & uisa. Et post pauca. Quod igitur
ueritatem rebus cognitis prebet & cognoscenti
cognoscendi uirtutem ideam esse boni credendum
est. Et rursus. non enim rebus que oculis cernun-
tur: uim qua uideantur solummodo a sole pre
beri concedes: uerum etiam generationem/incre-
mentum/alimentum: cum sol ipse generatio non
sit: deo dantur. & ab eo non absunt. quale quod
scientia est. quam qui accipit: melior factus est.
Qui autem dedit: nihil amisit. lucerna enim
ab alia lucerna sic accenditur: ut prima non
non extingatur (Materia enim alterius ab ig-
ne alterius accenditur) Sic et scientia non rece-
dit a dante & tamen in accipientem transiuit.
Cuius rei causa humana non est. Substantia
uero que scientiam habet: idem est apud deum
dantem & apud accipientem. Idcirco plato quoque

a promethEo in homines magno quodam splendo-
re ignis sapientiam uenisse affirmat. Et post-
pauca: alia inquit primi dei uita est: alia secun-
di. primus enim stat: secundus autem mouetur.
Et primus in intellectualibus: secundus in intel-
lectualibus & sensibilibus. Nec mireris de his uer-
bis. Mirabilius enim illud est: quod modo dicam.
Nam statum etiam primi motum assero esse in-
natum: a quo uniuersi ordo statusque sempiternus
& salus in res omnes transfunditur. Idem in sexto.
Nam quoniam non ignorabat plato creatorem
ab hominibus solum cognosci: primum autem
intellectum quem ens ipsum appellat: omnibus
esse ignotum: idcirco his utitur uerbis: quasi mag-
na uoce clamet. Quem putatis intellectum o
homines. non est primus: sed alius ante ipsum est
maior atque diuinior. Et aliquantulum progressus:
Gubernator inquit cum pelago feratur clauo
inherens gubernaculo sedendo nauem dirigit. Ocu-
li uero eius in altum ad ethera tendunt: sic uia
nauiganti per maria per celum dirigitur. Non
alio modo creator: ne materia repellatur aut
difluat: armonice ipsam ligauit. & tanquam
in naui in ipsa insidet & armonice dirigit per
ideas quasi per clauum gubernans. respicitque non
in celum: sed in deum superiorem quem speculando
discernendi uim accipit. quem desiderando mo-
tionem recipit. hec illis similia sunt. Nihil potest
filius a se ipso facere: nisi uideat patrem facien-
tem. Ita platonici omnes & ante platonicos ipse
plato: ab hebreis ea omnia uidentur habuisse: qui-
bus excelluerunt. Nam et si non recte intellexerunt:
uerbis tamen suis manifesti sunt: cuncta ab he-
breis accepisse. Vnde Amelius quoque illustris in-
ter iuniores platonicos: quamuis iohannis euan-
geliste nomen celauerit: barbarum ipsum quoniam
iudeus fuit appellando: uerbis tamen eisdem fere
utitur dicens. hoc profecto erat uerbum: quo ea

que sunt: facta sunt. ut heraclitus etiã dicet
quod etiam ipe barbarus putat in ordine princi
pii atq; dignitatis constitutum apud deum esse
& deum esse. per quod uniuersa simpliciter esse pro
ducta. in quo que uiuunt: uitam habent & in
corpora ipsum cadere & carnem indutum homi
nem ita uideri: ut nature dignitas non lateat.
Quare rursus resolutum in deum redire. & deum
talem esse: qualis fuit anteq̃ in corpus & carnẽ
hominem deduceretur. hec enim non occulte:
s; aperto ac nudo capite ut dicitur. Sensibilem
uero sexadi. connubium enim sexas a pythago
ricis dicitur: quia fecundus numerus est. In uni
tate igitur celum inuisibile factum est & terra
sancta lux intellectualis. In principio enim fecit
deus celum & terram & terra erat inuisibilis. Et
subiungit: & dixit deus fiat lux: & facta ẽ lux.
Insensibilis autem mundi creatione solidum
creauit celum. quod uero solidum est: sensibile
etiam est: terram inuisibilem & lucem que cerni
tur. hec latius duximus: ut ostendamus ideas
animalium in intelligibili mundo positas. a qui
bus sensibilia ista secundum platonem creantur:
ab hebreorum scriptura ẽẽ deriuata. Unde etiã
dicitur plato incorporeas uirtutes & bonas &
contrarias esse. Scribit enim in decimo de
legibus: Si omnia que quo uolunt mouentur:
anima gubernat: quare celum etiam ab ani
ma gubernari non dicimus? Certe inquam di
cendum est. unam ne igitur: aut plures? paucio
res inquam duabus. benefactrice s. atq; contra
ria: ponunde non sunt. Et post pauca. Conces
sum iam nobis est: multarum bonarum uirtu
tum celum ẽẽ repletum. Contrarys etiam non
uacare. Unde nobis bellum absque fine indictũ
est. in quo agendo nobis opus est patrocinio..
Auxiliatores autem nobis dij & demones sunt.
Nos uero possessio quedam sumus deorum ac de

Q ab hebreis dicat
plato contrarias esse
uirtutes ca. 12.m

monum. Unde ista plato inuenisti. Ego quidem
nescio aliud preterquam quod mille annis ante tuam
etatem uolgo apud hebreos hoc dogma fere-
batur. Scribitur enim et uenerunt angeli dei:
ut coram deo assisterent et diabolus uenit in
medio ipsorum. Diabolum quidem contrariam
uirtutem: angelos autem bonos appellauit.
quas et uirtutes bonas et spiritus diuinos et mi-
nistros dei scriptura nominat. qui facit dicens
angelos suos spiritus et ministros eius ignis et
flammam. bellum etiam nobis a contrariis
inferri scriptura significat. dicens non esse nobis
hanc luctationem aduersus carnem et sangui-
nem: sed aduersus principatus potestates et prin-
cipes huius mundi. aduersus spiritualia nequi-
tie in celestibus. Cum autem possessionem nos
deorum et demonum censeat: illud moysaicum
traduxisse uidetur: quo dicitur: quando altis-
simus gentes patiebatur: disseminauit filios
ade. et constituit terminos gentium secundum
numerum angelorum dei.

Quod anime quoque immortalitatem ab hebreis plato didicerit. ca. 13.

Et de anime au-
tem immortalitate moysen est secutus: qui primus
immortalem esse docuit: cum eam imaginem esse
dei: immo uero ad imaginem dei esse asseruit. Et
fecit deus inquit hominem: ad imaginem dei fe-
cit eum. Et distinguens in corpus et animam
hominem subiungit. Et sufflauit in faciem eius
spiraculum uite. et factus est homo in animam
uiuentem. principem uero esse hominem atque re-
gem omnium que in terris sunt: ostendit dicens.
Et dixit deus faciamus hominem ad imaginem
et similitudinem nostram. et presit piscibus ma-
ris et uolatilibus celi. diuine imaginis factus
est. Primitiuum ergo sigillum quod intellectu-
alem mundum appellamus: ipsum exemplar est.
primitiua idea idearum omnium dei uerbum.
In principio autem dicit fecisse deum celum

et terram.

et terram: non secundum tempus principium in-
telligens: ut multi putant. Non fuit enim tempus
ante mundum. sed aut cum ipso: aut post ipsum.
mensura enim motus tempus est. motus autem
re mota prior esse non potest: sed aut posterior aut
simul. Quare necesse est: tempus aut post mun-
dum: aut una cum eo factum fuisse. Relinquitur
ergo principium hic numeri esse intelligendum:
ut in principio pro primum accipiatur. Et post
pauca. Primum igitur celum fecit incorporale
& terram inuisibilem aeris idem & uacui. quo-
rum alterum tenebras (niger enim aer natura
est) alterum abyssum appellauit. Vacuum enim
profundissimum & effusissimum est. Deinde aque
atque spiritus incorporalem substantiam. & dein-
que septime lucis que etiam incorporalis & in-
tellectualis solis exemplar & omnium stellarum
fuit. Duo autem spiritus scilicet & lux digniora ui-
dentur. Alterum enim dei nominauit: quia spiritus
uiuacissimus est: uite autem deus causa est. al-
teram autem ualde bonam esse affirmauit. Tan-
to enim intellectualis lux uisibili hac fulgentior
est: ut mihi uidetur: quanto sol tenebris: dies
nocte. & intellectus totius anime dux oculis
corporis. Inuisibilis autem & intellectualis illa
lux diuini uerbi est imago. Quod generationem
lucis eius explicauit: que est supercelestis stella
fons sensibilium stellarum. a qua sol luna cete-
reque stelle pro uirtute sua fulgorem hauriunt.
Qui fulgor simplex atque sincerus tanto denigratur
postea quam in mutabilia transierit: quan-
tum ab intellectualibus sensibilia distant. Ni-
hil enim sincerum est eorum que sentiuntur.
Quoniam uero luce facta tenebre abierunt:
& termini in utriusque spaciis fixi sunt. cer-
tis uespere & mane. Spatium temporis quod
hinc effectum fuit: diem nuncupauit. & diem

non primam sed unam · que ita dicta est propter intellectualis mundi solitudinem · qui unicam habet naturam · Et sic quidem incorporalis mundus absolutus: est diuino uerbo constitutus · ad cuius exemplar sensibilis creabatur · cuius primam partem atque optimam celum effecit et firmamentum appellauit: quia corporeum est · Natura enim firmum atque solidum corpus est: propter trinam dimensionem · nulla enim alia corporis solidi atque firmi notio est: quam trina dimensio · Iure igitur ita nominatur: ut ab intellectuali atque incorporeo sensibile: hoc et corporeum distingueret · hec philo · Quibus clemens noster quoque consentanea in sexto dicit · Mundum inquit phylosophia barbara: alium intelligibilem: alium sensibilem censet · Alterum primitiuum: alterum boni exemplaris imaginem · et intelligibilem quidem unitati attribuit · esse ideam censet: ut si creatoris idea ipsum bonum: qui participatione solius primi bonus esse probatur · Sicuti enim homines dicuntur hominis idea: ut ita dicam impressa · et boues bouis: sic cum creator sit bonus participatione primi boni primus intellectus idea eius erit · qui est ipsum bonum · Que cum ita se habeant: hunc mundum necesse est imaginem esse alicuius · Intelligencias enim omnes illud in se ipso continet: sicut hic mundus nos · hec plato in tymeo · Quorum sensum ab eo libro Dydimi sumam: quem inscripsit de placentibus platoni · Determinata inquit sensibilium exemplaria ideas appellat · ex quibus scientiam et diffinitiones fieri censet · preter enim omnes homines hominem quendam intelligi · et preter equos omnes equum · Ac ita communiter preter animalia animal · nec genabile nec corruptibile · Ut quemadmodum ab uno sigillo multa signantur et multe imagines fiunt

inde imagines: sic a singulis sensibilium ideis
multa formantur. Est autem idea ppetua subs-
tancia causa & principium: ut singularia talia
sint: qualis ipsa est. Et quenadmodum primiti-
ua sensibilium exemplaria ad hec corpora prece-
dunt: sic que omnia in se ipsa continet pulcher-
rima atq perfectissima huius mundi exemplar
est. ad quam a creatore deo ab uniuersa substan-
tia mundus simillime formatus est. hec Didimus
ex sentencia platonis. Que omnia multo altius
sapientissimus ille moyses a quo isti hec detorse-
runt: breuissime conscripsit. qui ante hunc sole
& stellas & celum uisibile quod firmamentum
appellat ante aridam hanc terram, ante di-
em hunc & noctem hanc: lucem aliam & die
ac noctem aliam a deo uero creatoreq omniu
facta fuisse ostendit. propheta quoque inuisi-
bilem solem ostendens oratione deo accommo-
data. Timentibus inquit me sol iustitie orietur
ipsam quoque iusticiam: non dico qualitatem
aliquam: sed qualitatis creatricem: hebreorum
ille ppheta significauit. cum de deo dicat: Quis
suscitauit ab oriente iusticiam. uocauit ea
in facie eius. Verbum quoque in prioribus
creatorem ab hebreis appellatum ostendimus.
De quo quidem uerbo hec apud eos feruntur.
Qui natus est nobis sapientia a deo iusticia &
sanctimonia & redemptio. Dicitur enim &
uita & sapientia & ueritas & omnia subs-
tancialiter. Subsistit enim sapientia hec: ut
uerbum hoc: ut ab hebreorum scriptura do-
cemur. quamuis philo iudeus scripture inter-
pres ac expositor aliter sentire uideatur. que
non est alienum audire. Si quis uoluerit
inquit significacioribus uti uerbis: nihil a-
liud intellectualem dicet esse mundum: quam dei
iam creantis uerbum. Nihil enim aliud ci-

De ideis secundum
moysen ex philone
ca. 14.

uitas illa intellectualis est: q racio creatoris crea re iam cogitantis. Quod dogma moysi: non meu est. Aperte nanque scribit ad imaginem dei ho minem ee formatum qsi pars imago imaginis est & uniuersus iste mundus sensibilis ad exem plar ac bestiis uniuersisqz terre. Et creauit deus hominem ad imaginem & similitudinem sua. ad imaginem dei creauit eum. Quomodo au tem aliter imago dei & deo similis erit: q secun dum intelligendi uim. Sed platonem quoque audiamus: ut q bonus moysaice scripture dis cipulus fuerit: audita non ignoremus. Scribit enim in alcibiade. habemus ne aliud melius atqz diuinius in anima: q illud est quod sapit atqz intelligit. nihil prsus. hoc ergo illud est qd deo simile est. quod si unus quisque in seipso cog nouerit: deum quoqz non ignorabit. In libro uero de anima: Duo inquit genera rerum po nenda sunt: uisibile atqz inuisibile. Quorum alterum .s. inuisibile eodem semper se modo ha bet. alterum uero nunqua se habet eodem mo do. Nostri quoque alterum corpus est: alterum anima. Et corpus quidem uisibile: anima uero inuisibilis est. Et quando corpore utitur ad co siderandum aliquid (Vtitur autem aut uiden do, aut audiendo, aut omnino sentiendo) Tuc a corpore ad hec trahitur: que nunqua eode modo se habent. Quare fit: ut erret turbet? ac quasi temulenta deficiat. Quando aute per se ipsam aliquid considerat: tunc ad im mortale sincerum. sempiternum. eodemqz modo semper se habens: quia sempiternum attingit. Que passio animi prudencia nun cupatur. Valde inquam recte & uere dicis o Socrates. Tunc Socrates. utri ergo tibi uidet? cognatius atqz similius ee anima. ei ne quod eodem modo semper se habet. an rei muta bili? primo inquam omnino. Cum autem

quasi

ad seruiendum corpus: ad principandum ani-
mam natura finxerit: nonne hac etiam ratione:
cum principari diuinum sit: seruire autem
caducum atque mortale: manifestum est: deo
animam similem esse. Omnino ita est. Cebes in-
quit. Si ergo ita est o amice: Socrates intulit: non-
ne: ut corpori conuenit mori atque dissolui: sic ani-
me conueniet nunquam mori atque dissolui. Quod
cum cebes concessisset: si ergo inquit Socrates: mun-
da nihil a corpore secum contrahens decesserit: que
uidelicet seipsam quantum poterat colligebat: sem-
perque corpore contempto de morte meditabatur.
quod nihil aliud est quam recte phylosophari (medita-
tio enim mortis phylosophia est): ad similem na-
turam inuisibilem: diuinam: immortalem: pruden-
temque profecta: uera beatitudine fruitur: ab
omni errore: stulticia: terrore: alysque hominum
malis liberata. Si uero immunda maculisque plena
exierit: quia corpus dilexit et coluit: et ab eo
et uoluptatibus eius adeo allecta: ut nihil ali-
ud bonum putaret: quam quod corporeum est: Quod
uero intelligibile est: oderit atque fugerit: sincera
ra in seipsa non est. hec plato. que in primo ad
boethium latius exponit porphyrius dicens: fir-
mam certamque rationem eam plato putauit:
que a similitudine aliquorum uim accipit. Nam
si deo immortali similis anima est: quomodo
etiam ipsa sicuti exemplar suum immortalis
non erit? Cum enim duo quedam aperte op-
ponantur: querit cui oppositorum adhereat
anima. Qui optimus demonstrationis modus
in his rebus inuenitur. Et quamuis a prima
etate usque ad senectutem multa contra ra-
tionem faciamus peccantes: tamen quia ue-
re rationali deo in multis similis anima est:
rationalis esse ab omnibus creditur. Cum
igitur duo aperte opponi concedantur: immor-
talis uidelicet atque diuina natura et terrestris

allecta

in eboethum

atque corruptibilis: Dubitatur autem a nonnullis. cuius partis anima sit. a similitudine putavit plato plato veritatem esse querendam. Et quoniam non sensibili et mortali corpori: sed vivo et immortali deo secundum operationes similis est: hinc similitudinem etiam in substancia quandam habere. ac inde immortalem esse racionatur. Nam ut que irrationalia sunt statim a divina substancia: cum sint caduca et instabilia longe abesse videntur: Sic certe consequens est. que operatione intelligendi conveniunt: ea immortalitate quoque substanciae convenire. Quoniam enim substancia conveniunt: idcirco etiam operatione conveniunt. Fluunt enim a substancia operaciones: ac quedam eius sunt emanationes. Nam si simillima deo anima est: quid opus est pluribus verbis ad demonstrandam immortalitatem eius. Non enim divinis operationibus uteretur: nisi etiam ipsa divina esset. Nam et si cum in caduco mortalique corpore defossa sit: continet tamen et vivificat illud divinam suam ostendens substantiam. nec pondus corporis eam omnino deicere potest. quomodo si e corpore liberabitur: aurea sua species non prefulget? Aut quomodo ipsa immortalis non erit cuius presentia corpus non moritur? Et progressus aliquantulum. Divina est anima inquit: quoniam indivisibili similis. mortalis autem videtur: quia mortali corpori coniungitur. Ita et mortalibus et immortalibus similis est. homo enim etiam est: qui ventri sicuti pecora deditus est: homo autem et in mari a periculis naves gubernando liberat. morbis affert remedia. veritatem rerum perscrutatur diligenter atque invenit. instrumenta varia fabricatus est: quibus celestium corporum motus comprehendere potuit. Que divine atque immortalis certissima mentis argumenta sunt. quamvis multi vo-

luptatis delimiti illecebris mortalem eam puta
uerunt: ex his que extrinsecus uidentur ratio
cinantes. hec porphyrius. horum igitur omni
um doctor moyses fuit. qui a similitudine crea
toris: quam anima possidet: immortalitatē
anime confirmauit. Sed reliqua uideamus.
In omnibus enim hebreorum similis plato est.
quamuis in multis ut diximus errare ideo forsi
tan uidetur: quoniam diuina scriptura nemi
ni preter pphetas ante saluatoris tempora pa
tuit. Moyse igitur uniuersa a deo creata
predicante: In principio inquit creauit deus
celum & terram. Vide quemadmodum non ex
cidit ab hac sententia plato. Omne inqt quod
factum est: necessario a causa factum est. Fie
ri enim nihil potest absque causa. Vniuersum
igitur: aut celum: aut mundus: aut quauis
alia notetur appellatione: considerandum: u
trum erat semper / nullum generationis sue ha
bens principium: an factum est & ab aliquo
incepit principio. Visibilis igitur & tangibilis
est: cum corpus sit. Cuncta uero hec sensibilia
sunt. Que uero sensibilia sunt: opinioni subia
cere & facta ēē demonstrauimus. Quod por
ro factum est: a causa factum ēē nēce ē. Cau
sam igitur & creatorem uniuersi qui sit: inue
nire difficile est. & cum inueneris: in uolgus e
dere impossibile. Et post pauca. Sic igitur ratio
nem sequentes nefas est dicere: animatū huc
mundum ac uere mentalem a dei puidentia
non ēē factum. Rursus cum moyses solem
& lunam & ceteras stellas a deo productas osten
dat. Et dixit deus: Fiant luminaria in firma
mento celi & sint insigna & in tempora. Et fe
cit deus duo luminaria magna & posuit ea in
firmamento celi & stellas. Similiter plato q̄q3
dicit a uerbo & mente diuina solem & lunam

·Q̄ pductum ēē mun
dum ab hebreis pla
to accepit. ca. [illegible]

·De luminaribus.
ca. 16.

& alias quinque stellas cognominatas erraticas ad generationem temporis factas esse. Quorum corpora deus fecit & posuit in circulis. Diligentia igitur quod dicit a uerbo & mente diuina considera. Illi enim uerbis quoque ipsis consentaneum quod psalmista dicit: Verbo domini celi firmati sunt & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Deinde cum moyses in firmamento positas stellas dixerit: eadem uoce plato usus circulis posuit inquit. Ad hec per singula scriptura dicit: & uidit deus quia bonum. & summatim repetens: & uidit deus omnia que fecerat & erant ualde bona. plato autem si bonus est inquit iste mundus: & creator bonus. Et rursus hic optimus effectuum: ille optima causarum. Preterea de consumatione & mutatione mundi: aperte & magna uoce scriptura predicante: quia complicabitur celum sicut liber. & rursus erit celum nouum & terra noua. Audi quomodo plato etiam hoc dogma comprobauit in tymeo dicens: Constituit celum uisibile atque tangibile. Et propter hec & ex istis & talibus & ex quatuor numero mundi corpus factum est proportione conueniens a ceteris omnibus indissolubile: preter quam ab eo qui colligauit. Et post pauca. Tempus igitur cum celo factum est: ut simul facta: simul etiam dissoluantur: si quando solutio queedam ipsorum fiet. Et post pauca subiicit: quod ligatum est: solubile est. quamuis qui bene aptatum beneque ligatum soluere uolt: bonus non sit. Quare inquit: deo attribuens uerba: Dii quorum ego creator & pater sum: quoniam facti estis: immortales quidem non eritis nec indissolubiles omnino. non ergo dissoluemini nec in mortem deducemini: maiore uinculo colligati. Et in libro de re publica hoc inquit: uniuersum aliquando quidem ipse deus conuoluit: aliquando autem dimittit: cum circulationes conuenientis men-

De mutatione mundi ca. 17.

sure tempus habuerint. Nonnunquã autem casu in contraria circunducitur: cum animal sit et prudentiam ab eo qui fecit: in principio susceperit. Celum enim corporeum est. quare absque mutatione ẽẽ penitus: impossibile est. Circulariter autem motum minimam sui motus habet mutationem. Nihil autem potest seipsum semper voluere: preter corpus. quod omnium q̃ mouentur habet principatum. quod nullo modo potest sic: modo sic: modo aliter moueri. Ex quibus omnibus non oportet hunc mundum semp a seipso volui concedere. nec à deo binas et contrarias volutiones accepisse. nec quidem a duobus diis inter se dissidentibus. Sed sicut modo dictum est: aliquando quidem a diuina causa ducitur: vitam rursus insecutus immortalitatemque a creatore superiniunctam. Aliquando autẽ cum dimissus fuerit: per seipsum volui tempore quo dimittitur. quoniam cum maximus sit ac equalissimi ponderis: minimo nixus mouetur: multa annorum milia voluitur. Omnium igitur que mirabiliter accidunt: hec uniuersi circulatio causa est. que aliquando sicuti nunc voluitur: aliquando in contraria. Maximas igitur tunc mutationes fieri putandum ac multas animalium corruptiones: hominũ interitus et alia noua atque inaudita. Progressus aliquantulum: deinde mortuos reuicturos dicit. quod nescio undenam aliunde: q̃ a iudaica scriptura intellexerit. Ferebatur inquit a priscis illis: eos qui in ultima circulatione moriuntur vicinos futuro tempori: in prima rursus resurgere ac ab huiusmodi hominibus multa nobis nunciata ẽẽ. que nũc volgo non recte falsa putantur. Consequens enim est hos senes ad puerorum rursus naturam conuerti. et mortuos qui iacent in terra

. Q̃ resurrecturos mortuos concedit. ca. 18

rursus tunc esse revicturos: generationem sequen-
tes. que in contraria revolvitur. nisi quos deus
in aliam condicionem traduxerit. Et progressus
dixit tempore omnium exacto: quoniam mu-
tacionem fieri oportet: cum terrenum genus
defecerit: omni anima per generationem in
corpus iussum deducta: Tunc universi guber-
nator habenis gubernationis dimissis ad alti-
tudinem suam abibit. Mundum autem rur-
sus parce & innata cupiditas evertet. quod
cum fieri viderint dij minores: partes mun-
di sue gubernationi commissas relinquent.
Mundus autem revolutus atque in contrarium
latus & magno terremotu concussus inaudi-
tam omnibus animantibus pestem inducet.
Et tempore aliquo exacto omni turbatione
sedata: solitum cursum accipiet. Deus enim
ne omnino dissoluatur: gubernacula rursus
accipiet. & omni expulsa turbatione immor-
talem ipsum & insenescentem efficiet. Et post
pauca. Dicam inquit tibi sermonem fortissimi
viri Iris nomine, genere armenij. qui olim in
prelio mortuus post decimum diem fere iam
corpore corrupto delatus a suis domum: cum
in rogum poneretur: decimo die postquam deciderat:
revixit. multaque ibi se vidisse narravit. ac
inter alia: quod anima sua egressa e corpore
cum multis in locum quendam demum de-
venisset: ubi terre hiatus inter se connexi
maximi erant: ex opposito duo erant ad
celum itinera. Iudices autem sedentes vidis-
se. a quibus qui iusti fuisse iudicabantur:
in anteriore parte signis alligatis ad dexte-
ram & sursum in celum ire iubebantur. In-
iusti vero ad sinistram & deorsum signis ad
posteriorem partem eorum alligatis: in quibus
scripta erant eorum facinora. Que cum vi-
disset: accessisse atque rogasse: dicebat ut lice-
ret ei hominibus hec nunciare. Quod cum

illis placuisset: per omnia illa loca diligentius ductum fuisse. hec plato. Plutarchus autem in primo de anima hec narrat. Enanchus inquit nuper egrotans tanquam iam mortuus a medicis fuit relictus. Et breui tempore postea in se ipsum reductus dicebat se mortuum fuisse et in corpore iterum restitutum. nec in ea egrotatione moriturum. reprehensosque aiebat uehementer a domino suo eos spiritus qui animam eius duxerunt. ad nichandam enim missos: non ad illum fuisse. Nichandas autem coriarius erat et etiam in palestris non ignobilis: qui eo tempore quo enanchus reuixit: in maximas incidit febres ac repente mortuus est. hic autem uiuit superstesque est felicissime nobiscum manens. hec ideo posui: quia scriptura etiam hebreorum non nullos reuixisse uerissime narrat. Verum quoniam in repromissionibus scripture solis piis terram quandam reseruari fertur secundum illud Mites autem hereditabunt terram. hec uero celestis est quam propheta ex preciosis lapidibus alegorice constare significat dicens: Ecce preparo ego tibi carbonem lapideum et ponam pinnacula tibi ex hiaspide et fundamenta ex saphiro / et circuitum tuum ex lapidibus electis. Considera quomodo ipse quoque plato similia in libro de anima ex persona Socratis scribit. Glauci artificium inquit: non posset exponere quecunque ibi sunt. Ego autem etiam si possem o Simia: uita mihi tamen non sufficit. nihil tamen prohibet formam illius terre: ut mihi quidem uidetur: breuiter explicare. Satis hoc est: Simias inquit. Credo igitur Socrates addidit: quoniam est in medio celo rotunda nihil soli sibi opus esse: ne cadat. nec aere / nec ulla re alia. Deinde maximam quandam esse. nec huic similem in qua tanquam in

Plutarchus.

De celesti terra secundum platonem ca. 10

sterquilinio formicas: aut in palude ranas: homines uideo habitare. Et post pauca. ipsam uero terram mundam in celo mundo: ubi stelle sunt positam esse credo. Et progressus. Si natura inquit humana illa posset superiora perspicere cognosceret: ibi esse uerum celum, ueram lucem, et ueram terram. hec enim terra et isti lapides et omnia que hic sunt corrupta exesaque sunt. quemadmodum ea que prope mare sunt a salsedine maris. Et post pauca: dignam rem auditu dicerem inquit: si fabulam audire uelletis. Nos autem inquit Simias libenter audiemus. Dicitur ergo Socrates inquit: talem illam terram esse: si quis totam ab alto prospiceret: qualis esset: duodecim coloribus exornata sphera. quorum isti colores quibus scriptores abutuntur: quasi feces sunt. ibi autem uniuersam illam terram a fulgentioribus esse depictam. atque aliam partem eius ceruleam: aliam auream, aliam albam multo albiorem niue. Et ex aliis coloribus: alias mirabili pulchritudine coloratas, et ultra quam oculus hominis umquam perspexit. In tanta igitur talique terra proportionabiles arbores nascuntur. flores et fructus proportionabiliter gerentes. montes quoque collesque sunt et lapides in simili proportione. quorum quasi particule isti lapides sunt. Sardius dico iaspis smaragdus et similes. Quibus multo meliores sunt illi. Nihil enim boni est quod ibi non sit. Cum etiam scriptura iudicium postquam hinc abierimus animarum futurum dicitet et per alia multa et per hoc non minus. Iudicium inquit sedit. Fluuius ignis coram eo fluebat. mille milia ministrabant ei. et decies centena milia assistebant ei. Audi etiam platonem de iudicio dicentem:

. Quod etiam de iudicio hebreos plato sequitur . c. 20.

et fluuii nomine utentem multasq; piorum
mansiones & diuersa impiorum supplicia: nõ
aliter fere q̃ hebreorum scriptura narrantẽ.
scribit ēt in libro de anima sic. Tertius amnis
in medio istorum exit. & iuxta hostium in
latissimum incidit locum igni ardentem. ubi
facit paludem mari multo maiorem aqua &
limo ebulientem. ac deinde turbidus atq; limo-
sus terram circum amplexus prope palude
Acherusiadem defluit. nec ipsi permixtus. sȝ
crebris uorticibus sub terram circumuolutus
infra tartarum exit. hic est amnis quem pyri-
phlegethonta nominat. Ex opposito huius sti-
geus est quartus amnis. a quo paludem stigẽ
nomine fieri creditur. In hunc fluuium qui
incidit grauiter a aqua tortus fertur: circũ
uolutus pyriphlegethonti oppositus. tandemq;
prope acherusiam paludem ex opposito uenit.
nec etiam huius aqua cuipiam miscetur. sȝ
circunlata in tartarum tandem exit. in op-
positum pyriphlegethonti. hunc poete coci-
tum appellant. hec cum ita se habeant: cũ
defuncti ad eum locum deuenerint. quo de-
portantur: primum diiudicantur quinam
iuste & qui contra uixerint. et si qui uidebu-
tur medio quodammodo uixisse: in uehicula
scandunt sua & per acheronta in paludem
deferuntur: ubi graui supplicio depurgant.
Et postea liberati honores consecuntur secun-
dum benefactorum suorum dignitatem. Qui
autem uidebuntur pp magnitudinem pecca-
torum curari non posse: in tartarum omnes
eiecti nunq̃ inde possunt exire. Qui uero cura-
biles sunt: quamuis maxime peccarint: ut
puta in patrem uel matrem ex ira & postea
penitudinem habuerint. uel homicidio uel
alio quodam facinore contaminati: hos

in tartarum deuenire necesse est. annoque toti temporis spatio eiciuntur abunda. homicide quidem in cocitum. patris autem aut matris uiolatores in pyriphlegethonta. Cumque ad acherusiadem fuerint paludem clamantes uocant: alii quos uituperant: alii quos occiderunt. Cumque uocauerint rogant et supplicant: ut in palude suscipiantur. Et si exorauerint: exeunt et liberantur a malis. Sin uero non exorauerint: rursus in tartarum feruntur. ac inde iterum in fluuios. nec prius cessant quam exorauerint quos leserunt. hec enim ultio a iudicibus imponitur. Qui autem sanctitate uiuendi excelluisse uidebuntur: hi sunt qui ab ista terra quasi a uinculis liberantur. horum qui se phylosophia purgarunt: sine labore in sempiternum uiuunt et habitationes pulcherrimas consequuntur: quas nec uerbis exprimere possibile est. nec si possem: tempus sufficeret. horum igitur gratia o Simmia cunctis uiribus uirtutis curam oportet in hac uita gerere. optimum enim premium propositum est et spes maxima. hec plato. Quod autem dixit non esse possibile uerbis pulchritudinem illarum habitationum exprimere: nonne simile illi nostro est: non uidit oculus, nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit: que preparauit dominus amantibus eum. habitationes autem multas dixit: et nos multas esse apud patrem mansiones dicimus. pyriphlegethonta uero ignem eternum esse quis dubitabit. hebreorum enim propheta clamat. Quis nunciabit uobis quia ignis ardet? quis nunciabit uobis ignem eternum. Et rursus uermis eorum non morietur et ignis non extinguetur. plato quoque in tartarum deiectos impios nunquam exituros inde asseruit. Et pios in beatis locis in sempiternum uicturos

affirmat. Quod uero addit sine labore: nonne
illi simile est: unde abest dolor meror et gemitus.
Quod autem dixit non simpliciter: sed cum in
uehicula conscenderint sua: in acheronta am-
nem depelli: Quenam alia uehicula denotare
potest: quam corpora. quibus assumptis unacum eis
secundum hebreorum scripturas uite ratio et
retributio fit. Verum quoniam hoc uolumen
satis iam creuit: ad duodecimum librum trans-
gressi: que restant ad ostendendam platonicam
phylosophiam ab hebreis deffluxisse conscribe-
mus. Ut multi uideant non nobis solum: ue-
rum etiam platoni iam pridem hebreorum
scripturam placuisse; Explicit undecimus liber.

Liber duodecimus incipit :—

Verum quoniam hoc uo-
lumen satis iam creuit:
ad duodecimum librum
transgressi: que restant
ad ostendendam plato-
nicam phylosophiam
ab hebreis deffluxisse con-
scribemus: ut multi uide-
ant non nobis solum: ue-
rum etiam platoni iam
pridem scripturam hebre-
orum placuisse. Censet igitur sine dubita-
tione aliqua leges sequendas esse: hoc modo
scribens: in primo de legibus. Si quis recte
laconum leges aut chretensium reprehendere
possit: aliqua questio est. Ego autem iudico
optimam esse legem que iubet: ne quis iuue-
num querere audeat recte an contra leges
se habeant. Sed uno omnium ore unaque
uoce recte tanquam a diis positas concedi:
nec ullo modo pati aliter a iuuenibus cogi-

tari. Senex autem si quid dubitauerit prin-
cipibus: aut equalibus referat: nemine iuue-
num audiente. Nonne igitur multo ante pla-
tonem diuine litere fidem ceteris preposuere
uirtutibus. Vnde apud nos quoque incipien-
tibus ac imperfectioribus: quasi secundum ani-
mum infantibus simplicius scripture leguntur.
Credendum enim omnibus est: omnia que in
ea feruntur: sicuti dei uerba uerissima esse. Illis
autem qui ad maiorem iam habitum scriptu-
rarum peruenerunt altiora petere ac ratione
singulorum querere conceditur. hos iudei quasi
scripturarum expositores: secundarios appella-
re solebant. Poetam deinde plato ait theog-
nim ex megara Sicilie testem habemus: qui ait
fidelem uirum omni argento atque auro in
seditione meliorem. Nemo enim integer at-
que fidelis sine omni uirtutis numero in sedi-
tionibus esse potest. Quorsum hec. Quia le-
gis latorem qui a ioue missus est: ita leges con-
scribere oportere censemus: ut ad maximam
semper uirtutum respiciat. quam theognim
secuti fidem que maxime in periculis lucet:
esse arbitramur. Eam non iniuria perfectam
iusticiam nominare possumus. Ita plato non
irrationalem fidem: sed eam que uirtuti con-
iuncta est: comprobare uidetur. Quod salua-
tor noster breuius: apertius ac diuinius po-
suit. Euge inquit serue bone atque fidelis. Et
rursus: quis ergo erit fidelis et prudens pater-
familias. Prudentiam enim et magnanimi-
tatem fidei coniunxit. Preterea plato ali-
quantulum progressus. Certe inquit defunc-
torum anime uirtutem quandam habent:
qua uel post mortem rebus humanis auxili-
antur. Vera enim hec oratio est. sed nisi proli-
xis rationibus probari non potest. Credere au-
tem oportet huiusmodi sermonibus. quoniam

a priscis ualde uiris traditi sunt. Credendum
ergo est etiam illis qui hec ita se habere legibus
confirmant. Sic certe de hieremia traditum
fuisse iudei contendunt. et machabeorum liber
retulit uisum ipsum fuisse post mortem ora
re pro populo. Primum deinde inquit pue
ris fabulas tradimus. Fabula uero est ut
breuiter dixerim falsum quiddam: quamuis
et uerum esse possit. Fabulis autem prius quam gym
nasiis pueri exercendi sunt. hec plato. Iudei
autem re ipsa scripture hystoriam simpliciter
quasi fabulas adolescentibus tradere solent.
Cumque non magis etate quam habitu scripturarum
creuerint altiora et latencia dogmata per
secundarios docent. Maximum deinde ait pla
to in omni opere principium est: presertim in
iuuene atque tenero. Tunc enim precipue ani
mus formatur. et quicquid dixeris facilius in
gressum insidet. Quare non quecunque fabule:
sed probate ac utiles a matribus atque nutrici
bus tenellis pueris infundantur. quas iam a
dultos prouectosque retinere non erit inutile.
hec multo ante platonem iudei obseruabant
Qui enim sancti spiritus gratia discernere de
spiritibus poterant: dicta et scripta diligenter
examinabant. et que aliena uidebantur a ue
ritate: sicut pseudo prophetarum libri reprobabant.
Scripture quoque: ut diximus: hystoriam pa
rentes et nutrices tenellis pueris infundere so
lebant: ut eos facilius cum uiri essent: uteren
tur. Plato autem in gorgia. Audi sermo
nem inquit: quem tu fabulosum dices. Ego
uero uerissimum arbitror. Et post pauca. Qui
iuste sancteque uixit: eum postquam mortuus fue
rit in beatorum insulas profectum absque
ullo incommodo summa in beatitudine uiuere.
Qui uero iniuste atque impie: eum in atrocissi
ma proficisci supplicia que tartarum appellant.
Et post pauca. Nudi autem mortui iudicantur.

· Quod commode per fabulas maiora tradenda sint pueris. ca. 2.

· Quod sincera fide plato hebraice heserit scripture ca. 3.

& iudex ipse nudus est: quia defunctus & animo
animum perspicit. ab omnibus derelictum cog-
natis ac ceteris que hic habebat: ut iustum iu-
dicium sit. Et subicit. hec sunt o callicules
que ipse audiui & uera esse apprime credo. Ex his
autem sermonibus: tale quid ipse mecum racio-
nari soleo: nihil aliud mors mihi uidetur: quam corpo-
ris atque anime dissolutio. que postquam disiuncta
fuerint: retinet utrunque habitum suum: quem
homine uiuo habuerat. Nam corpus si magnum
erat uiuo homine & mortuo quoque magnum.
et si pingue: pingue est: postquam anima decessit:
aliquo tempore manet. et si cicatrices uulnerum
habebat uiuens aut ossa quedam fracta uel men-
bra trunca: eodem modo profecto se habet post
mortem antequam omnino corrumpatur. Similiter
& in anima postquam denudata corpore fuerit: ha-
bitus omnes in quibus se exercuit: passiones &
studia inesse perspiciuntur. Cum igitur ad iu-
dicem anima peruenerit: ueluti ad radaman-
thum asiaticum: confestim iudex etiam si regis
magni anima esset: in ea perspiciat uulnera &
cicatrices iniuriarum. quas singule operationes
anime impresserunt. uidet tortuosa omnia.
falsitate atque superbia cognoscit nihil ibi esse
rectum propter licenciam. delicias. contumeliam.
incontinenciamque in uiuendo. cernit omnium tur-
pitudine animam esse repletam. Quare recte
ad carcerem tartari immittit. ubi suppliciis
torqueatur. ut aut ipsi purgati meliores fiant
aut exemplo suo alii moniti formidine crucia-
tus a peccando deterreantur. Purgantur autem
quicunque curabiliter peccarunt: doloribus.
& hic uiui & apud inferos mortui. Non enim
aliter possibile est: impressas uitiorum detergi
maculas. Qui uero maxime iniuriati sunt
ac incurabiliter peccarunt: nulla iis unquam
utilitas accidere potest: quia incurabiles sunt.
sed alii exemplo suo iuuantur. Ex quibus ego

Archelaum fore & similes ei tyrannos non dubito. Re-
ges enim propter peccandi licentiam: omnes pene sce-
lestissimi sunt. testis est homerus qui reges atque
tyrannos apud inferos asserit in sempiternum
cruciari. Tantalum. sisyphum. thitium. thersi-
then. aliosque consimiles. priuatos autem homines
nullus unquam scripsit perpetuis tanquam incura-
biles apud inferos cruciatibus detineri. Quare
feliciores certe sunt priuati principibus. nec ta-
men prohibet aliquem bonum uirum princi-
pem esse. Sed cum arduum atque difficile sit in
magna peccandi licentia se ipsum continere:
magna laude dignum est o calliculés: pauci
tamen inueniuntur. Vnus uero de iis qui po-
tentiam habuerunt: Aristhides lisimachi uir-
tute preclarus fuit. Vt ergo diximus atrocissi-
mas uiciorum ferentes in anima cicatrices a
iudice in penas mittuntur. Quam autem ab
omni cicatrice peccatorum detersam uidebit
animam: nec que sit: nec unde fuerit querens:
admiratus ad beatorum insulas mittit. hec
eadem etiam Eacus baculum habens: sicut &
Radamanthus iudicat. Minos autem aureum
sceptrum tenens solus sedet utriusque iudicium
considerans. Ego igitur o calliculés has ratio-
nes uerissimas esse credens nihil aliud conside-
ro quam quomodo mundissimo animo ad iudicem
accedam. Ac ideo neglectis humanis honoribus
conabor recte uiuendo quam optimus fieri. Obse-
cro autem ceteros omnes & te ipsum: ad hunc
calcem uirtutis curriculo tendere. Turpissi-
mum enim est si tibi ipsi in illo iudicio nullo
modo prodesse poteris. hec forsan fabulose ti-
bi quasi ab anu quadam dici uidentur. ac
ideo spernis. Non esset autem mirum hec a te
sperni si diligenter querentes meliora uerio-
raque istis inuenire possemus. Nunc uero cum

fitis tres grecorum omnium sapientissimi: Tu & polus & gorgyas: non poteritis tamen uere dicere quod oporteat alia quadam nos uita q̄ ista uiuere que illic etiam plurimum conducat. Omnia enim alia facile redarguuntur. hic uero sermo firmus atque stabilis semper remanet. Quare cauere magis debes ne ledas: q̄ ledaris. Omnes enim studere debent: non ut boni uideantur: sed ut & publice & priuatim boni sint. plato igitur eacum minoem. Radamanthum defunctorum iudices constituit. Diuina uero scriptura ipsi deo iudicium attribuit. qui singulis secundum opera sua redditurus meritum est. Caueas plato inquit ne rudibus hec hominibus communices. nihil enim multi magis q̄ has utilissimas narrationes derident. Quemadmodum e contra ingeniosi ac sapientes nihil magis admirantur. Quare cum eis sepius hec narrantur crebro audiendo: uix tandem ut aurum multo labore purgantur. Sic & diuina scriptura res mysticas ad multos efferendas prohibet. Apud quam primus moyses scribitur recusasse prefecturam. Alium enim inquit supplico domine: qui hoc onus ferre possit: mittere uelis. Sed Saul etiam occultasse se dicitur: ne regnum susciperet. hieremias quoque recusasse fertur. & plato similiter consulit dicens propterea o thrasimache ut modo dicebam: nemo sponte ad gubernandam rem publicam accurrat. Ad hec cum hebreorum prophete contumelias omnes atque pericula subeunda propter uirtutem & ueritatem conclament: consentanea plato in secundo de re publica scripsit. non ut uideantur inquit iustus generosus uir iustitiam colit: sed ut sit. Si enim quia iustus uideatur honores quispiam nanciscatur: incertum fit: utrum propter uirtutem: an propter honores iustitiam sequitur. Sed fingamus ut cum neminem unquam leserit iniustus uideatur. Si ergo sic

[margin:] [...] non omnibus ueritatis dogmata efferenda sunt ca. q.

[margin:] De uiro iusto secundum platonem ca. q.

affectus nullo periculo nullo cruciatu a uirtu-
te remouetur: tunc uere iustus atque generosus
est. hec plato uerbis. Quae re ipsa iusti uiri apud
iudeos comprobarunt. qui tanquam iniqui alii
lapidibus: alii gladio: alii alio modo necati sunt.
caprarum atque ouium pellibus induti: rebus
pene omnibus egentes in desertis errantes in
montibus, et speluncis, et terre cauernis. apos
toli etiam saluatoris nostri maxima iustitia et pie
tate uiuentes malefici multis uidebantur. Qua
re spectaculum facti sunt mundo et angelis et
hominibus esurientes sitientes nuditate et uer
beribus laborantes: ut ait Apostolus. Sed iniu
riam: ut ipse addit: passi benedicebant: persecutio
nes magno ferebant animo: turpi affecti fama
ad uirtutem exhortabantur et quasi quisqui
lie orbis reputati gaudebant. et usque ad hec
tempora generosi martyres ubique terrarum:
non ut uideantur: sed ut sint pii atque iusti mul
to plura maioraque quam plato uerbis expressit:
re ipsa patiuntur. uincti uerberibus. afflicti
tormentis atque aculeis cruciati. Et demum
post multos diuersosque dolores crudelissimo ge
nere aliquo mortis consumpti. Quibus consi
milem apud gentiles aliquem nunquam inue
nies: ut non iniuria de iudeis nostrisque preclaris
uiris qui pietate ac uera iustitia perfulserunt:
plato illa scripsisse uideatur. Cum moyses
ineffabili quadam ratione in principio creatio
nis mundi paradisum quendam a deo plan
tatam dixerit. hominemque ibi a serpente per
mulierem deceptum narrauerit: aperte pla
to commutatis nominibus in symposio ale
gorice similia posuit. pro paradiso enim dei
ortos iouis appellauit. pro serpente deceptio
neque ipsius paupertatem insidiantem posuit.
pro uiro autem primo: quem dei consilium

Quod de serpentis fraude moysen plato etiam imitatur. ca. 6.

atq; providentiã quasi nuperrime natum filiũ produxit: consilij filium porum nomine posuit. Cumq; moyses in ipsa constitucione mundi factum hoc dixerit. cum uenus facta eẽt id accidisse platoni narrauit. Venerem alegorice pp pulchritudinem mundum appellans. Sz uerba eius hec sunt. Cum inquit facta esset uenus & alij dij & consilij filius porus in conuiuium conuenerunt. Et post cenam inopia tanquã mendica ad ianuam domus ubi conuiuabantur accessit. Porus autem nectare superatus: nondum enim uini usus inuentus fuerat: in ortos iouis ingressus grauiter dormiebat. Inopia uero pp indigentiam ad insidiandum parata: ut ab eo liberos susciperet: apud eum accubuit. & hoc dolo cupidinem a poro concepit. his plato alegorice illa moysaica uoluit significare. Preterea moyse dicente. Ade autem non inueniebatur adiutor similis ei. Immisit ergo deus soporẽ in adam. cumq; obdormisset: tulit unam de costis eius & repleuit carnem pro ea. & edificauit deus costam quam tulerat de Adam in mulierem. Cum non intellexerit plato quo sensu id dictum est: quia tamen moysaica omnia fuerat admiratus: uoluit omnino preterire. Itaq; Aristophani comedo: qui etiam rebus honestis illudere solebat: orationem in symposio attribuit dicens: Oportet primũ uos naturam humanam & passiones ipsius perdiscere. prisca enim natura nr̃a alia erit q̃ nunc ẽ. non enim duo genera hominum: ut modo: sz tria fuerunt. Ad masculum enĩ atq; feminam tertium etiã aderat utriusque commune. cuius rei nomine solummodo relictũ est. Res uero penitus periit. Nam Androgynum

Quomõ plato quasi ioco sumptã ex uiro mulierem scripsit. ca. 7.

tunc re ipsa & nomine ex utrisque mare scilicet atque
atque femina constabat. Istis cum aliquantulum
ut Aristophanes solebat illuserit: subiungit
dicens. hec iupiter dixit. & incidebant homines
mechos & apollini iussit partes incisorum ita
coniungere: ut facies ad cesuram uerteretur.

Cum moyses primam hominum uitam in
paradiso dei nulla re indigentem asserat: quam
diuinam asserat / omniaque sponte a terra pro-
ducta: nudos quoque fuisse confirmet: Audi que-
admodum eadem ipsa plato grece conscripsit.
Deus inquit pascebat eos sicuti nunc homines
non nulla animalium genera. nulla tunc e-
rat res publica. nec liberorum procreatio. a
terra enim omnes emergebant. et hec omnia
que modo sunt habentes: magna optimorum
copia fructuum: facillime atque optime uiuebat.
Quos non culta sed sponte terra edebat. nudi
sine aliqua erant molestia. Vicissitudines enim
temporum summa temperie connectebant.

· De prima hominum uita ca. 8.

Prudentiorem omnibus bestiis terre serpen-
tem fuisse, & sermonem eius uicissim cum mu-
liere habitum moyses scribit. Quam rem
quomodo plato narrauit: non est alienum
audire. Qui saturni temporibus erant inquit:
tanta uirtute polebant: ut non cum homini-
bus solum: uerum bestiis oratione uti posset.
Sed non ad phylosophiam & inter se & cum bes-
tiis hac uirtute utebantur. diligenter scrutan-
tes singulorum natura ad accumulationem
prudentie. Sed cibo atque potu tanquam hel-
luones continue inherentes: fabulas secum
& cum bestiis tales conferebant: quales modo
de ipsis narrantur.

· Quod collucutionem serpentis et Eue etiam secutus est ca. 9.

Moyses in scribendis
legibus antiquitate magna pro exordio u-
sus uitas hominum & diluuium narrat &
uirtutes atque delicta nobilissimorum uirorum

Quod ordinem etiam scribendi secutus est ca.

qui post diluuium fuerunt: diligenter exponit. nam perutilem hanc historiam in legibus futuram iudicauit. hunc scribendi modum in legibus plato imitatus est. In primordiis enim legum antiquitate utitur & diluuij inuentione facta: uitam etiam que post diluuium fuerat: explicare non renuit. An igitur inquit prisci sermones ueri nobis uidentur. quinam. multis pestibus atque diluuijs homines ita perijsse: ut paucissimi relicti sunt. Valde inquam hoc uerisimile cunctis uidetur. intelligendum est igitur eos qui tunc effugerunt: montanos quosdam fuisse. in cacuminibus altissimorum montium habitantes. A quibus postea homines multiplicati sunt. Quare necesse fuerat artium disciplineque ciuilis imperitos fuisse. ac ab omni ambitione habendique cupiditate ceterisque uitijs que in ciuitatibus maxime sunt: liberos. His talibusque latius narratis uitas hominum qui post diluuium fuerunt: exposuit. Deinde ad grecorum antiquitatem descendit: ut ad hebreorum moyses. Eorum igitur meminit qui preclara facinora in troia fecerunt. disciplinam lacedemoniorum ciuilem non pretermittit. persarum quoque uitas: tam eorum qui recte quam eorum qui perperam uixerant: nobilissimorum tetigit. Et post hystoriam huiusmodi legum positionem aggressus est. adeo etiam in his moysi doctrinam admiratus est.

Q a pietate in deum leges exorsus est ut moyses ca. ii.

Cum moyses uniuersas leges suas disciplinamque uiuendi a pietate in deum dependere uoluerit. ac ideo a creatore omnium initium hebreorum suorum fecerit & res humanas a diuinis dependere docuerit: ipsasque diuinas ad deum creatorem omnium retulerit: operepretium est considerare: quomodo plato eum diligentissime sequens cretensium ac lacedemoniorum leges incusat. Moysaicam

uero legem aperte probat· sic in primo de legibꝫ
dicens· Chretensium leges omnibus grecis non
maxime conferunt· Ita enim recte posite sunt:
ut utentes eis: cum omnia bona inde consequūtur:
felices sint· Dupliciter autem bona dicuntur· A-
lia enim humana sunt: alia diuina· Dependent
autem a diuinis humana· Diuinis igitur que
maiora sunt susceptis: minora etiam possidentur:
Illis autem spretis: utrisque ciuitas priuatur.
Minorum uero primum est sanitas: deinde pul-
chritudo: tertio uires ad cursum & ad alios cor-
poris motus· quarto diuitie que non cece sunt:
ut uolgo dicitur: si prudentiam secuntur· que
quidem prudentia diuinarum rerum prima
est· Deinde ratione habita moderatio· Ex his
duobus fortitudine adhibita: iustitia tertio
emergit: quartum fortitudo· Que omnia na-
tura rebus humanis anteponuntur· Quare o-
portet: ut legis lator hunc ordinem sequatur·
Deinde mandandum ciuibus: ut ad hec respi-
cientes operentur· humane enim ad diuina:
diuina uero ad principem intellectum referen-
da sunt· Et post pauca· omnibus istis legis la-
tor custodes preficiet eos qui prudentia & ue-
ra laude gaudent: ut intellectus· hec omnia
moderationi atqꝫ iusticie coniuncta· Non au-
tem diuicias: aut ambitionem sequatur· Que
omnia in legibus iouis & apollinis pythy: quas
Minos & lycurgus composuerunt: inesse uidebi-
tis· patent enim his qui artificio & exercitatione
legum peritiam habent· ceteris uero nullo
pacto· Moyses quoque multo prius a diuina
doctrina facto principio & uiuendi disciplina
ad illam relata: omnibus principes atqꝫ cus-
todes dei sacerdotes preficit uiros scilicet iustos pru-
dentie ac uere laudis amatores Consulo
igitur: ut ab ineunte pueritia inquit ludendo
atqꝫ studendo: rebus tamen semper congruenter:

· Qꝫ a pueritia in legalibus pueri exercendi ludo sunt ca· 12·

s. tenera

has res pueri percipiant. hoc enim modo in bonos
uiros euadent. Si enim agricolam quendam aut
edificatorem probum fore desideramus: cum i
tenera etate ludentem: pueriles quasdam do
mos edificare uidebimus. aut instrumenta
quedam agriculture fabricare. que quamuis
inutilia sint: ad imitationem utilium uero
rumque instrumentorum non parum conferunt.
In omnibus enim etiam ludendo conari debemus:
ut puerorum studia et cupiditates eo uerta
mus: quo ipsos peruenire desideramus. Caput
autem doctrine infantium alimentum est.
quod ludentium animum ad expetendum illud
adducet: quo in uirili etate ipsos uti decreuimus.
Multo breuius hoc moyses atque dilucidius. Et e
runt uerba hec inquit: que ipse tibi hodie precen
pio in corde tuo et anima tua. et prepones ea
filiis tuis. quod ex prisca consuetudine ad ho
diernum usque diem diligenter iudei conseruant.
In secundo autem legum: disciplinam inquit
appello uirtutem. que puerorum animos conti
nere potest. Voluptas enim et dolor amor et odi
um que recte fieri potest: antequam ratione moueantur:
in animos eorum influant. ut facilius cum ad
ratiocinandum peruenerint: conuenienter ratio
ni omnia peragant. quorum conuenientia uir
tus perfecta est. Assuescant ergo a pueritia do
lore ac uoluptate moueri: ut a principio usque
ad extremum uite oderint: que odisse oportet:
et ament que amanda sunt. Sed multo ante
Dauid que odio insequenda: et que amanda sunt:
iuuenibus et prouectis similiter declarauit. di
cens. Venite filii audite me: timorem domini
docebo uos. Quis est homo uolt uitam: diligit
dies uidere bonos. prohibe linguam tuam a ma
lo et labia tua ne loquantur dolum. Diuerte
a malo et fac bonum: inquire pacem et sequere
eam. Et Salomon audite filii inquit disciplinam
patris. legem meam nolite obliuisci. Et rursus

uias impiorum non ingrediaris. Innumerabilia
huiusmodi facile in scriptura inuenies: quibus
adolescentes atque prouecti simul ad pietatem
exhortantur. Diuinis oraculis moysi dictum
est: facies omnia secundum figuram que tibi
monstrata in monte est. Id apostolus latius
exposuit dicens. Umbram exemplumque celestium
legalem cultum fuisse. Apertissime namque moy-
saica uniuersa tanquam umbre et symbola celestium
sunt. Nunc uero audi quemadmodum plato
in sexto de re publica: hunc locum imitatus est.
Deo inquit et mundo uerus phylosophus loquens
mundus atque diuinus quantum potest efficiatur.
Si ergo necesse fuerit que ibi uidet in moribus
hominum et priuatim et publice ponere: ut non
modo seipsum: uerum etiam alios per illa con-
formet. putas ne modestie iustitie et omnino totius
uniuerse uirtutis improbum magistrum futu-
rum? minime inquam. Sed multi uidelicet pa-
rum nobis credunt dicentibus: non aliter pos-
se felicem ciuitatem fieri: nisi pictores illi eam
depingant: qui diuino exemplari ad pingen-
dum utuntur. immo credent inquit. Sed quis
est modus picture: quasi tabula: in quam ci-
uitas et mores hominum primum: quod om-
nium difficillimum est: mundi purique faciun-
di sunt. Non enim prius scribende sunt leges:
quam mundam feceris ciuitatem. Deinde formu-
la discipline scribenda depingendaque est. Odas
etiam canendas putat sic dicens. Ter iam et qua-
ter dictum est disciplinam esse puerorum educa-
tionem que ad rectam legalemque uitam perdu-
cat. Ut igitur pueri animus legem ita sequatur:
ut unacum ea gaudeat atque doleat: odas per-
discant: crebro cantitent. quibus laudes atque
uituperationes earum rerum contineantur:
quas lex laudat: aut uituperat. Quoniam
enim teneriores animi rationem uirtutis non

Quod diuinarum rerum ima-
gines inferiora plato
putabat. ca. 13.

Quod adolescentes cantibus
ad uirtutem preparandi
sunt. ca. 14.

Qui poete recte dice(re) cogundi sunt ca. 15.

suscipiunt ludo atque cantu preparantur. Iure igitur apud nos prophetarum ode a pueris adiscuntur. Poetae inquit plato cogendi sunt carminibus dicere bonum quidem modestum iustumque uirum felicem esse atque beatum: siue magnus siue paruus sit, et siue diues siue pauper. Si uero iniustus sit: etiam si dicior sit quam cynihas aut mydas: miserrimum tamen omnium esse. Dicant igitur poete neminem esse uirum appellandum: qui non omnia que uolgo bona dicuntur: iuste acquirat atque disponat. quamuis hec bona: non recte bona dicantur. Sanitas enim primo: deinde forma: tertio uires: quarto diuitie numerantur. Innumerabilia huiusmodi cetera sunt. Nam et acute cernere atque audire aliisque sensibus integre uti: bona uidentur. Et ad hec omnia posse facere que cupias: et demum immortalitas cum istorum omnium possessione. Ego autem assero iustis sanctisque uiris hec optima esse: iniustis autem pessima. Sanum enim esse, acute cernere, et omnino facile sentire, ac immortaliter uiuere absque uirtute pessima sunt. Talia ergo rythmo et numero a poetis composita adolescentes perdiscant. Ego enim dicere non dubito: ea que mala uolgo dicuntur: iniustis bona esse: iustis mala. Que uero bona uidentur: bona uere bonis sunt: malis autem mala. hec multo ante odis dauid sancti spiritus gratia commonitus conscripsit. docuitque quis uere beatus est: et qui beato contrarius. psalterium enim suum incipiens inquit: beatus uir qui non abiit in consilio impiorum. Unde plato admonitus poetis dicendum esse ait: bonos uiros beatos esse. Diuites autem si mali sint miseros esse. Quod ipse dauid sic in psalmis edicit. Diuitie si fluunt nolite cor apponere. Cetera quoque omnia que hic phylosophus dicit: ad uerbum

fere in sacro psalmorum uolumine scripta inue-
nies. Addit deinde plato dei aut uiri diuini
opus ēē · rythmo autem atq; carminibus uti.
Quare diligenter hac de re leges ponundas esse
censet: quibus ad uirtutem uniuersa musica
respicere cogatur · hoc ille uerbis. Re autē ipa
iudei cogebantur non alios hymnos & odas
suscipere: q̄ eas que a spiritu sancto p. pphetas
essent composite. Concedo deinde inquit plato
quod uolgo dicitur: uoluptate musicam diiu-
dicari · Sed illam ēē optimam musicam que op-
timos & doctos uiros delectat · ac maxime illū
qui uirtute ceteris prestet · virtute igitur op9
est uidelicet & presertim fortitudine atq; pru-
dentia · neq; enim theatri plausu: aut pꝑter
ignorantiam aut pp fortitudinem duci debet ·
Apud iudeos etiam priscis temporibus diuinoꝝ
cantuum iudiciū non multitudini tradebat.
Sed erant aliqui quamuis paucissimi: diuino spi-
ritu hec iudicantes · quibus solum modo licebat
pphetarum libros consecrare: ut ita dicam: ac
comprobare. Ea uero que aliena a spiritu sanc-
to uiderentur: comprobare atq; reicere. Car-
thaginensium inquit legem magis q̄ lacede-
moniorum atq; chretensium laude: ut nunq̄
in castris quisquam uinum gustare audeat ·
s; toto militie tempore aque usum compbarint.
In ciuitate autem seruis nunq̄ uini usus con-
cedendus est · nec magistratus tempore: quo
rem publicam gubernant: uino utantur · nec
gubernatores: nec iudices: nec qui deliberatu-
rus in consilium uocatus est · nec ullo modo
in die nisi ualitudinis gratia · nec nocte eos
tam uiros q̄ feminas: qui liberis dare operā
statuerunt · Leuiores enim homines uini usu
fiunt & anime calefacte tanquā ferrum in-
tum molliores redduntur · hec multo ante

· Q hymni cani nō debent
nisi prius examinent.
· ca · 16 ·

· Q uino semper
utendū nō ē · ca · 17 ·

moyses constituit. Sacerdotes enim iubet sacrifi-
candi tempore a uino abstinere. locutus enim
est inquit dominus ad Aron dicens: uinum &
sicera non bibetis. Tu & filii tui tecum quando
ad altare in testimonii tabernaculum ingre-
dimini: aut quando ad altare accedistis: ne mo-
riamini. & lege hoc in eternum in generationes
uestras firmatum sit. uotum etiam uouentibus
similiter precipit dicens. Vir aut mulier qui
uotum facit: a uino & sicera mundus erit: &
acetum uini & acetum sicere non bibet. Salo
mon quoque magistratus & iudices a uino abs
tinere iubet. Consilio inquit omnia faciatis.
consilio uinum bibe. potentes iracundi sunt:
uinum non bibant. nec si biberint sapientie
atque laboris obliuiscantur. Nec ignorabat pla
to scripta hec apud barbaros fuisse. Quod oc
cultius his uerbis denotauit. Si quidem inquit
dubitant utrum huiuscemodi disciplina ciui
lis fuit: aut etiam nunc est: apud aliquos bar
baros procul ab oculis nostris: aut futura unquam
sit: parati sumus rationem ostendere: factam
iam fuisse & esse in presentia futuramque esse. quan
do eadem musa in aliqua ciuitate preualebit.
nec nos impossibilia dicere. Recte inquit
a nobis dictum est omnes homines sibi ipsis
pugnare. neminemque esse qui sibi ipsi hostis
non sit. Quare precipua optimaque uictoria
est seipsum uincere. sicut econtra turpissi-
mum a seipso uinci. Et post pauca. unus est
unusquisque nostrum. Sed duos secum con-
trarios ac amentes habet consiliarios: uolup-
tatem atque dolorem. quibus opiniones futuro-
rum accedunt. quas communiter spei nomine
appellamus. proprie autem que ante dolorem
spes: est timor. que uero ante uoluptatem con-
fidentia nominatur. Ad hec omnia ratio ac-
cedit melior aut peior. qua cum quid publice

Quod nobiscum nobis bel-
lum gerendum est
ca. 18.

constitutum sit: lex nuncupatur. Deinde he +
passiones inquit in nobis quasi nerui aut fu-
nes huc & illuc ad contrarias nos operationes
attrahunt. Ratio uero unam semper tractionis
optezt constanter inherere persuadet. Que quidem
ratio aureo quodam fune atq; comunium lege
uidelicet ciuitatis solet iniri. Alie autem dure
aspereq; tanq̃ ferree sunt. hec ubique ferme di-
uine litere predicant: appetitum rationi pug-
nare docentes. rationemq; optimam ẽẽ que dei
lege ducitur. uictoriamq; laudatissimam: cum
huic rationi appetitus subiicitur. In decimo au-
tem legum necesse est inquit: tam uirtutum quam ui-
ciorum causam esse animam. Quod moysaico
illi consentaneum est: si anima peccarit & si
anima delictum fecerit. Cum hebraica scrip-
tura de studioso uereq; phylosopho dicat: bonum
est uiro si tollat iugum in iuuentute sua. sede-
bitq; solus ac tacebit. Cumq; diuini prophete
hac sublimi phylosophia in montibus atq; spe-
luncis degerent: ad solum deum mentem eri-
gentes. Audias quemadmodum etiam plato huic
uiuendi modum comprobauit dicens. Qui pre-
cipui in phylosophia sunt: ab adolescentia etiam
ipsam uiam que in forum adducat: ignorant.
nec ubi curia: aut communis alius conuiuendi
locus sit: sciunt. Leges autem & decreta nec scrip-
ta uiderunt nec audiuerunt. sodalitia & ma-
gistratus cetus & cenas: nec somnio quidem uide-
runt. Si bene autem aliquid: aut male a uiris
uel mulieribus in ciuitate factum est: non mi-
nus eos fugit: q̃ maris arena. que omnia ita nes-
ciunt: ut nescire se quidem sciant. Non enim hec
fugiunt: ut meliores uideantur: sed ut sint. Qua-
re si etiam corpore in ciuitate sint: mens tamen
omnia hec contemnens super terram uolauit.
ut est apud pyndarum. Quomodo id dicis. O
Socrates inquit: cum tressa quedam thalen te-

· Quod peccatorum anima est causa. ca. 19.

· De uero pho. ca. 20.

lestia respicientem: quia cogitatione occupa-
tus in puteum deciderit: reprehendisse dicat*ur*:
quod cum celestia quereret: que ante pedes sunt
non uideret. hoc inquit scomma in omnes phy-
losophos dici potest. Vere nanque qui recte phylo-
sophatur: non solum ignorat: quid uicinus fa-
ciat. s*ed* pene si homo est aut pecus non animad-
uertit. Quid autem sit homo & quid precipue
hominem facere conueniat: id uero diligentis-
sime querit. Quare o carissime theodore si q*ua*n*do*
huiusmodi phylosophus in iuditio uel alio loco
publico loqui de rebus istis hominum cogitur: risu*m*
omnibus prebet. & in dificultates quoniam me
expertus est quasi in puteum incidit. p*ro*priu*m*
enim sibi est neminem conuitiis petere & in
laudationibus: cum non ficte: s*ed* uere ac ex ani-
mo dicere uideatur: leuis quidam atq*ue* insanus
uidetur. Si regem enim laudari aliquem audi-
erit agasonem aut bubulcum laudibus effer-
ri arbitratur. Quod si mille iugera terre possi-
dere aliquem audierit: parua hec ducit: qui
uniuersum orbem cogitatione complecti con-
sueuerit. Valde autem etiam illos contemnit:
qui se generosos predicant: & auos proauos+
atauosq*ue* suos in medium adducunt. amen-
tiam ipsorum ideo spernit: quia uniuersum
hominum genus cognoscere nequeunt. Auos
enim & progenitores innumerabiles singuli ha-
buimus. quorum alii diuites: alii pauperes:
alii reges. serui. barbari. grecique fuerunt. Ideo
ridet quod in quinque aut uiginti progenito-
rum genealogia non nulli glorientur. In om-
nibus igitur istis uerus phylosophus uolgo deri-
detur. & modo superbus: modo rerum huma-
narum ignarus putatur. Et paulo post. Si om-
nibus inquam. o Socrates: ut mihi persuaderes:
maior pax & pauciora mala essent in homi-
nibus: nonne est possibile. o Theodore inquit

mala omnino.

mala omnino ab hominibus auferri. Non enim
apud deos: sed apud mortales necessario et in hoc
loco versantur. Quam ob rem toto animo co-
nari debemus hinc illo transire. Transitus
autem et fuga terrenorum imitatio est dei
quantum homini possibile est. Imitemur autem deum
iusticia, sanctitate, prudentia. Sed non est
inquit facile persuadere multis ita se ista ha-
bere. Sed nequitiam fugiendam virtutemque
sequendam putant: non rerum ipsarum gratia:
sed ut bonus videaris. hec inquam aniles fabu-
le sunt: veritatem autem altius exponamus.
Deus autem nullo modo iniustus est: sed quam ma-
xime iustissimus. nec est ei similius aliquid:
quam si quis nostrum iustissimus fiat. Quare dei
cognitio sapientia est et virtus vera. Ignora-
tio vero ruditas est et nequitia manifesta. Que-
cunque autem alia dicatur: sapientia videtur
quidem: sed non est. Nam que in rebus civilibus
onerosa est: que vero in artibus fabrilis. Qui-
cunque igitur iniuriatur sapiens propter astu-
tiam suam dicendus non est. Ignorat enim
quod minime ignorare oportet. quantum iniu-
ticia detrimentum afferre soleat: non quod
ipsi detrimentum putant: vulnera vel mor-
tem que patiuntur etiam qui nihil iniurian-
tur: sed quod effugere iniuriantibus impossi-
bile. apud scripturam etiam humana universa
hec sapientia: stulticia nominatur. Scriptum
est enim. Perdam sapientiam sapientum et
intellectum intelligentium destruam. Ubi
sapiens. ubi scriba. ubi conquisitor huius se-
culi. Quod autem qui vere ac secundum de-
um phylosophatur nihil parvi sapere debet.
Inde discimus: quia non ea que videntur: que
temporalia sunt: sed ea que non videntur: que
eterna sunt considerare iubemur. Nequitiam
autem in terris et in hac mortali vita con-

uoluit propheta ostendit dicens. Quia furtum et
adulterium et cedes fusa in terra sunt et sangui-
nem sanguini commiscent: ad deum autem
hinc fugiendum esse moyses ostendit. post do-
minum deum tuum ambulabis et ipsi adherebis.
Imitandum quoque deum esse significat dicens.
Sancti sitis: quia dominus deus uester sanctus
est. De iustitia uero dei Dauid clamat. Iustus do-
minus et iustitiam dilexit. Idem diuitias contem-
nendas esse docuit dicens. Diuitie si affluant no-
lite cor apponere. Et rursus: noli timere: cum di-
ues factus fuerit homo et multiplicata fuerit
gloria eius domus: quoniam cum interierit: non
sumet cum eo omnia. Principatus etiam homi-
num non multi facere monet: cum dicat: noli-
te confidere in principibus neque in filiis hominum
in quibus non est salus. exibit spiritus eius et abi-
bit in terram suam. in illa die peribunt omnes
cogitationes eius. Non autem inquit plato
alienum a grauitate sua legislator putabit fal-
so aliquid ac fere inepte ad utilitatem iuuenum
dicere maxime si quod falso dicatur audientes
ita trahat: ut non ui sed sponte iustitiam uelint
suscipere. Solidum enim bonum ueritas est:
sed non ita facile plerunque persuadet. Innume-
rabilia huiusmodi uerba sunt in scriptura: ut
puta quando penitere deum: aut dormire: aut
irasci: aut aliis turbationibus ferri scribitur.
Que quamuis altius interpetrata non procul
a ueritate sunt: uerba tamen ipsa: uel terren-
do uel permulcendo: non nihil prosunt illis qui
altiorem inuestigare sensum nequeunt. Recte
in superioribus plato inquit uiros et mulieres
liberos et seruos: iuuenes et senes: sic disciplinam
ciuilem dictum est amplecti oportere: ut nunquam
cessent uariis modis atque carminibus que diximus
decantare. Et in quinto de re publica: ni-
hil inquit o Theodore ad gerendam rem publicam
pertinet: quod ad mulierem: quia mulier: non

Quod nonnunquam falso ad utilitatem audientium utendum est. ca. 21.

Quod omne genus hominum ad ueritatem uocandum est ca. 22.

pertineat: aut ad uirum pertineat quia uir.
Sed cum una natura utriusque animalis sit: que
ad uirum natura: hec ad mulierem etiam natu-
ra pertinent. Est autem in omnibus imbecillior
uiro mulier. Utrum igitur uiris omnia: mulie-
ribus uero nihil concedemus? Non certe inquam.
Recte inquit dicis. Nam mulier alia medica esse
potest: alia musica: alia ad utrumque inepta
natura. Similiter alia bellicosa: alia non. et
alia phylosophans: alia non: alia magni animi:
alia pusillanimis. et ad custodiendam alia ci-
uitatem nata: alia non. sicuti et uiri. Eadem
enim est utriusque natura. preterquam quod alte-
ra imbecillis: altera robusta est. Quare simi-
les natura mulieres ad cohabitandum simul-
que rem publicam gerundum: uiris dande sunt.
Decet enim ut natura similes potius quam dissimi-
les conueniant. hec re ipsa apud iudeos facti-
tata cognouimus. Docet enim eorum hystoria
non nullas mulieres uirtute atque prudentia
ciuitatem ab hostibus liberasse. Doctrina quoque
nostra hominum omne genus: tam uirorum:
quam mulierum grecorum equaliter ac barbaro-
rum liberorum simul et seruorum paruulorum
etate ac senum in hoc diuino ueroque phylo-
sophandi genere nostro libenter suscipitur.
In parabolis Salomonis memoriam iusti lau-
dibus efferri et nomen impiorum extingui
breuiter atque commode dicitur. Similiterque dic-
tum est: ne beatum aliquem putes antequam
moriatur. Audi ergo quomodo hanc ipsam rem
latius in septimo de legibus posuit plato. Qui-
cunque inquit ciues preclare laborioseque: aut
animo: aut corpore gesserint: laudibusque post
mortem efferri oportet. Viuos enim laudare
antequam e uita exierint: ac bonorum operum
finem imposuerint: tutum non est. hec non
de uiris solum: uerum etiam de mulieribus in-

·Quod de Salomonis parabolis multa plato accep[it] ca. 23.

telligendum censeo. Diuicias atque paupertatem
ne mihi des in parabolis Salomon dixit. plato
quoque in tercio de republica: Iam diximus inquit
que custodes ac magistratus ciuitates diligenter
pellere semper debent. curareque ne aditum in ci-
uitatem habeant. Que ista inquit sunt. diuicie
inquam et paupertas. altere nanque delitias oci-
um et factionem afferunt: altera illiberalitatem.
malignitatem et factionem. Malignitatem uero
appello operationem infamem. Moyses in legibus
patrem atque matrem scripsit: unusquisque ti-
meat. Et alibi dicitur: honora patrem et matrem:
ut bene tibi fiat. Que ambo in libro de legibus
plato coniunxit. Unusquisque inquit: nisi men-
te captus sit et timet et honorat parentes. Et
rursus seniores re ac uerbo unusquisque uereatur.
et si ultra uiginti annos excedunt tanquam
parentes honoret.

De seruis. ca. 24.

Cum moyses hebreum he-
breo seruire indecens induxerit: et si acciderit
septimo anno liberum emitti iusserit: plato in
libris de repu. grecum greco seruire prohibet
dicens. nec grecum seruum habeas. et ceteris
grecis similiter facere consulas. Sic enim ad bar-
baros grecia uersa: facilius a se ipsa abstinebit.
Nemo inquit plato fines atque terminos terre
moueat. nec domestici nec ciuis. nec uicini.
Putauit enim ita illud intelligendum esse:
non transgredieris terminos antiquos quos
posuerunt patres tui.

Que aliqua in alienum sensum accepit ca. 25.

Quicumque autem
inquit fines transgressus uicini arauerit: agri
damnum restituat. Impudentie autem atque
illiberalitatis penas det. duplumque loco sup-
plicii ei deponat. cuius agrum arauit. patris
inquit peccata non luant filii: nisi qui mor-
tis supplicium alicui deberet. hoc autem non
ad filium aut nepotem solum: sed usque ad pro-
nepotem procedat. hoc apertissime inde traxit:
qui reddidit peccata patrum filiis: usque ad

tertiam generationem. In furto quadruplum
reddi iussit moyses: si occiderit aut uendiderit
que furto ablata fuerunt. Sin autem quodcumque
animal sit: uiuum apud aliquem reperiatur:
duplum reddi iubet. Et plato una inquit lex
de furto ponatur. Duplum enim reddi par est.
Si autem reddere non habet: uinculis teneatur:
quousque aut reddat aut aduersarium placet.
Cum moyses scripserit: non esse homicidam eum
qui furem in fouea latentem interfecerit. extra
urbem interficiatur. congruenter plato dicit:
nocte furem interficere licere. Innocens quoque
sit inquit: qui spoliantem interfecerit. Si uero
inquit brutum aliquid animal hominem in-
terfecerit: extra urbem interficiatur: nisi in cer-
tamine id factum sit. Moyses uero si cornu
inquit taurus uirum aut feminam percusserit
atque interfecerit: lapidibus interficiatur, nec
carnes eius comedantur. Dominus autem eius
innocens erit. cum prophetica scriptura dicat. ec-
ce domus israel filii hominis: permixti omnes
sunt eri. stagno. plumbo et ferro. in medio
camini argentum permixtum sunt. Ideo hec
dicit dominus: quoniam facti estis omnes mix-
tura una: ideo ego suscipiam uos: sicut sus-
cipitur argentum et es, et ferrum et plumbum
et stagnum in medium camini: ut sufletur
in ea ignis et infundatur. perspice quomodo
plato totum hunc locum intellexit et quasi
fabulam exposuit. Audiatis inquit fabulam.
omnes qui in eadem ciuitate uiuimus: fratres
sumus. Sed cum deus non fingeret: aurum cum
illis miscuit: qui ad gubernandum apti sunt.
Argentum autem cum illis qui armis ciuitatem
defendunt. nam et isti honore digni sunt. fer-
rum autem et es agricolis et aliis opificibus
infudit. hec nonnunquam alterum ex altero

nos

fiunt. Nascitur enim ex auro argentum, et ex
argento aurum. Magistratibus igitur deus pre
cepit: ut magnam diligentiam habeant: si quis
degeneravit ab auro in argentum: aut ex ar
gento in peiora: nullomodo ignoscant. sed na
ture congruentem reddentes honorem in opifi
ces aut agricolas deducant. Quod si a peioribus
argentum aut aurum productum sit: honoretur
iste. ad convenientemque locum argenti aut au
ri conscendat. hoc maxime omnium servandum
est. Cum enim ferrum aut es ad regendum per
uenerit: tunc ciuitas destruetur. cum prophetica
scriptura ad presules populi dixerit. O pastores
israel: an pastores seipsos pascunt. nonne oues
pascuntur pastoribus. Ecce lac deuoratis: pin
guem ouem occiditis: uelleribus indumenta
confiatis. oues autem meas non pascitis. nec quod
perierat quesiuistis. nec fractum alligastis. nec
errantem reduxistis. Plato in primo de repu. sic
ista interpetratus est. Nunc inquit o Trasimma
che illud dicendum: pastoris esse pingues n ouem
quam maxime potest pecudes reddere. Tu autem di
cebas non ad ouium utilitatem: sed ad suam
istud sibi esse faciundum. quasi aut ad dapes:
aut ut maioris uendat oues pascet. Non esset
autem hoc modo pastor: sed helluo quidam, aut
auarus. pastor autem ille est: cui nil aliud cure
est: quam ut optime opus suum faciat. Opus autem
suum pascere est. Quare fateri oportet princi
pis quoque opus esse non alterius utilitatem quam
subditi. Cum in scriptura feratur a timore tuo
domine in utero concepimus, et parturiuimus,
et peperimus spiritum salutis. Socrates apud
platonem in theetico sic hoc imitatus est. Qui
mecum inquit uersantur idem patiuntur: quod
parturientes. Doloribus enim partus ac dubi
tatione replentur. multoque magis quam mulieres par
turientes exagitantur. Quem quidem dolorem

partus & excitare & sedare ars mea facile potest.
Ezechiel scribit. Et uidi et ecce uentus turbinis
ueniebat ab aquilone. ac paulo post: et in me-
dio eius similitudo quatuor animalium & aspec-
tus eorum similitudo hominis. et facies leonis
a dextris ipsorum quatuor. & facies uituli &
facies aquile a sinistris ipsorum quatuor. Que
plato imitatus sic est. Imaginem inquit animi
fingamus talem uidelicet: quales apud priscos
nature quedam facta narrantur: chymere. s.
scylle ac cerberi: dicuntur inquit hec. finge et-
igitur. Unam quidem ideam uarie fere atque
multicapitis. que domesticarum capita & sil-
uestrium ferarum habeat. Dificile inquit est
quod fingere te uolo. Sed tamen quia facili-
us oratione quam cera fingimus: progrediamur.
Altera ergo idea leonis fingatur & postremo
hominis. coniungantur deinde sic in unum
ut hominis imago extrinsecus cetera complec-
ti uideatur: ut oculis hoc animal cernit: cum
siliquam solummodo uideat & interiora la-
teant: hominem solummodo esse putet. His ita
factis iniustissime faciet ac inutiliter consu-
let qui dicet leonem & ceteras feras nutri-
endas esse. hominem autem fame sic dener-
uandum: ut facile a feris ducatur. ipsasque
feras non esse ad amorem reducendas. sed inci-
tandas potius: ut inter se pugnantes alia
aliam deuoret. Is autem iustissime simul
atque utilissime consulet: qui dicat dandam
esse operam diligenter: ut animalis eius com-
positi ac multicapitis principatum solus te-
neat homo. & quasi agricola que mansuete
sunt: moderate nutriet. immanes autem feras
leonis uiribus usus domet. In duodecim tri-
bus iudeorum genus diuisum nemo ignorat
quem diuisionis numerum ciuibus suis plato

Quod in duodecim tribus ciuitatem suam iudeorum imitatione plato diuisit ca. 26.

attribuit dicens: In duodecim que equaliter fieri
potest uniuersa regio partes partiatur. & sorte
una tribus unam partem possideat. & duces
singularum tribuum eligantur. Prisci

Quod situm urbis iudeorum secutus est ca. 27.

iudei metropolim suam diuino consilio longe
a mari in montibus condiderunt. plato quoque
quam in legibus condidit urbem: in simili hie-
rosolimorum loco eam constituit. ut uideatur
ad urbem hebreorum respiciens uerba compo-
suisse. Ferme nanque inquit. o amice per de-
cem milia passuum a mari abierit hec ciuitas.
portumque habebit quam optimum & agros regio-
nemque fecundissimam. Cauebitur autem ne a-
alia ciuitas prope nimium sit. Maritimam enim
condere non debemus: ne alienis moribus uariis
uilibusque facilius corrumpatur. Cum autem
per decem milia passuum distet a mari portuo-
saque optime sit. nec utilitate iocunditateque
maris omnino priuatur. nec ita facile mori-
bus alienis repleta perfidiam fouebit. In

De prouidencia ca. 28.

decimo autem de legibus omnium rerum mi-
nimarum etiam curam & gubernationem deo
creatori attribuit. impietatisque crimine illos
accusat qui non agi gubernarique omnia di-
uinitus putant. Primum enim inquit deum
iam ambo concedistis uidere audire. scireque
uniuersa. nihilque ipsum penitus effugere atque
latere posse. Est ne ita inquit: an aliter. Ita
prorsus. Quid porro: posse ne deum omnia
concedimus: an contra. Non negandum inqui-
unt deo omnia possibilia esse. optimum au-
tem esse omnes concorditer iam concessimus
non ne igitur desidia quadam ocioque premi oportet
teneri deus uidebitur: si cum possit & sciat
uniuersum gubernare negligat. Rectissime
id abs te dictum est inquit. Deum igitur pu-
tare debemus: quanto melior potentiorque

ceteris est: immo uero potentissimus atque opti-
mus et sapientissimus omnibus simul prouidere.
non enim est fas aliter omnino opinari. fal-
sumque omnino est non habere curam artificem
his de rebus quas artificio suo suo effecit. Et
post pauca. nulla inquit mundi particula dei
prouidentiam effugit. Nam cum pars tocius
gratia: non totum partis factum sit: nullus
bene totum gubernat: nisi parti quoque prouideat.
Et post aliqua. Nec enim negligeris recte faci-
ens nec si improbus fueris diuinum effugies
iudicium: etiam si in profundum terre deue-
neris: aut si in celum euolaueris: sed supplicio
congruenti uexaberis: aut hic aut apud infe-
ros. Quod mihi de illis etiam dictum putato:
quos tu: quoniam magnos e paruis scelere quo-
dam euasisse uidisti: a miseria in beatitudinem
uenisse dicebas. hec nonne similia illis sunt.
Quo ibo a spiritu tuo et ubi a facie tua me
abscondam. si ascendero in celum: tu illic es. si
descendero in infernum: ades. si sumpsero pen-
nas meas et habitauero in extremis maris: et
enim illuc manus tua deducet me;

Liber Tercius decimus incipit.

Sed abunde iam ut puto
platonicam phylosophiam
quasi ab hebreorum lin-
gua in grecam esse trans-
latam demonstratum
est: nunc reliqua prose-
quamur. Primum igitur
considera quomodo pa-
triam de diis opinionem
tanquam falsam redargue-
bat: hoc modo scribens
in tymeo. Sed de aliorum demonum atque de-
orum generatione scribere maius est opus: quam

humeris nris ferre possimus. Quare iis qui hec
tradiderunt credere debemus. qui cum a dys
orti sint & parentes suos qui sint: optime te
neant: nullo modo falluntur. Quare quamuis
nec necessario nec uerisimiliter dicant: tamen
quia rem suam enarrant: equum est: ut eis fi
dem adhibeamus. legi obtemperantes: Quare
secundum priscorum instituta genealogia
deorum terminetur. credanturq; celi ac ter
re filii oceanus & thetis fuisse. Ex quibus for
cus saturnus. ops & alii q̄plures nati sunt. A
saturno autem & ope iupiter & iuno. Primū
igitur deorum nepotes poetas appellans deri
dere mihi deos uidetur: non deos: sz homines ne
potibus eorum natura similes fuisse ostendes.
Deinde theologos ipsos quos deorum nepotes
appellauit: uehementer carpere uidetur: non
deos: cum inserat: quamuis absque necessaria:
immo uero uerisimili demonstratione dicant:
Iocari autem uidetur dicens: quia ipsi probe p
genitores cognouerint suos & quod impossibi
le sit deorum filiis non credere. preter senten
ciam autem animi sui deos esse appellasse ma
nifeste ostendit. quia ut legem patriam uide
licet sequeretur: ita duxisse fatetur. Que om
nia ita ee facilius cognosces: si audias quomō
clara uoce theologos gentium omnes his uer
bis in epinomide reprehendat. Theologiam
ergo inquit & uniuersi productionem: quoniā
male maiores nri de his tradiderunt: suscipere
melius est ac ita defendere: ut aduersus impios
dicere nihil timeamus. Iure autem maiorum
theologiam contemnendam ee in secundo de re
publica docet: ubi de poetis & theologis & gen
tium dys his uerbis utitur. que diligenter queso
animo uoluas. In maioribus inquit minores
quoque uidebimus. oportet enim eandem esse
naturam & iidem posse maiores atq; minores.
non ne ita tibi uidetur. inquit uidetur. Sed nō

intelligo quos tu maiores appelles. Eos inquam
quos hesiodus atque homerus ceterique poete nobis
tradiderunt. Omnes nanque poete fabulas compo
nentes falsa hominibus et retinerunt et canunt.
Reitienda ergo sunt: non solum quia mentiuntur.
verum etiam maxime quia non bene mentiuntur.
Sed sunt quasi pictores dissimilia omnino illis
pingentes atque contraria que pingere debuerunt.
hec inquit recte accusanda sunt. Sed que nam
sunt falso atque improbe dicta. Primum inquam
maximum et de rebus maximis mendatium non
bene mentitus est: qui dixit: celum ea fecisse: que
ab hesiodo narrantur. et quod Saturnus ipsum
ultus fuerit. nam etiam si uera essent: tacenda
omnino tamen putarem. nec ita facile ad om
nes efferendas. Sed maxime certe celanda. quod
si necessitas quedam dicere cogeret: paucissimis
tradenda fuisse. Ardua enim sunt. ne predicanda
o adimante in ciuitate ista. nec enim iuuenem
persuadendum ulcisci parentes oportere. etiam
si iniuriam inferant. hec autem omnino cre-
dendum est: deos inter se dissidere: ut alius alij
bella et pugnam cieret. Nec enim uera hec sunt.
nec nobis conducibilia. qui si rempublicam conseruare
uolumus intestina bella odia et simulationes
turpissimas ducere debemus. nec gigantum
aduersus deos pugnas et heroum in cognatos
adolescentibus explicandas iudico. sed si ali-
quo modo possemus: nunquam ciui ciuem fuisse
inimicum libenter persuaderemus. hec enim
maxime adolescentibus: hec uiris: hec senio-
ribus predicanda. Quare poete cogendi etiam
sunt: hec carminibus edere. Saturni autem
uincula et uulcani a patre proiecto: cum auxi
lium pulsate matri afferret deorumque pug-
ne quas homerus conscripsit: nullo modo au-
diende sunt. Nam etiam poete quam optime
atque utiliter de deo fingere debent. Multum enim

Nota

Q poete de deo mendacissime scripserunt
Ca. 2.

ad uirtutem huiusmodi carmina condiunt. Quas
igitur dicemus utiles ad uirtutem de diis fabu-
las esse: ut respondeamus si quis interroget.
Non sumus inquit. o Adimante in presentia
poete: sed urbium conditores. Conditorem autem
urbis oportet formas quasdam rerum tenere
in quibus uersari poete ita debent: ut inde di-
gredi sibi non liceat. Recte inquit dicis. Sed quo-
nam iste forme sunt. tales certe inquit: qua-
les sit deus heroicis liricis tragedisque dicendum
est. Nam cum deus bonus uere sit: nihil ei ma-
li attribuere debent. bonum autem nullum
nocet. an non ita uidetur. non uidetur inquit
putas ne igitur quod innoxium est nocere animo.
nullo modo inquit. Quod autem non nocet fa-
cit ne quicquam mali. neque id quidem. Quod
porro nihil mali facit: nullius certe mali causa
erit. Assentio. nihil ergo nocebit. preterea om-
ne bonum utile est an non. utile uidelicet.
Erit ergo causa felicitatis. Ita prorsus. Sequitur
ergo ipsum bonum omnium causam non esse
sed eorum solummodo que probe se habent. ma-
lorum uero minime. id iam negari non potest.
Necesse igitur est inquam: quoniam deus bonus
est: non omnium: ut multi putant: sed pauco-
rum (pauciora enim bona quam mala sunt) cau-
sam esse. Malorum uero non deus: sed alia que-
dam causa est. hec mihi uerissime dici uidentur.
non ergo audiendus est homerus: cum ita im-
pudenter de deo loquatur. Quod duo apud
iouem dolia sunt: alterum bonis: malis alte-
rum fatis plenum. Et cui iupiter ex utrisque
dederit: is modo feliciter: modo contra se ha-
bet. Cui autem mala solummodo destinauit:
hunc magna semper erumna / calamitosaque pes-
tis insequitur. Federis autem confusionem si
quis per pallada et iouem esse decreuerit: non ap-
probabimus. nec contentiones atque pugnas

an non

deorum · nec quod hesschilus dicit occasiones diui-
nitus hominibus dari malorum: quando eos per-
dere deus uoluerit · nec niobis calamitas ceteraque
huiusmodi audienda sunt · Sed uel non fuerunt
a deo illa facta: uel si a deo facta contendunt:
dicendum: quoniam qui puniuntur: miseri sunt:
non deum creatorem: sed miseriam suam sibi de-
bita supplicia conciliasse · quibus cruciati meliores
facti sunt · Sed hec modo pretermittenda sunt.
Malorum autem si quis audet causam deum
dicere: si quidem uolumus bonis ciuitatem le-
gibus fundare: nullo pacto patiemur · Nec enim
fas est id dicere: nec conducibile, nec congruens:
sed omnino nefandum ac falsum · probatur mihi
hec lex inquam · sitque ista prima formula quod
liceat nulli omnium: malorum: bonorum solum-
modo causam deo attribuere. Ad hec respon-
de queso utrum putes ab alia in aliam formam
deum mutari: ut nos decipiat; an simplicem esse
ac nunquam mutationem aliquam suscipere. Non
habeo inquit modo quod respondeam · Si quid
autem a forma sua mutetur: uel a seipso: uel
ab alio mutari necessarium putas: an non · ne-
cessarium certe · Quod autem summum · opti-
mum · potentissimumque est: mutari ab alio non
poterit · hec autem omnia deus est · Non ergo
diuersas ab alio formas accipiet · A se ipso au-
tem mutari qui potest dic · Utrum enim ad me-
lius: an peius mutabitur · Necesse est inquit
si mutatur: quod optimum est ad peius mu-
tari · Videtur igitur tibi o Adimante sponte
se quenquam in peius mutare · minime inquit.
Necesse igitur est: cum sit pulcherrimus atque op-
timus: simplicissimum eum esse · ac in forma sua
semper constantissime manere · Mihi etiam ita
uidetur inquit · Nullus ergo nobis deos quasi
peregrinos orbem circuire asserat · nec de pro-
theo multa ac thetide mendacia dicat · nec
iunonem in antistitem commutatam ea fe-

· Quod deus immutabilis
ac uerus est · ca. 3 ·

cisse contendat que multi conscripserunt. Sz hec omnia & his similia pellantur a ciuitate. Sz forsan inquit ipsi quidem dij nullo modo mutant᷑. Nra uero phantasmata ita mouent: ut mutari nobis uideantur. Quid igitur inquam. Vellet ne unq̄m deus mentiri aut seducere re uel uerbo: falsa nb phantasmata imprimens. Nescio id quidem inqt. An ignoras inquam quod uere falsum est: si ita dicere conuenit: id non deo solum: uerum etiam hominibus odio esse. Quomodo id dicis inquit. non enim intelligo. putas enim inquam magnū quid me dicere. Ego uero dico cum falsum ita in animo se habeat: ut errore intellectus circumuoluatur atq3 ignorantia. Nemo penitus id uellet. Et oderunt omnes id falsum. hoc enim est: quod paulo ante dicebam: uere falsum animi eius qui mentitur ignorantia. Falsitas enim que in uerbis est: eius falsitatis imago est: qua animus seducitur. Quod quidem falsitatis simulachrū: sincera puraq3 falsitas non est. atq3 ideo non semper odio dignum est. Conducit enim nōnūq̄: uel aduersus hostes: uel ad eos qui amici uident᷑: quando mali aliquid inferre conantur. Tunc enim ad incommodorum euersionem: falsitate uti non incommodum est. prisca etiam que certe scire nequimus q̄ ueri similiter fingentes: non nihil inde utilitatis adipisci conamur. Qua igitur ratione falsitas deo conueniet: utrum q2 prisca nesciat: an quia hostes uehementer formidet: an quia suorum insidias uelit effugere. Nihil inquit horum de deo dici potest. Mentiri ergo deū nefas est dicere. Vnde simplex maxime & uerus uerbo atq3 re est. nec ipse in seipsum mutatur. nec alios aut phantasmatibus aut uerbis aut signis uigilantes aut dormientes decipit. Recte ista omnia dicta sunt inquit. Sit ergo ista secunda formula: ne cui liceat seductorem aut mendacem aut mutabilem aliquo modo deū appellare. Quare non est laudandum illud homericum quod somnium agamemnoni missum sit. nec heschilus audiendus: cum fingat

thetida dicere apollinem in nuptiis suis optimos
eam filios ac uite longe habituram cecinisse.
Et ego thetis apud eum dicit diuinum apolli-
nis os falsum posse dicere non sperabam. Nunc
autem uideo ab eo ipso qui mihi secunda de
filiis cecinit: filium meum esse interfectum. hec
ceteraque huiusmodi pellenda omnino a ciuita
te sunt. Quod igitur plato uerbis precipit: id
ipsum re in hebreorum scriptura factitatum in-
uenies. Nullam enim de deo turpem fabulam:
nullam de angelis: nullam de piis uiris inuenies.
Cum autem bonorum causam esse deum plato as-
serat: nonne a moyse illud accepit qui singulis
creatis subiungit. Et uidit deus quia bonum: et
omnia simul repetens. Et uidit deus inquit uni-
uersa que fecerat et erant ualde bona. nec unquam
apud hebreos malorum causa deus putatus est.
Quare propheta etiam ad hominem qui sua se
uoluntate deprauauit: his uerbis utitur. Fruc-
tuosam ego te uitem plantaui: quomodo retro
uersa es. Quod si alicubi mala diuinitus impro-
bis dari scribitur: penas atque supplicia: mali uo-
cabulo intelligere debemus. quas deus cum sit
bonus non ad detrimentum eorum qui puniun-
tur: sed ad utilitatem atque comodum mittit: si-
cut medicus ad salutem laborantium curatione
nunquam utitur amara doloreque plena. Unde apud
platonem quoque dictum est utilitatem consequi
eos qui puniuntur. Et iudeus quidam dixit:
castigat dominus: quem diligit. Quod autem
mutari deus non potest: sic a persona eius dictum
inuenitur. Ego dominus deus uester et non mu-
tor. Et apud psalmistam: omnes sicut uestimen-
tum ueterascent. et sicut opertorium mutabis
eos et mutabuntur. Tu autem idem ipse es, et
anni tui non deficient. Quod si dei uerbum
in forma figuraque hominis uenturum scriptu-
ra predicat: quod nos iam uenisse affirmamus.
atque ideo mutacionem deo attribui nonnulli

putant: sciant quia non ut gemitum fabule de protheo thetide ac iunone. nec ut ceteri dij qui errantes sicuti peregrini orbem circueunt. Et ita uerbum dei hebreorum scriptura in hominem mutatum esse affirmat. Verum quoniam rationale animal homo a deo creauit: ut neque deum deique prouidentiam, neque seipsum cognosceret: sed in naturam bestiarum male agendo inciderit: Idcirco deum ut medicum et saluatorem uenturum predicebat. non quidem a sua natura mutatum. non enim seduxit eos qui uiderunt: sed utranque uerissime conseruauit. uisibilem dico atque inuisibilem naturam. Visus enim homo est: et quidem uerus homo fuit. Verbum etiam dei uerum: filiusque dei uerus est. Quare non seduxit credentes neque falsitas ulla inuenta est in eo. Qualis etiam platoni deus esse uidetur. Maxime igitur deus uerbum uerbo atque re simplex est. nec a seipso mutatus unquam fuit. nec alios aut phantasmate aut uerbo aut signo uigilantes aut dormientes decepit. Sed sicut rationalium medicus animarum salutem uniuerso generi hominum afferens uere non phantastice hominem assumpsit. ac ita nobis omnibus ad ueram pietatem ad ueramque dei cognitionem conuersionem largitus est. Talis igitur nostra fuit. Eos uero qui aliter dicunt ab ecclesia tanquam a ciuitate platonis consilio pellimus. Deos autem gentium a Socrate quoque contemptos fuisse. et hac de causa euectum ab Atheniensibus diximus. his enim fere uerbis in Euthyphrone plato utitur. Ipsi enim homines Euthyphron inquit iouem optimum atque iustissimum deorum putant. Et tamen fatentur patrem ab eo uinctum fuisse: quia filios impie deuorabat. Mihi autem irascuntur; quia patrem iniuriantem ulciscor. Et sic contraria sibi ipsis de diis: et de me dicere inueniuntur.

Quod Socrates quia gentilium deos spernebat: occisus est. ca. 4.

Num inquit Socrates o Eutyphro ppea ipse
accusatus sum quia egre fero talia dici de deo.
hec numenius in libro de archanis platonis
hoc modo exposuit. Si accusationem de Athe-
niensium theologia plato scripsisset: ondidissetque
seditiones parentum atque filiorum et deuora-
tiones ultionesque iniquas et nefanda matrimo-
nia impie diis a theologia eorum attribui: de-
disset meo quidem iudicio causam Athenien-
sibus incitassetque ipsos ad cedem suam. atque ita
morte Socratis obiisset. Sed uiuere quidem ille
impietate inuolutus numquam uoluisset. Quoniam
uero et uiuere et uere ac pie dicere tuto poterat.
Eutyphronem quidem uirum arrogantia cor-
ruptum pro persona non solum Atheniensium:
sed omnium qui pie consentiunt. Ipsum autem
Socratem pro persona sua posuit. atque ita ue-
ritatem et securitatem simul consecutus est.
In Crytone autem mortem pro ueritate om-
nino despiciendam his uerbis ostendit. Ego
inquit o Cryto non modo nunc: sed semper ta-
lis fui ut nulli magis quam rationi credam ei que
mihi optima uideatur. Quam obrem non
possum nunc: quoniam isto casu oppressus sum
eas rationes quasi falsas contemnere: quas
et prius ut optimas predicaui. et nunc similes
mihi uidentur. Et nisi meliores alias dicere
habeamus: nec si etiam maiora quam mors et uin-
culo pecuniarum ablationes imminerent peri-
cula tamquam puer laruis territus a proposito desis-
tam. Sed uideamus an recte prius dicebamus
quod oporteat opinionum aliarum rationem habere:
alias minime. Nam si hoc antequam mors insta-
ret recte dicebamus: nunc uero aliter uidetur.
ludus quidam et delyratio disputatio nostra
fuit. Sed quoniam presens calamitas nulla
impendet: nonne sententiam meam probas:
quia scilicet alie hominum opiniones amplectende

· Quod omnia pro ueritate
contemnenda sunt.
ca. 9.

sunt: alie nequaq̄ nec hominum omnium: sed
aliorum opiniones eligende: aliorum uero mini-
me. Quid ais: probe inquam dicitur. bonas ergo
eligendas: prauas autem reiiciendas asseris: an
non. Assero inquit. bone autem nonne sapien-
tium sunt: praue autem insipientium. Quidni.
Utrum igitur uir bonus laude ac uituperatiōe
& opinione cuiusmodi mouebitur: an eius solu-
modo qui in ea re precipuū habet artificium. eius
solummodo mihi uidetur. Fugienda ergo est ui-
tuperatio & laus expetunda. non q̄dem multo-
rum: sed eius solummodo qui precipuam habet
rei cuius laudes desideras: doctrinam. Itaque fa-
ciundum uiuundumq; ē: ut ipse monet: ceteris
omnibus contemptis. Quare nec cetera paruam:
de iustis quoq; atq; iniustis: turpibus & honestis:
non multorum opinionem sequi oportet: sed eius
solummodo qui hec recte intelligit. quē uereri
atq; timere q̄ ceteros omnes oportere ipe censeo.
Quem nisi sequamur: nec iusti uidelicet nec pbi
erimus uiri. Quare nec uiuendum nobis est ita
corruptis. Non ergo curare debemus quid multi:
sed quid dicturus esset si quis intelligeret: aut ipsa
ueritas si ei attribueretur oratio. hoc ubique p
pietatis uirtute ita factitatum a nostris est: ut
nullus nostrum uoluntatem aliorum consideret.
Sed omnes uno animo christum sequamur. nul-
las pecuniarum ablationes: nulla uincula: sed
nec mortem quoque ipsam timentes: quales apd'
hebreos etiam priscis temporibus multi fuerunt.
In eodem nullo pacto iniuriandum ēē plato cen-
set. Affert ne inquit turpitudinem iniurianti &
dedecus iniuria: an non. Affert inquit. nullo igi-
tur pacto iniuriari oportet. fateor inquit. nec
ergo etiam leso refferenda iniuria est: ut multi
putant: quoniam nullo pacto iniuriandum est.
Et quoniam malefacere nihil aliud q̄ iniuriari ē:
non oportet male alicui facere: etiam si innume-
rabilia mala prius perpessus sis. hec nobis a christo

clarius precipiuntur. Et propheta multo ante plato-
nem. Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam
merito ab inimicis meis inanis. Et rursus: cum iis
qui oderunt pacem: eram pacificus. Quod autem
pro ueritate mori debeamus: quod multi hebreorum
fecerunt: christianorum uero ferme innumabiles.
Socratem audi apud platonem in apollogetico
dicentem. Si diceretis inquit mihi o iudices: anito
quidem accusatori tuo Socrates ualere dicemus. te
autem hoc pacto ac federe liberamus: ut nunquam
amplius ut solebas: phylosophari audeas. et si
aliter feceris: moriaris. Si hec mihi diceretis: con-
stanter responderem: quod ego diligo uos o uiri
athenienses: credo autem deo magis quam uobis.
Quare quousque uiuam et possim nunquam phylo-
sophari .i. recte uiuere desinam. nec desistam un-
quam adhortari admonereque uos quemadmodum
consueui. Hanc platonis Socratisque sententiam
uix a solo Socrate. Ab hebreis autem et ante chris-
tum multis et post christum innumerabilibus
constanter ipsa re approbatam inuenies. he-
breos enim etiam Saluatoris nostri discipulos fuis-
se non ignoramus. Sed uideamus quid de
iis dicat qui pro defensione patrie magno ani-
mo militantes mortui sunt. Nonne igitur inquit:
eos qui milicie fortiter pro patria facientes in-
terierunt: aurei generis fuisse dicemus. Omni-
no inquit. Credemus igitur hesiodo: postea quam
aurei generis homines mortui sunt: a multis
hominibus angustus semideos factos liberare, mor-
taliumque omnium esse custodes. ac imposterum
quasi deos colemus. eorumque adorabimus
monumenta. Similiter etiam omnes qui pre-
clare uixerunt: quoquo modo mortui sunt:
honorabimus. Hec nos quotidie factitamus.
qui uere pietatis milites ut dei amicos hono-
rantes: ad monumenta quoque illorum acce-
dimus. uotaque ipsis facimus tanquam uiris

Quod fortes uiri etiam post mortem patriam defendunt ca. 6.

sanctis. quorum intercessione ad deum non parum iuuari profitemur. hec a platone collegimus: ut ostenderemus hebraica illum phylosophia munitum nostris consentanea scripsisse. plura istis apud eum inueniri ab hebreorum sumpta scriptura: non sum nescius. Sed omnia colligere longu est. Verum ne soli nos ab hebreis tam platoni q alys multa furto ee ablata conspexisse uideamur: aliorum quoque testimonia: qui hoc ipsum perspexerunt ponenda sunt. Primumq Aristobolum audias qui in libro quem ad regem ptolomeum conscripsit: his uerbis utitur. Apertissimu quidem e leges & disciplinam nram diligenter platonem fuisse secutum. Non enim latet: si qs attentius eum legat: perlectam ab eo & qdem diligenter: scripturam fuisse. Scimus etiam omnes ante Demetry phalerei tempora: immo uo ante Alexandrum & persarum imperium: qnq moysi libros in grecam linguam: quamuis incomode: traductos fuisse. Tota uero scriptura nra Demetry phalerei opera & philadelphi regis tui progenitoris iussu aptissime translata est. Et post pauca. Diuinam uocem inquit: cum dicat? Et dixit deus fiat: & factum est. non syllabis prolatum sermonem: s; operis nutu ipsius constitucionem intelligere debemus. Quod mea qde sentencia pythagoras. Socrates. & plato: secuti dei uoces audire dicebant: Vniuersi productione a deo emanasse uidentes: & uirtute illius contineri non dubitantes. Sed Orpheus etiam i carminibus que scripsit de uerbo sacro: diuina uirtute omnia gubernari: cunctaq a deo pducta: hoc modo asserit. . Carmina Orphei.

Vos qui uirtute colitis: uos ad mea tantum
Dicta: aures adhibite. animosq intendite uros.
Contra qui sanctas leges contenditis: hinc uos
Effugite. Et procul hinc miseri: pculite pphani.
Tu uero qui diuinas specularis: & alta

Mente capis uoces musee amplectere: & illas
Aspiciens sacris oculis: sub pectore serua
hoc iter ingressus: solum illum suspice: mundi
Ingentem auctorem solum: interituque carentem.
Quem nos presenti quis sit sermone docemus.
Unus perfectus deus est: qui cuncta creauit.
Cuncta fouens/atque ipse ferens super omnia sese.
Qui capitur mente. & tantum qui mente uidetur.
Qui nullumque malum mortalibus inuehit unquam.
Quem preter non est alius. Tu cuncta uideto
hic ipsum in terris melius quo cernere possis.
hic etenim uideo ipsius uestigia. fortem
hicque manum uideo: uerum ipsum cernere quis sit
nequaquam ualeo. nam nubibus insidet altis.
nemo illum: nisi chaldeo de sanguine quidam
progenitus uidit. quem celorum aurea sedes
Sublimisque tenet. cuius se dextera tendit
Oceani ad fines. quem de radicibus imis
Concussique tremunt montes. nec pondere: quamuis
Immenso sint: ferre queunt. qui culmina celi
Alta colens. terris nunquam tamen ille sit absens.
Ipse est principium: medium quoque & exitus idem
priscorum nos hec docuerunt omnia uoces.
Que binis tabulis deus olim tradidit illis

Aratus etiam de deo sic loquitur. c 7.

Ab ioue principium sunt & iouis omnia plena
Que reticere nefas: ioue cuncti uiuunt ab ipso.
Nos sumus. ille fauet cunctis: uiresque ministrat.
Iouem enim hic aratus supremum deum nominauit. Sed non his solum: sed omnibus phylosophis qui hoc nomine digni uisi sunt: ita pie de deo sententia uidetur habenda: nostra lex sola diligentissime sanxit. Ad pietatem enim ueram sola nos adducit & uere uirtutis curam habere compellit. Et post aliqua. omnibus ergo productis inquit ad requiem a laboribus septimum diem nobis concessit. Et paulo post. prima uero res naturaliter lux in qua uniuersa conspiciuntur dici potest. Quam quidem lucem sapientiam

quoque appellare possumus. Tota nempe lux ex sapientia est. Unde quidam peripatetici fulgore ipsam appellarunt: quoniam qui eam sequuntur: per totam uitam nunquam despitabit. Quod clarius Salomon ille dixit: ante celum & terrā sapientiam genitam ēē affirmans. Quod autē scriptura dicit requieuisse deum in septima die: id non quia nihil deus postea faciat: dictum ē: ut non nulli putant: sed quoniam ordo rerum fixum habuit statum. qui nunquā mutatur: cessasse deus dicitur. Ideo enim in sex illum diebus celum & terram & omnia que in eis sunt creasse: ut et tempora & ordo rerum secundum prius & posterius significetur. Eo enim facta ordine sunt: quo postea gubernantur & transmutantur. Lege autem iussit hanc diem nobis ēē conseruandam in signum rationis septime que in nobis constituta ē: in qua humanarum diuinarumque rerum cognitionem consequimur. Ebdomadibus autem uniuersum uoluitur cuncta fouens que uiuunt & germinant. Unde nomine quoque sabbatum appellamus. quod latine quies interpetrari potest. Hoc ipsum quoque Hesiodus his carminibus probauit. Hesiodus.

Primum prima dies dehinc quarta & septima sacra ē.

Et rursus. Septima lux rursum sacra & prefulgida uenit.

Homerus etiam hoc sensisse uidetur cum dicat.

Septima lux aderat. cuncta & perfecta fuerunt.

Et rursus. Septima ubi orta dies acherontis linquimus undas.

Hoc enim significat quod obliuionem uitiorum animę in septima: secundum ueritatem ratione ubi cognitionem ueritatis adipiscimur. omnia predicta relinquuntur. Linus etiam hec cecinit. Linus.

Septima cum uenit lux cuncta absoluere cepit.

Omnipotens pater in quibus bonis est septima & ipsa

Est etiam rerum cunctarum septima origo.

Septima. prima eadem perfecta & septima septe
Unde etiam celum stellis errantibus altum
voluitur & circlis totidem circumundique fertur.
Hec ab Aristobulo nobis sumpta sint. Nunc cle-
mentem quid de hac ipsa re scripserit audiamus.
Modo inquit a barbara ut ipsi dicerent phia
multa furatos grecos fuisse ostendamus. Deu
stoici corpus dicunt quia in corpore & spiritum
secundum substanciam quasi totius animam
hec aperte in scriptura inuenies. Altiorem enim
sensum atque uerum perspicere nequiuerunt.
Unde per uniuersam mundi substantiam tanquam
fouentem animam transire deum asseruerunt.
Seducti autem sunt quia de sapientia dicatur
per omnia ipsum transire tenuitate atque mun
dicie sua. Non enim intellexerunt de ea sapi-
entia que prima creatura est: id scriptum
esse. hilem quoque in principijs philosophi sto-
ici. s. plato. pythagoras & Aristoteles posuerunt.
quam informem & absque qualitatibus asse-
runt. quamuis plato in tymeo unum occulte
principium censere uideatur his uerbis. Quid
nobis uidetur de omnium principio aut prin
cipijs: modo dicendum non est: non alia de cau
sa nisi quia difficillimum est. Ille etiam locus
scripture: terra quoque erat inuisibilis & in
formis: occasionem eis dedit ut hilem deo su
biicerent. Vacuum autem Epicurus posuit: quo
niam illud non recte intellexit: Vanitas ua
nitatum & omnia uanitas. Aristoteles usque
ad lunarem pillam prouidentiam dei dedu
xit illo psalmo deceptus: Domine in celo mi
sericordia tua & ueritas tua usque ad nubes.
Prophetica enim dicta ante saluatoris nostri
tempora magna obscuritate tegebantur. Sup
plicia uero apud inferos tam poete quam phyloso
phi a nostris acceperunt. Ad hec autem sequitur

necessario immortalitas animi · quod enim sup-
plitio & cruciatu vexatur: omnino vivit · plato
vero quod .i. hebrei gehennam dicunt: ignis flu-
uios tartarum cocitum acheronta & pyriphlege-
thonta secundum poetas appellat · viros quasi
igneos dicat damnatas animas ad supplicia im-
pellere · angelos videlicet quosdam a quibus in-
iusti puniuntur · Ad hec angelum unicuique
ad custodiam divinitus datum a scriptura nos
didicimus · Et plato scribere non dubitavit hoc
modo · Quoniam inquit omnes anime forte
vivendi modum elegerunt: ordine ad sortem
suam progrediuntur · mote a demone quem sin-
gule sortite sunt: qui ad custodiendam hanc vi-
tam & ad perficiunda que elegerunt una cum eis
mittitur · hoc ipsum credo Socratem etiam signi-
ficasse cum demone quodam sepius atque sepius
gubernari se dixerat · mundum quoque factum
esse a moyse didicerunt · Apertissime nanque plato
universi huius factorem atque patrem deum ap-
pellat: quasi ab eo solo ex non ente formatum.
Stoici quoque huius opinionis sunt · Et quem scrip-
tura diabolum nominat: malignam animam
in decimo de legibus plato appellavit: adversus
quam pugnam nobis esse constitutam ostendit · Cum
autem mundum alium intelligibilem: alium
sensibilem esse moyses ostendat · & alium primi-
tivum atque exemplar: alium exemplaris illius
simulachrum · Quorum alterum .s. intelligibi-
lem imitati: alterum .s. sensibilem senario ac-
commodet numero qui a pythagoricis quasi
fecundus coniugium appellatur · nam in
unitate quidem invisibile celum terram &
sanctam & lucem intelligibilem creatam
fuisse asserit · In principio enim inquit fecit
celum & terram · Terra enim erat invisibilis.
& dixit deus fiat lux · In creatione vero mun-
di sensibilis solidum celum creavit · Solidum

porro nihil aliud q̄ sensibile est. Terram similit'
inuisibilem et lucem inuisibilem produxit. hinc
plato ideas et species sensibilium intelligibiles
in intelligibili mundo collocauit. Corpus a ter-
ra formatum moyses asserit: quod terrenum
plato habitaculum appellauit. Rationalem
uero animam a deo in faciem inspiratam affir-
mat. Unde phylosophi in capite intellectiue
anime sedem arbitrati sunt. Ad similitudinē
autem dei factum hominem cum audierint:
sequelam illam intellexerunt. De qua scribit ali-
bi moyses: post dominum deum uestrum ambu-
late et mandata eius conseruate. Sequuntur
nempe deum omnes qui pie ac sancte ipsum co-
lunt. hinc stoici phylosophandi finem congru-
enter nature uiuere terminarunt. plato uero
deo per similitudinem inherere et omne bonum
bono amicum eē atq; simile. Et in tymeo iuxta
libri finem: oportere inquit: ut intellecto intel-
ligens secundum pristinam naturam simile fa-
ciat. Cumq; simile factum sit: illum semper pre
oculis habere finem: qui hominibus optime
uite finis a diis ppositus est. huncq; finem in
presenti et in futuro tempore sequi. Fratres q̄q;
homines omnes quoq; ab uno deo producti sūt.
Sed alios quasi ferreos: alios quasi argenteos: a-
lios quasi aureos ait. In theetito autem cum
ueram phylosophorum uitam describat: nonne
christianorum uita superiore quadā uirtute
concitus descripsit. Pythagoras uero Socrates
et plato: cum se uocem dei audire affirmarent:
constructionem uniuersorum diuinitus fac-
tam atq; gubernatam intelligebant: moysai-
cam illam uocem exprimerentes. Et dixit et
factum est. hesiodus uero de creatione pan-
dore dicit: quia uulcano iupiter iusserat aquā
terre commiscere et uocem atq; mentem homi-
nis limo immittere. preterea ignem et lucem
alegorice deum appellat scriptura. Stoici uero

naturam ee dicunt ignem artificiosum uia in
generationem gradientem. Epicharmus autē
pythagoreus unde nisi a scriptura didicit: nihil
clam deo ee. ipsum natura omnia uidere: nihil
qꝫ impossibile illi ee. Democritus quoque oīa
inquit iupiter cognouit. omnia ille dare et
omnia potest auferre. Rex omnium ipse solus
est. Iouem enim plerumque primam causam so-
lent appellare. Sed pyndarus multo magis misti-
ce tanquā pythagoreus: unum inquit hominū
genus est. & ab una matre cuncti unū patrem
creatorem summum atqꝫ optimum artificem
habemus. qui progressus singulis diuersos secun-
dum merita prebet. Matrem profecto hilem ap-
pellauit. Illud autem platonis in epistola ad
heraston & corischon omnino diuinum. patrē
enim & filium nominat. & per eos pie tanq̄m
uniuersi causam iurandum esse asserit. Et illd
similiter circa regem omnium omnia ee. Se-
cundo circa secunda: tertio circa tertia. Que
omnia aut illi diuinitus reuelata sunt: aut
quod reliquum est ab hebreis eorumqꝫ scrip-
tura accepit. Sanctissimam enim trinitatem
illis uerbis significari non dubito. Tertio enim
spiritum: filium secundo: patrem primū ordi-
ne recto collocamus. Heraclitus uero ephesius
unum sempiternum mundum atqꝫ incorrupti-
bilem opinatur semper fuisse ee. futurumqꝫ
affirmans: alterum corruptibilem & factū
diuinitus. Plato rursus in septimo de republi-
hanc diem: nocturnam diem appellat ꝓpter hu-
ius mundi forte principes. Somnum autem &
mortem unam anime in corpus similiter ut he-
raclitus ee confirmat. Quam ob rem ut puto spi-
ritus sanctus ore ꝓphete de saluatore nostro his
uerbis predixit. Ego dormiui & soporatus sum
surrexi: quoniam dominus suscepit me. Non
enim resurrectionem solummodo domini expri-

tationemq; a somno: sed descensum etiam eius in carnem: somnum allegorice appellauit. Ego uero de somnio etiam die in decimo de republi: his uerbis uaticinatum fuisse platonem censeo. Cum inquit in prato septem dies singuli affuerint: tunc surgentes hinc oportet in octauo die ipsos proficisci & quatriduo peruenire. pratu enim octauam spheram tanquam sanctorum amena loca intelligimus. Septem autem dies: septem erraticarum spheras & omnem operosam artem ad finem requietis festinantem. Via uero inquit que ultra erraticas stellas est: ad supremum celum ducit ad motum uidelicet & die octauum. Quatriduo uero peruenire ait per quatuor elementa uiam fieri significans. Septimam etiam diem non hebrei solum: sed omnes fere tam phylosophi quam poete sacratiorem esse cognouerunt. Antisthenes quoque propheticum illud cui me assimilastis dicit dominus commutauit dixitq; deum nulli similem esse. Quare impossibile est inquit ipsum agnoscere: cuius imaginem nullam habeas. Similia etiam exempla Xenopho Atheniensis his uerbis scribit. Qui omnia quatit & omnia quiescere facit: magnus potensq; est. quod omnibus patet. Qualis autem forma sit: nemini patet: nisi ipsi soli qui luce sua omnia perlustrat. Quis enim corporeus deum uerum celestem atq; immortalem oculis cernere potest. Et Xenophanes collophonius. Unus inquit deus inter deos atq; homines maximus nec corpore atq; mente mortalibus similis. Cleanthes etiam stoycus: interrogas me inquit qualis deus sit. Attende igitur. bonus. ordinatus. iustus. sanctus. seipsum possidens. utilis. speciosus. oportunus. seuerus. liber. semper commodus. intrepidus. sine mesticia. sine dolore. tutus. gloriosus. caritas. Quem esse omnes conueniunt. mitis. acer. tardus. sine querela. semper ma-

nens. Deinde idolorum cultum occultius in eo q̄d e
iudicio reprobans subiungit. Illiberalis autem at
q; seruus est: qui opinione uolgari ducitur: quasi
bonum quicquam inde consecuturus. Noli ergo
uolgari opinione deum colere. nec maligni ho-
minis figuras honorare. Heraclitus autem ubi
quod est semper inquit: sensum homines non ca-
piunt. nec anteq̄ audiant: nec cum primo au-
dierint. Hecateus uero qui uniuersam histo-
riam collegit: cum de Abram in egyptijs dicat
Sophodem tragicum in tragedijs scripsisse affir-
mat: unus uere unus est deus qui celum lataq;
terram fundauit. qui ceruleam ponti undam
& uentorum flatus produxit. Mortales autem
errore seducti ex ere ac lapidibus. auro. eboreq;
simulachra nocentium deorum constituimus.
quos sacris solennitatibus pestiferis honorātes
falsam pietatem amplectimur. Manifeste au-
tem unum principium rerum locrensis tymeus
in libro de natura: his uerbis predicauit. Vnū
inquit principium omnium rerum est. ipsum
absque origine. non enim erit principium si ab
alio factum est. s; illud unde factum est prin-
cipium erit. Epicharmus autem comicus de di-
uino uerbo aperte sic scribit. Diuinum inquit
uerbum est: quod artes hominibus suggerit
docetq; facere quod conducit. Non inuenerūt
enim homines artem: s; deus hominibus eam
immisit. verbum autē hominum a diuino
uerbo defluxit. Cum autem per Isaiam spiritus
sanctus clamet. Quid opus mihi est sacrificio-
rum multitudine uestrorum: dicit dominus.
plenus sum hollocaustis. agnorum pinguedinē
& taurorum sanguinem nolo. Et post pauca.
Lauamini purificateq; uos. & auferatis iniqui-
tatem ab animis uestris ceteraq; huius. Me-
nander comicus. Vide quemadmodum in come-
dia eisdem fere uerbis ac sententijs usus est.
Si quis pamphile taurorum in sacrificium obla-

ta multitudine aut edorum aliorumque huiusce-
modi propitium se habiturum deum arbitratur:
penitus errat mentis levitate seductus. Sed o-
portet iustitiam servare: non adulterio neque
virginum uti corruptione. nec acus quidem te-
nue filum: si alienum est: concupiscere. Deus
enim prope est & omnia videt. Quod illi simile
est: Deus appropinquans ego sum. et non deus
de longe. Faciet ne aliquid homo in occultis. et
ego non videbo ipsum. Deiphilus etiam comicus
non aliunde quam ab scriptura in comediam trans-
tulit ea que de iudicio dicit. Tu putas inquit
mortuos qui deliciose vixerunt: dei iudicium effu-
gisse. Sed est iusticie oculus qui omnia perspicit.
Duo enim itinera mortuis proposita esse putamus.
Alterum iustorum: alterum impiorum. Caue
igitur ne erres. nam & apud inferos iudicium
est. quod deus dominator omnium exercebit.
cuius nomen terribile est. quod ego dicere ne-
queo. Si quis autem mortalium male agens pu-
tat dei oculum effugere: is prava ducitur opinio-
ne. Cavete qui putatis deum non esse. est enim.
est iniqua. Si quis autem perperam agit: tempus
lucratur. nam postea dabit penas. In orphicis
quoque scriptum invenitur. Cum omnes deus
occultaverit: ad letissimam rursus restituet
lucem. Quare si iuste sancteque vivemus: & hic
beati: & postquam hinc recesserimus: beatiores fu-
turi sumus. Quam beatitudinem non determi-
nato quodam temporis spatio habebimus: sed
in eternum requiescere poterimus: unacum ce-
teris habitantes immortalibus. Idem orpheus
cum invisibilem deum affirmaverit: uni solum
modo cognitionem sui donasse: de genere chal-
deorum asserit. Abram ut ego puto: aut aliquem
ex suis significans his verbis. Nullus inquit
deum novit: nisi quidam unigenitus a genere
chaldeorum defluxus. Deinde commutatis

uerbis illud expressit. Celum mihi est sedes: terra uero scabellum pedum meorum. Deus inquit in celo aurea in sede firmus sedere cognoscitur. Terra uero sub pedibus eius est. Manum autē eius dexteram ad fines oceani extendit: radices montium tremiscunt. nec a uiribus eius resistere possunt. Celestis igitur ipse est. & in terram omnē peruenit. ipse initium omnium. medium atque finis. hec ab illis ꝓphetis effluxerunt: qui si aperuet celum: tremor uniuersa comprehendet. & abs te montes liquefient: sicut a facie ignis liq̄tur cera. Et quis mentitus est celum palmo. Q͛d oportet singula singulis conferundo longiorem esse. Omnia que uel apud grecos: uel apud barbaros: siue poetas: siue ph̄os rectius dicta sunt: aptissime a iudeorum scriptura deriuata uident̄. hec clemens. Nos autem platonem maxime admirantes: neque abre: diligentissime nanque scripturam sequi uidetur. phylosophiam tamen eius reiecimus: quoniam purissimum scripture aurum non omnino immaculatum seruauit. Sola enim diuina eloquia sancta puraque sunt longe ab omni mendatio remota: argentum purgatum & probatum terre. Platonis autem ceterorumque omnium dicta simul ac scripta: q̄niam humanis cogitacionibus atque coniunctura ad considerandam naturam rerum recesserit: non nihil falsitatis permixtum possident. Nam si quis uoluerit amore atque odio depositis: exquisita ratione ueritatem inspicere: mirabilē illū phylosophum simulachris que manibus hominum facta in uiri similitudinem fuerant: dei appellationem turpiter attribuisse comperiet. Ita post sublimem illam theologiam: quam patrem & creatorem uniuersi unum deum esse cōscripsit: a celo in profundum idolatrie delapsus: populi atheniensis opinionibus ferebatur. Nec ueritus est Socratem in pireum ad soluenda dee uota descendentem laudare. Gallum etiam

Quod inconstanter de deo plato locutus est. ca. 8.

Esculapio sacrificari probe iussum a Socrate fateri
uidetur. Et delphicum demona paternum grecie in-
terpretem appellat & diuinis libenter laudibus pro
sequitur. Audi enim eum quam turpiter uulgarem de
diis opinionem confirmat dicens: Aliorum autem
demonum generationem cognoscere ac dicere ma-
ius quoddam opus est quam nos ferre possimus. Sed
credendum est his qui iam diu dixerunt: qui deo-
rum nepotes sunt & ut aiunt clare progenito-
res suos nouerunt. Non enim possibile est deorum
filiis incredulos esse. Nam etsi nullam necessariam
atque uerisimilem afferant demonstrationem: ta-
men quia sua se narrare affirmant: leges patrias
sequentes credamus. propter hec & cetera huiusmodi
is philosophus nobis: quoniam secum ipse dissidet: relinqu-
dus est. Nam qui poetas poetarumque fabulas in
libris de legibus contemnit: quique mentitum illum
ait: qui primus fingere ausus est fuit: ea celum
fecisse que ab hesiodo scribuntur ceteraque huius:
quomodo nunc deos & deorum nepotes saturnum
iouem iunonem & ceteros appellat. Ad hec
cum mediam rationalium naturam non absque ortu
sed genitam scriptura predicet: ex qua per lapsum
genus demonum esse confirmet: atque ideo nullo mo-
do angelorum aut demonum aliquem deum ap-
pellet: quoniam nec natura mutabiles sunt: nec a
se ipsis: sed a prima causa: tam esse quam bene esse immor-
talitatemque consequantur: plato incorporeas quidem has intellectuales substancias & rationales
non recte non ge-
nitas tam ipsas: quam omnem animam opinatur.
Deinde quasi natura deffluxisse a prima causa
& ita constitutas esse contendit. Non enim om-
nino a non ente simpliciter factas arbitratur.
Quare plurimorum deorum genus quasi deflu-
xus quosdam ac emanationes prime cause
& secunde: ut ipse dicit: nobis proponit. Hos na-
tura bonos esse nec posse a propria uirtute labi. ac
propterea deos esse affirmat. Genus autem demonum
alius quoddam facit: quod omnis nequicie ac

Quod non recte de demonibus plato sentit ca. 9.

in peiora mutacionis capax ēē dicat. horū alios
bonos: alios prauos et esse & appellari. hec a scrip
tura iudeorum .i. a ueritate ipsa alienissima
sunt. Sed unde sibi hoc genus demonum cons
titutum est. Nemo enim mentis compos a cor
porali materia que irrationalis est: rationa
lem naturam demonum unquam constituet.
Quod si etiam ipsi emanationes quedam supe
rioris nature sunt: Unde igitur nequicia in his
posterioribus que a primis emanarunt: nata
est. Quomodo autem amaritudo a dulcedine
processit. Nam si praui demones omnes tene
bras & omnem amaritudinem malignitate
superarunt: quomodo ex defluxu melioris
nature ortum habuerunt: Ex qua si emanas
sent: non mutari profecto ad peiora potuis
sent. Si uero mutati sunt: non emanarunt
certe ab impassibili natura. Quod si neque
a superiore natura defluxu quodam emanas
se ipsos ratione confiteri cogimur: nec a cor
porum materia productos: sequitur non ge
nitos ēē. Et sic ad corporum naturam non
genitam: tertiam q̄ndam naturam absque or
tu cum deo uniuersi collocare uidetur. Ita nō
erit sibi deus creator ac pater omnium. Sed de
his satis. Nunc de anima quid sentiat ui
deamus. Eam igitur cum immortalem hebreis
similiter scripserit: ac ad dei similitudinem for
matam putauerit: substantiam eius tamē
ex indiuisibili atq; incorporea & diuisibili cō
stare contendit. Dicit enim in tymeo: genera
tione atq; uirtute priore corpore quasi do
minam animam esse ꝓductam: hoc modo.
Ex indiuisibili substancia inquit: que semper
eodem modo se habet & diuisibili tertiā q̄n
dam substantiā inter hec extrema constituit.
Et quod multo peius est: diuinam illam in
corpoream rationalem deiq; similem animā
ad asinos. lupos. formicas. apes. ceterasq; bes

tias descendere.

tias descendere asserit. & huic opinioni absque
demostratione aliqua ceteros adherere hortatur.
Usque adeo inquit in libro de anima errant: quo-
usque cupiditate corporis rursus corpori copu-
létur. Talibus autem copulátur: quales mores
prius in hac uita comprobarunt. Nam que uen-
tri atque turpitudini dedite fuerant: asinorum
& similium bestiarum corpora ingrediuntur.
Que rapaces atque tyrannice luporum atque ac-
cipitrum corpora induuntur. Que populares
fuerant & uulgarem modestiam atque iusticiā
consuetudine communi: non phylosophya et
mente approbarunt: uel formicarum uel etiā
hominum rursus corpora accipiunt. Et in phe-
dro ad idem inquit: unde singule anime uene-
runt: ad decem usque annorum milia non re-
uertuntur. Non enim alate pennateque fiunt
ante hoc tempus: nisi sedulo phylosophate fue-
rint: aut cum phylosophia puerorum indulse-
rint amoribus. Iste autem ter deinceps si hanc
uitam elegerint: post mille annos circūuoluunt.
et sic alate atque pennate: in tribus annorum
milibus tandem peruenient. Alie uero postq̄
hanc uitam exiuerint: aut sub terra damnate
puniuntur: aut in celum aliquem locum leua-
te: congruenter huic uite conuersantur. Et post
mille annos ad quancumque uitam elegerint:
utreque reuertuntur. Descendunt enim etiam
in bestiarum corpora: et ex his alia periodo rur-
sus corpora hominum ingrediuntur. In libris
autem de repu. ab orphei dicitur anima cigni
uitam muliebris odio generis: quoniam a femi-
nis occisus: nolebat femineum rursus uterum
intrare: electam fuisse. Sed et agnus aut huma-
nam uitam elegit. hec ceteraque huiusmodi sc̄ri-
bens: non hebreos: sed egyptios in hoc fuit secutus.
quod certe non fecisset: si ueritatis amicus fuis-
set. Quam falsitatem non grauaremur refuta-
re: si ratione aliqua niteretur. Nunc uero: quoniam

ipse sibi dissidet: relinquatur. Nam ut alibi osten-
dimus: impias animas apud inferos eternaliter
puniri scribit. Et ex his que modo diximus: ex sen-
tentia sua corpus eligere asserit. pias autem in
sempiterna futura tempora in insulas beatorum
profectas feliciter uiuere. In aliis & in gorgia scrip-
sit. Quomodo igitur in corpora redeunt. Sed hoc
quasi manifeste falsum est contemnendum potius
quam refutandum. Illa uero sua opinio qua rationalem
animam ex diuina & ex passiua quadam atque ir-
rationali compositam esse arbitratur: a multis
etiam platonicis spreta neglectaque est. Seuerus
enim platonicus in libro de anima his uerbis hanc
positionem platonis aggreditur. Si ex passibili atque
impassibili substantia diuinitus anima consti-
tuta est: quasi ex albo & nigro medius quidam
color necesse est tempore disseparatis extremis: eam
penitus dissolui. Quare non immortalis: sed mor-
talis anima erit. Conceditur enim quecunque
natura sine contrario non sunt: spatio tandem
temporis disseparari. Si ergo anima quoque ex
impassibili atque passibili substantia facta est:
necesse est: quemadmodum siccum ab humido:
calidum a frigido: leue a graui: dulce ab ama-
ro: album a nigro: sic & ipsam tempore distrahi:
soluta contrariorum compagine. cum unum
quodque ad naturam suam necessario tendat.
An non uidemus quod graue est: quamuis a le-
uiori iunctum eleuetur: deferri tamen ascendi-
que tarditatem atque dificultatem leuiori coniunc-
tione afferri sua. ac similiter leue quamuis de-
ferri cogatur: ad superiora tamen niti. Que-
cunque enim a duobus contrariis coniuncta
sunt: impossibile est eodem modo semper manere.
Sed non est certe anima hec duobus contrariis
composita: sed simplex natura atque incorporea:
unde plato recte immortalem eam putauit. Ve-
rum quoniam ex anima & corpore constare ho-
minem ab hominibus dicitur: ac passiones que
nobis sponte contraque accidunt: anime passio-

nes esse dicantur: hoc signo multi seducti: passi-
bilem substantiam eius corporalem mortalemque
opinati sunt. plato uero impassibili eius nature
passibilem substantiam annectere coactus est.
Quod autem aliter se res habet: a uirtutibus ip-
sius anime actiuis conabor ostendere. hec de ani-
ma sufficiant.

Quod non recte de celo plato sensit ca.

De celo uero ac stellis: quamuis
a patre omnium hebreis similiter productas asserat:
quasi deos tamen celestes cunctas colendas consulit.
Sic in epymenide dicens Celum inquit: sicut omnes
alios demones atque deos honorare oportet. et uo-
ta apprime ipsi facere. Et post pauca. Deos ui-
sibiles maximos colendissimos. perspicacissimos
ac omnino primos: stellarum naturam dicendum
est. Deinde demones colendi sunt. Quomodo au-
tem si hec omnia facta sunt: ut ipse alibi testatur:
sicut in superioribus diximus: deorum cultu ho-
noranda sunt: cum ille solus creator omnium
secundum ueritatem scriptureque auctoritatem
colendus sit. hec perstringere placuit: ut uideas
quam rectissime a nobis hebreorum scripturam plato-
nica physica prepositam esse. Ex his autem que nos
scripsimus facile unusquisque cetera compe-
riet: que tetigimus: non ut platonem accuse-
mus: quem summopere admiramur: sed ut osten-
damus: quanto ipse distat a moysaica et prophe-
tica ueritate. Nam si quis accusare uellet: mul-
ta certe in eo inuenire posset. qualia sunt que
de mulieribus in libris de repu. scribit.

Que de mulieribus plato sensit ca. 12.

Quo-
rum nonnulla modo referre: alienum non est.
forsan inquit. Si quid preter consuetudinem
dixero: ridiculum tibi uidebitur. Quid enim
inusitatius: quam mulieres in gymnasiis nudas.
nec solum iuuenes: sed etiam anus cum uiris luc-
tantes uidere. Et subiungit. Si quis autem ir-
ridebit: quoniam gratia uirtutis nude mulie-
res exerceantur: is quam utilis sit: res ista non in-
telligit. Similia et in septimo de legibus pre-
cipit. Lex enim mea inquit: quecumque

masculis tribuit: eadem etiam mulieribus exer-
citia tribuit. Nec unquam ipse dixerim equita-
te armaque mouere ita uirorum esse: ut a mu-
lieribus aliena sint. hec longe remota a uera he-
breorum disciplina quis non uiderit. Non enim
non dico mulierem: sed nec uirorum quidem uiri-
bus absque nutu diuino preclarissime res gerun-
tur. Nisi enim inquit dominus edificauerit do-
mum: in uanum laborauerunt qui edificant
eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra
uigilat qui custodit eam. Mirabilis autem ille
phylosophus in gymnica mulieres certamina de-
ducere non ueretur. Mulieres inquit adolescentu-
le nude cursu et equis certent. Que uero quartum
decimum annum excesserint anteque nupserint
anteque uidelicet uicesimum annum excesserint:
amictu conuenienti uestite: in certamen cursus
descendant. In aliis quoque certaminibus que
ad uiros spectant: ut in luctatione et iactu
lapidum in arcu et funda et similibus: non ui-
ros solum: sed etiam mulieres adhibere precipit.
In solemnitatibus etiam nudas in sexto de legi-
bus adolescentulas cum nudis iuuenibus tripu-
diis salire iussit. His illa que in libris de repu.
de communitate mulierum dicta sunt: addenda
mihi uidentur. Lex inquit ponenda est: ut mu-
lieres uiris omnibus communes sint. nullaque
cum uno solummodo habitare possit. hoc enim
modo filii quoque communes putabuntur. nec
pater filium suum: nec filius parentem cognos-
cet. Et post pauca. Non tamen quibuslibet com-
muniter mulieres subicimus. sed potestati prin-
cipum totam rem committendam arbitramur.
Ut quemadmodum pecunias publicas digne
distribuunt: sic mulieres quoque fortibus ui-
ris ex utriusque dignitate tribuant. Multa
huiuscemodi sunt apud eum: immo multo e-
tiam turpiora que negligenda potius: quam scri-

bunda duximus. Sed ut quantum distet mens
humana quamuis precipui phylosophi a mente
moysaica que diuinitus docebatur: apertius
uideas: leges platonis de cede cum moysaicis co-
feras. Quodcunque inquit deus de furto &
de fure dixerit: id diligenter ciuitas oraculum
dei secuta faciat. Et si quidem liber aliquis iu-
dicium fecerit: gloriam uirtutis assequatur.
Sin uero sciens non dixerit: infamis esto. Seruus
si quid indixerit publice domino eius pecunia
referatur: ipse autem liber sit. Sin uero sciuerit
& obticuerit morte crudelissime iudicio quidem
meo non indicentem puniri precipit. cum eos
qui furta homicidiaque commiserunt uiuere pa-
tiatur. ac a domino interfici seruum pro nihilo
putat. purgetur inquit si quis seruum suum oc-
ciderit. Sin uero ira concitatus alienum obtrun-
cauerit: duplum domino reddat. Si quis aute(m)
liberum hominem non premeditatione atque
insidiis: sed repente ira commotus interemerit:
cum ea fecerit que illi facienda sunt: qui absque
ira ociderit: duobus ad domandam iram exu-
let annis. Qui uero insidiis hominem excepit:
hic & alia similiter faciat: & exulet non duo-
bus: sed tribus annis. Quod si post exilium ru-
sus hominem interfecerit: perpetuo exulet. pa-
rentes si filium uel filiam interfecerint: tribus
annis exulent. Cumque redierint: conuersari si-
mul non permittantur. Vir autem si uxore(m):
aut e conuerso necauerit: triennio similiter
exulet. cumque redierit: cum liberis suis non
conuersetur. Frater si fratrem: aut soror si so-
rorem similiter. Quod si frater in defensione
principis fratrem quasi hostem interfecerit:
mundus sit. Similiter quemcunque aliquis se ip-
sum defendendo trucidauerit: mundus sit. pre-
tereaque si seruus pro defensione sua liberum inter-
fecerit. de quo ea statuimus que parricida: qui

parentes .s. interfecerit: dicta sunt. hec si moy-
sacis conferas: humana uidebuntur ad diuina
conferri. Si quis inquit percusserit sponte homi-
nem et percussus decesserit morte moriatur. Sin
uero non sponte percusserit: loca dabo quo
fugiendum est. Si quis dolo atque insidijs homi-
nem interfecerit: etiam ab altari si illo refu-
gerit: ad mortem rapiatur. Qui patrem aut
matrem uerberat: moriatur. Si quis in iur-
gio lapide aut pugno percusserit hominem: si
homo non moritur: dampnum et medicamenta
restituet: qui percussit. Si seruus aut serua in
manibus domini: dum ab eo uerberetur in-
terierit: ultione dominus uindicabitur. Si
uero diem unum uel duos superuixerit: non
uindicabitur. Argentum enim eius est. Si quis
serui aut serue oculum eruet: libertatem ei
pro oculo dabit. hec moyses. Illa etiam non
est ab re audire que de rebus minimis inhu-
maniter plato sanxit. Si quis inquit ficus aut
uuam absque consensu patronum acceperit: quo-
niam que sua non sunt accepit: damnetur. Quod
si seruus id quispiam fecerit per singulos ficus
atque racemos equalia numero uulnera patiatur.
hec certe magnifica mente platonis digna non
sunt. Sed audi modo uicissim atque cognosce quam
humanissime atque diuine moyses. Si introie-
inquit in uineam proximi comedes uuam et
implebis animam tuam: nihil autem expor-
tabis. Et rursus si in messem proximi tui ueneris:
non immittas falcem: sed spicas in manibus tuis
colligas. Si metundo manipulum oblitus fueris
in agro non reuerteris ad accipiendum. Inopi
relinquas: ut benedicat tibi dominus deus tu-
us. In uindemia non reuerteris ad uindemian-
dum iterum. inopis erit si quid relictum est.
Innumerabilia in platone sunt que reprehendi
possunt. Sed ea que dicta sunt satis multa esse
opinor ad ostendendum iure a nobis iudaica pla-
tonicis anteferri.

Liber Quartusdecimus incipit :-

Nunc aliorum quoque phy
losophorum sectas: immo
uero nugas compendiose
ponamus. Quorum erro
res non a me ipso: si contra
dictione et pugna inter
eos mirabili cognosces. Et
quando inter se aut cum
aliis comparo: non facile
negauerim illos claros fu
isse uiros. Quando uero hebreorum theologis
atque phylosophis comparo et doctrinam istorum
doctrine illorum confero: caduca et friuola
omnia que phylosophi excogitarunt: mihi ui
dentur. nec mirum. Illa enim diuinitus: hec
humanitus edita sunt. Ideo non sumus ac
cusandi si grecorum phylosophiam despicimus
et hebreorum scripturam amplectimur. Nam
operepretium est ad hanc preparationem euan
gelicam diuersas atque inter se contrarias in
tarum in phylosophia heresum opiniones ui
dere. ipsosque phylosophos uerbis ambitiose sibi
ipsis pugnantes. plato enim ipse omnes qui
ante ipsum fuerunt reprehendere acriter so
lebat. platonem deinde ac platonicos alii in
creparunt et ipsi peripateticos persecuti sunt.
et peripatetici rursus eos nihil scire nihilque dicere
putabant. Stoici ab aliis derridentur et ipsi re
teris illudere non uerentur. Ita ut iam non lin
gua et calamo: uerum etiam manibus prelium
geratur. His pirronem Aristipum. mitrodorum
prothagoram. xenophanem. parmenidemque
addemus. nec uoluptatis defensorem epicurum
pretermittemus. hos omnes ita redarguemus:
ut alterius armis in alterum utamur. Sic enim
inutilis esse disciplina ipsorum hac luce clarius
uidebitur. non dico hec: quia grecos odio habeam:

Quod inter se phi omnes [illegible]
nant. contraque [illegible]
concordant. Ca. I.

aut quia eloquentiam eorum contemnam: sed quia
falso accusari reprehendique me uideo: quod fal-
sam ac fabulosam scripturam hebreorum ele-
gimus. Quomodo enim falsa est hebreorum doc-
trina: qui ab initio humane uite ueram philosophiam
ac pietatem & inuenerunt: & intemeratam
conseruarunt. qui nihil unquam addiderunt:
aut detraxerunt. hisque summis uiris scriptis
ediderunt. principio enim sapientissimus ille
moyses quem omnibus grecis multo antiquo-
rem in superioribus demonstrauimus: nihil
omnino ex his mutauit: que sincera suorum ma-
iorum theologia tradidit. preterquam quod uiuendi
disciplinam temporibus atque hominibus illis
congruam diuinitus sanxit. Et qui multis
seculis post eum fulserunt prophete. nec unicum
quidem uerbum: aut moysaice legi aut theolo-
gie priscorum a moyse conscripte incongruens
minusque consentaneum dixisse inueniuntur.
christiana quoque ueritas a scriptura iudeorum
profecta ita ei congruit: si recte intelligitur: ut
nulla repugnantia excogitari possit. Talia igi-
tur nostra sunt: una sententia: una uoce a pri-
mis qui ante moysen fuerant: a mediis qui a
moyse usque ad christum rutilarunt: a nouis-
simis discipulis dico christi qui ueram pietatem
.i. saluatoris nostri doctrinam uirtute ac gratia
ipsius commixi in lucem ediderunt: predicantur
ac confirmantur. uniuersumque orbem magis in
diem florentem fide conspicimus. Nec impera-
torum edicta, nec hostium insidie. nec tyran-
norum gladii preualere potuerunt. Gentium
uero preclara illa philosophia quem unquam fructum
produxit. Nam quemadmodum qui ante pla-
tonem fuerunt ab ipso platone derideantur:
mox uerbis ipsius audies. Prothagoram enim
heraclitum. empedoclem & parmenidem: id-
circo redarguit quia dissentientes inter se ma-
nifeste uidentur. quamuis prothagoras omni-
no impius fuerit: nullum esse deum opinatus.

Sic enim in libro de diis ab eo edito statim incepit
Nescio inquit si dii sunt: nec quali forma sunt:
cognoscere possum. Demochritus qui prothago
ram docuit: inane ac plenum ee dicebat: plenū
ens ac solidum uocabat. inane uero ac uacuū
non ens. asseritq; non magis ens ee: q̄ non ens
Ab eterno enim inquit in uacuo continue atq;
uelociter entia mouentur. heraclitus uero prin-
cipium rerum ignem putauit. ex quo uniuersa
fieri & in quem resolui uicissim arbitratus est:
tempusq; resolutionis omnium in ignem deter-
minatum ee ait & gnationis ex eo similiter. hi
omnes cuncta moueri asseruerunt; parmenides
autem eleata unum ee uniuersum affirmat nō
genitum neque mobile. pille quoq; figura com-
globatum. hunc mellisus audiuit ac eum in
omnibus sequitur. De quibus omnibus. hec plato
in theeteto conscripsit. Ex differentia inquit: ex
motu & ex mixtura adinuicem omnia fiunt:
que ee dicimus non recte appellantes. Nunquam
enim aliquid est: si semper fit. et de hoc omnes
phylosophi preter parmenidem conueniunt. pro-
thagoras dico. heraclitus. empedocles & utriusq;
poeseos summi poete comedie quidem epichar-
mus. homerus autem tragedie qui cum ocea-
num generationem dicat deorum: omnia flu-
xu atq; motu producta ee uoluit. Et paulo
post heraclitii ait qui in ephesso ioniaq; phy-
losophari uidentur: nullomodo curant quiete
aliquid interrogare ac respondere. Et si quid
ab eis quesiueris: enigmatica quedam uerba
quasi sagitas ex arcu proiciunt. Quorum si ra-
tionem quandam aut significationem quesi-
ueris: alio percutieris enigmate. nec quitquā
cum eis efficere poteris. Quippe nec ipsi secum
firm unquā aliquid dicunt. immo id apprime
studere uidentur. Nec quid certi aut in uerbis
aut in animis eorum insit. et subeat. Ab istis
igitur nihil unquam discemus. Sed ipsi nos con-

siderenius: quod ab antiquioribus accepimus: occultius ab illis ac poetice dictum. quod ocea-
nus & fluxus generatio rerum est. quia nulla
res prorsus stet atque quiescat. quod posteriores
apertius dixerunt: adeo ut iam etiam coria-
rii fabrique omnes recte se tenere philosophiam putet
liberatique ab errore uideantur: quia falsas esse
cognoscant: alias rerum quiescere: alias mo-
ueri. Omnia enim moueri a preclaris illis philosophis
dixerunt: quos magnis laudibus prosequuntur.
Fere autem oblitus sum o theodore illorum
qui uniuersum immobile esse contendunt. Me-
lissus enim & parmenides & quicumque eos se-
cuntur spernentes illos stare omnia quiesce-
reque affirmant. Ipsum enim inquiunt uniuer-
sum non habet locum in se ipso quo moueatur.
Quid igitur nos in medio istorum intercepti
o amice dicemus? nisi enim magno animo
defensi effugiemus. quemadmodum in pales-
tra nonnulli intercepti alii ab aliis simul ex-
tracti pereunt. sic nos in contraria isti trahun-
tes penitus lacerabunt. hec in theeteto. Sed
uideamus rursum que de prioribus philosophis in
sophista scripsit. Facilia quedam parmenides
inquit locutus est & quicunque de prioribus
iudicare de entibus quot & que sint uoluerint:
fabulam quandam quasi pueris nobis narra-
re mihi uidentur. Alius enim tria dicit entia esse
& modo inter se pugnare: modo alterum ab al-
tero fieri. Coniunctiones quoque partus & edu-
cationis filiorum quasi configit. alius duo fa-
ciens humidum uidelicet atque siccum: aut ca-
lidum & frigidum in unum copulat aut pro-
ducit. Genus autem eleaticum a xenophane
& ante ipsum incipiens omnia unum esse
affirmat. Iades uero quidam museque sicalides
coniungendum ita putarunt: ut dicerent
ens & unum & multa esse: sed amicitia atque ini-

inicicia inferre. distractum enim ens semper
aiunt ferri per contentionem illi qui intensio-
res musas coluerunt. Remissiones uero sic
semper se habere negarunt. Sed modo quidē
unum ēē aiunt uniuersum ex uirtute uene-
ris: amicum sibi atq; conueniens. Modo autē
multa: cum ipsum sibi ipsi ꝓpter contentionē
repugnet. Et post pauca. quidam autē inqt
sunt inter quos gigantum bellum assidue
geritur. Alij enim quicquid in manibus com-
prehenditur / tactuq; sentitur: id solum esse
contendunt: corpus atq; substantiam idem
omnino esse affirmantes. Alij eis illudunt qui
separatas a corpore substancias ēē asserunt.
Dicunt enim quidam intelligibiles atq; incor-
poreas species ueram ēē substantiam. His a-
lijsq; huiusmodi uerbis omnes qui ante ipsum
fuerunt plato deridet. Qualem enim ipse
de rebus opinionem habuit: in superioribus
explanauimus cum a iudaica ipsum scriptu-
ra accepisse plurima probaremus. Sz succes-
sores etiam eius in medium adducamus. Pla-
tonem igitur ferunt in academia primum
docuisse: ac ideo academicam & phiam acade-
micam uocitatam fuisse. post illum uero Speu-
sipum ex sorore nepotem platonis. Deinde xe-
nocratem. postea polemona docendi uices sus-
cepisse. qui post mortem platonis nouis opi-
nionibus ilico academiam repulerunt. Ita
sincera platonis doctrina una cum eis fuit
extincta. Contentiones namque ac pugne
post eum inter phos coorte usque ad hodiernū
diem maximo opere uigent. paucissimi enim:
immo uero duo: uel ad summum tres in tan-
to spatio temporis ueri platonici sunt repti.
Nec tamen etiam ipsi ab obumbata cauilla-
tione omnino aliem. Polemoni Archesilaum
aiunt successisse. qui fertur platonicam om-

nino phiam commutasse: nouamque quandam
constituisse· quam secundam academicam uo-
citarunt· Asserunt enim nihil de re aliqua firmi-
ter enunciandum ee: quoniam nihil comprehensi-
bile sit· et in utranque partem rationes equa-
lium sint uirium· sensus quoque fallaces esse·
Rationem nullam omnino firmam fieri· unde
illud hesiodicum·
Mens celata latet homines: haud cognita cuiquã.
Atque ipsam secum dii detinuere latentem· sum-
mis laudibus efferebat· post Archiselaum autẽ
Carneades atque Clitomachus priorum phyloso-
phia contempta: tertiam instituerunt· acade-
miam quartam filio et charmidas· Quintam
quoque nonnulli dicunt antiochum induxisse·
hi quidem successores platonis fuerunt· Quorũ
phylosophia qualisnam fuerit si quis discere
gliscit: numenium audiat qui in primo libro
de dissensione academicorum a platone hec scrip-
sit· Speusippus inquit platonem: xenocrates
Speusippum· polomon xenocratem in acade-
mia secutus est· qui in omnibus fere mores pla-
tonis et dogmata permutabant· preterquam quod
hec nobilis incomprehensibilitas nondum illos
inuaserat· Ita statim post illum aut ignoran-
cia: aut quadam alia de causa platonis phylo-
sophiam contempserunt· Nolo enim amore xe-
nocratis id dicere· immo uero platonis gratia
dicam· Doleo namque quia phiam et uitam pla-
tonis imitati non sunt· Nam etsi non erat
melior magno illo pythagora: forsan tamen
peior non fuerat· Quem quidem pythagorã
discipuli eius diligenter secuti: maiorem docto-
ri suo honorem accumularunt· Quam rem
quamuis utinam non fecissent: studiosissime
imitati epicurei sunt· qui cum sapientem pu-
tarint epicurum fuisse: multis post eum tem-
poribus nihil penitus aut illi: aut alteri alter
contrarium dix discerent· Sed impietatis cri-

mine inquinatus uidetur qui noue aliquid dicere
audeat. Ita magna quedam inter eos concordia
est. similisque est epicuri secta discipline ciuili.
Quippe cum sine seditione summo consensu sic
agatur: ut unam mentem unamque sententiam
habeat. Itaque firmiter atque concorditer epicurum
defendunt: ut etiam impostetum secuturi uide-
antur. Stoica uero statim ab ipsis principiys fac-
tionibus plena nondum quieuerunt. suntque
inter eos adeo diuisi: ut alij magis: alij minus
se stoicos esse fateantur. plato autem pythago-
ricus certe fuit. nec ignorabat Socratem tres
deos posuisse imitatione pythagore. quod et
ipse secutus: eo modo conscripsit: ut nec usita-
te nec clare dixerit. sed inter manifestum atque
occultum sententiam suam celauerit. non in-
uidia quadam nec maliuolentia: sed rerum
dignitate commotus. hoc igitur consideran-
tes: separere ipsum omnino debemus ab Aris-
totele atque Zenone. Et quoniam academia
sua diuisa est: ab ea quoque ipsum disiungamus.
ac ipsum in seipso considerantes pythagoreum
appellamus. Sed nunc furiosissime et huc et il-
luc et totus et per singula menbra trahitur uir
inter pythagoram et Socratem medius. Subli-
mitatem nanque illam pythagore ad huma-
nitatem deduxit. humile uero atque deiectum
Socratis ad grauitatem reduxit. Ac ita py-
thagora popularior atque communior: Socrate
uero grauior uisus est. Sed redeamus illo: un-
de nobis defluxit oratio. polemona igitur Ar-
chesilaus et Zeno audiuerunt. quamuis Zeno
antequam polemo doceret: Xenocratis etiam fuerit
auditor. qui etiam crateten cynicum cum non
nullis imitatus est. Sed Stilponem quoque et
heraclitios est secutus. Nam cum zeno et Archesi-
laus polemona simul audirent disputandi
ambitione concitati quotidie pugnabant. Ita

zeno heracliti. Stilponis. & crateris auxilio nixus
insignis pugnator a Stilpone factus est: hauste-
rus ab heraclito: cynicus a cratere. Archesilaus
uero crantora platonicum & dyodorum & py-
rona in subsidiis tenuit. Et crantor quidem cre-
dibilem eius effecit orationem. Dyodorus uero
sophisticam: pyro autem mutabilem cum fecit
& transfugam & omnino nihil. Unde dicebatur
de ipso quod ex anterioribus eēt plato: ex poste-
rioribus pyro: ex mediis diodorus. hic subtilita-
tibus diodori qui acutus dialeticus erat & pyr-
ronis ratiotinacionibus platonicam eloquentiā
fedauit. & modo hoc: modo aliud dicens hinc il-
lo & illinc huc facile tanquā nihil sciens uol-
uebatur. Saire tamen multa eloquentie um-
bra uidebatur. nec unquam fuit in eo & unum
& idem bis diceret. nec putabat ingeniosi ēē ui-
ri in eisdem permanere. Cauillator igitur sum-
mus uocabatur: cum ita se his que dicebantur
dare adaptareq; semper fuerit premeditatus.
ut cum ipse nihil sciret: nec alios scire quicquā
pateretur. Terrebat enim omnes turbabatq;
sophysmatibus. gaudebatq; ac gloriabatur fe-
ditate illa mirifice. quia nihil turpe nihil hones-
tum nihil bonum nihil malum cognosceret
Sed si quid primo turpe dixerit: repente com-
mutatus pluribus conabatur rationibus que
prius astruxerat confutare. Erat igitur idra
capita sua pprio ense amputans. nec aliquid
habens utile mīa quod libenter & audiretur &
uideretur. nam & facie benigna & ore rotūdo
& suauibus erat oculis preditus. Que non re-
pente arripuit: sed aptus ad hec natura exer-
citationeq; ab initio firmauit. Audiuit enim
puer Theophrastum mitem uirum nec a cupi-
dine alienum: quoniam formosissimus erat.
ipē pōa crantori fuit amatus. & diodori ca-
uillatoria nature commoditate breuissime se-
cutus. pyrronem quoque fuit imitatus. In cu-

ut

ius sententia: quamuis pyrronicus appellatus nō
sit: permansisse uidetur. Aperte nanque mnaseas
philomellus & timon scepticum suum ipsum .i. scep-
ticum fuisse affirmāt. Verum enim & falsum &
uerisimile ipse quoque ut illi destruebat. pyrronicus
igitur re non nomine fuit. Sed crantoris pudore
a quo amabatur: nomine non re academicus
erat. Magna igitur pugna in Archesilaum atque
çenonem fuit. & alter in alterum & dicendo &
scribendo impudenter ferebantur. quamuis zeno
non melius faceret q̄ cophisiodorus orator: qui
cum grauiter ferret isocratem quem audiebat:
ab Aristotele premi: dicebat scribebatque nō Aris-
totelem quidem: ut putabat: sed in platonem: a
quo alienus non erat. Nam cum Aristotelem nul
lo modo intelligeret: putaret autem: quoniam
platonem Aristoteles audiuerat: platonicum
illum eē: bellum quidem indixerat Aristoteli.
platonem uero & eius dogmata que tamē nes-
ciebat: reprobare conabatur. putans non pla
tonis dogmata: sed Aristotelis refutare. Ita mag-
nus ille orator non eum percutiebat cui bellum
indixerat: sed eum quo cum pacem habebat.
Sic igitur & zeno Archesilao pugnans platonē
lacerabat. Non enim erat forsan nescius eorū
que Archesilaus dicebat. platonica uero penitus
ignorabat: ut a libris suis manifeste colligitur.
Ita quem non debebat: impudenter exagitabat.
& quem debebat: minime tangebat. & certe si
platonica non oppugnasset dogmata: bonus
meo iudicio fuisset phus. Sed de hac re alias
latius si ocium erit. Vtinam autem nunquā
mihi tantum sit otium: ut ad huiusmodi res:
non ioco: sed serio reuertar. Studebat igitur
zeno Archesilai omnia dicta refutare. ac ma-
xime incomprehensibilitatem quibuscunque
poterat argumentis aggrediebatur. Quorum
Archesilaus alia depellebat: alia succidebat: alia
supplantabat. Ita contradicentes deiciebat. &

auditores in stuporem uertebat. facile putantes
non uerbum: non operam: non passionem: non
quicquam aliud esse magnum aut paruum: ni-
si quod pithaneo Archesilao uidetur. Illi uero ni-
hil prorsus uidebatur. nec affirmabat quicquam:
sed uerbis solummodo pronuntiando terrebat.
Lacydes autem qui Archesilao successit econo-
micus appellatus est: quia rei familiaris mag-
nam curam habebat: manibus cuncta propriis ne-
gotia sua gerebat. non paupertate oppressus
nec seruis indigens: sed quia: immo uero causam
unusquisque per seipsum excogitet. Ego uero il-
lud suauitatis gratia debite perstringam: quo ma-
ximo argumento usus nihil penitus ab homini-
bus comprehendi posse putauit. Solebat semper
in seruorum absentia penu claudere. clauemque
in loculo depositam obsignare. anulumque quo
diligenter signauerat subtili filo ligatum per
paruulum quoddam ianue foramen intro inmittere.
Cum autem sibi aperiundum erat retracto per
filum anulo clauique resignata. ac rursus simi-
limodo: et claudebat et aperiebat. Quam rem
cum astucia seruorum percepisset: absente
lacyde: aperiuntes clanculum uniuersum pe-
nu: prout animus eorum ferebat: consume-
bant / exportabant / fundebant. Lacydes autem
cum et signacula que fecerat: integra inueni-
ret: et anulum ut dimiserat: penu autem ma-
nifeste diminutum: putauit hoc illud esse quod
apud Archesilaum de incomprehensibilitate
rerum: quod nihil uidere / nihil audire / nihil
denique intelligere sincere ac uere possumus:
audiuit disputari: malitia quoque seruorum
nihil uere certum sciri posse: ab ipso se au-
diuisse affirmabat. Quare confusus: non aca-
demicam: sed stoicam apud seruos disciplinam
profitebatur. Illi uero academicam incompre-
hensibilitatem ueram esse contendebant. Ita

coactus lacydes aliter inquit in scholis disputa-
mus: aliter domi uiuimus. disputationibusque
ac schola neglectis: domum sedens obseruabat.
hec de Alexi dicta sufficiant. hunc audiuere quidem
multi: sed precipuus omnium atque insignis cyrene-
us fuit Aristipus. Successit autem Euander. post
quem Carneades academie factus princeps gy-
mnasij tertiam constituit academiam. Is Arche-
silai morem in disputando secutus est. Nam ad
utramque partem ita dicebat: ut omnia que ab
alijs afferebantur: refutaret. incomprehensibili-
tatem tamen Archesilai non probauit. Non enim
esse possibile dicebat hominem ita in omnibus se
retinere: ut nihil affirmet. esseque non paruam
differentiam inter incertum et incomprehensibile.
et cuncta quidem incomprehensibilia esse: sed non
incerta. His stoicarum quoque rationum non igna-
rus ambitione magis quam ueritatis amore stoicam
philosophiam persequebatur. de quo numenius hec scrip-
sit. Carneades inquit pugnandi morem Archesi-
lai renouauit omnibus contradicens. et huc et
illuc: nunc affirmando: nunc negando uolubi-
litate orationis omnia distrahens. Cumque rem
nactus esset grauiorem: ut maximus atque uehe-
mens amnis fluxu orationis atque uorticibus con-
tradicentes obruebat. Ita ceteros quidem nõ nũquam
ui argumentorum seducebat. Ipse [uero] enim seipsum
quod in Archesilao non erat: recte intelligebat.
Quippe multo prius ille seipsum quam auditores deci-
piebat. Carneades uero et permulcebat et depopu-
labatur. Nam furta quidem occulte: latrocinia
uero aperte irruens faciebat. modo dolo: modo
uia etiam preparatos premeditatosque confunde-
bat. Ita nullus ei resistere poterat. Sed erant om-
nes quibus cum pugnabat multo inferiores. Car-
neadi autem clitomacus successit: clitomaco si-
lion. de quo idem Numenius hec perstrinxit. phi-
lion inquit: cum clitomaco successisset: nimia le-

ticia confisus quasi gratiam habens que illi uisa fuerunt: confirmabat amplificabatque ac aduersus stoicos cunctis uiribus armabatur. Sed temporis spatio ueritate rerum coniuncta incomprehensibilitatis opinio fuit. Quare philon quoque ipse ne transfuga uideretur: redargui magnopere cupiebat.
Huic Antiochus in academia successit qui stoicum mnesarchum secutus philoni preceptori suo non in paucis contradixit. & aliena dogmata in academiam induxit. Hec de successione platonica ab ipsis ut uides phylosophis tradita sunt. Considera igitur altius oro falsitatem dogmatum & pugnas phylosophorum qui etsi per uniuersum orbem amore ueritatis errauerint: nullum tamen laboribus dignum fructum posteris transmittere potuerunt. Sed nec ipsi magnam utilitatem consecuti sunt. Cultus enim idolorum & multitudinis deorum opinio quasi pestis omnia contagione sua inuaserat. que ipsos quoque phylosophos ciuitatum moribus ac legibus sacrificantes summerserat.

Quid unusquisque phorum coniciebat de diis sequebatur ca. 3.

Nihil enim ueri de diis a prioribus acceperunt: sed suis cogitationibus coniectura ducti de natura phylosophantur. Quod porphyrius in epistola ad egyptium anebonem his uerbis fatetur. Incipiam uero inquit a diis & demonibus bonis de quibus plurima grecorum phi dixerunt. sed que dixerunt coniecturis precipue nituntur. Et subiungit. Magna pugna de his rebus apud nos est. humanis enim rationibus de bono coniicimus. Qui autem altiora hoc modo inuestigant: cum peruenire nequeant quo proficisci uolunt: phylosophantur frustra. Idem ipse in libro ad boethum de anime hystoria inquit. Communis quidem hominum sententia immortalem esse animam predicat. Rationes uero que a phylosophis adducuntur: faciles refutatu sunt. Nulla enim apud ipsos opinio propter contrarias rationes quas facile contradicentes inueniunt: firma esse uidetur. Nonnullo uero etiam de iis que oculis cernuntur: nihil esse confirman-

dum multi opinati sunt. Et in libro de responsis: ipso Apollinis oraculo in testimonium citato: seductos fuisse grecos: & ab egyptiis chaldeis ac hebreis ueritatem: ut in superioribus diximus: conspectam affirmat. Videmur ne igitur accusandi nos qui seductas gentes contempsimus & hebraice scripture toto adhesimus animo. Cur enim oportet philosophos audire: ac magni quicquam ab illis uelle discere: si coniecturis nituntur & uariis rationibus atque diuersis in summam omnia dubitationem adducant. Quod ut re ipsa uideas: ipsorum philosophorum de principiis de diis & uniuersi constitutione uarias: immo uero contrarias sententias inpresentiarum exponam.

Quod mathem… pline nil c… pietati. ca. 4

Si prius mihi ostendero astrologiam arithmeticam geometriam musicam que ipsi mathemata disciplinasque uocant: que non ipsi inuenerunt: sed a barbaris acceperunt: ad inueniendam ut ipsi putant ueritatem: conferre. Nam si disciplinarum inquiunt cognitio animum non formauit: nullus recte phylosophari nec deum cognoscere potest. ita quasi deus ipse numeris teneatur. Nos qui eas disciplinas non admiramur: pecudes esse arbitrantur. nec magni aliquid posse nos intelligere contendunt. Res autem ipsa ostendit multos apud grecos fuisse: innumerabiles apud barbaros: qui quamuis has disciplinas optime tenuerint: nec deum tamen nec recte uiuendi normam cognouerunt. Et econtra multos sine illis pie simul atque sanctissime uixisse. Itaque Socratem quem merito omnes admirantur non magni has disciplinas fecisse: Xenopho in libro de dictis Socratis scribit. Docebat inquit quantam oporteat singularum rerum atque artium habere peritiam. Nam tantum geometrie studere consulebat: quantum sufficeret ad mensurationem agrorum ac

distributionum · quod adeo facile dicebat ēē: ut
siquis diligenter animaduertat: q̄ primum q̄n-
titatem agri cognouerit: mensuratione igno-
rare non possit · Reprobabat uero tantam eius
rei curam ac studium: ut difficili figurarum
cognitioni inuigilare uelis · nullam enim uti-
litatem in illa speculatione uidere se asserebat.
nec erat geometrie imperitus · s; a multis atq;
utilissimis studiis totam hominis uitam ad alie-
narum considerationum studia deducere: non
oportere putabat · Similiter astronomiam quoq;
discendum consulebat: ut dies ac noctes · horas
menses & annos rectius percipiamus · Que res
& ad agendum iter & ad nauigationes atq;
custodias · multaq; alia que in nocte aut in men-
se aut in anno peraguntur perutilis est · Eo us-
que autem astronomiam discere: quousque pla-
netarum motus & distantias eorum a terra
comprehendendas uehementer improbat · Nul-
lam enim utilitatem etiam hac in re uidere di-
cebat · nec erat expers omnium istorum · s; tũ
longa temporum spatia desiderant nõ confer-
re arbitrabatur utiliora relinquere & in his ui-
tam conterere · Omnino autem non ēē curan-
dum homini dicebat: ut per celestia corpora fu-
turorum que in potestate diuina sunt: cognitio-
nem perquirat · nec enim posse homines illa
cognoscere · nec diis gratum ēē si que illi occulta-
runt: ea tu diligenter inquiras · posseq; facile
iram deorum in insaniam Anaxagore cadere ·
qui cum celestium scientiam profiteret: in id
amentiae incidit: ut solem ignem ēē penitus pu-
taret · nec perspicere poterat facile nos ad ignẽ
oculos erigere: cum solem respicere nequeamus.
nec corpora hominum atriora fieri ab igne
quemadmodum a sole · nec cernebat omnia que
a terra germinantur absque solaribus radiis
atq; calore celesti crescere nõ posse · Que omnia ig-
neo calore languescunt · ac pereunt · Logicam

nõ

nõ

quoque distendam ita consulebat: ut magnum
eius studium multamque operam improbaret.
Hec Socrates apud Xenophonem. Ipse autem
Xenopho in quadam ad esthinem epistola: hec
de platone ac de iis qui naturalem scientiã profi-
tebantur: scribit. Omnibus inquit patet diui-
nas res cognitione humana comprehendi non
posse. Quare sufficiat pie ipsos deos & ex animo
colere. quales autem sint: nec inuenire nobis
possibile est: nec fas est querere. nec enim seruis
conducit nec eis laudabile dixerim: si domino-
rum suorum consilia: nisi quantum ad minis-
terium suum pertinet: scrutari uoluerint. Quan-
do enim o eschine Socratem audiuit de celes-
tibus aliquid corporibus dicere: aut ad subti-
les linearum speculationes perdiscendas exhor-
tari: musicam enim ipsum simul auribus
solummodo percepisse. Quotidie autem de for-
titudine: de iustitia: de aliis uirtutibus dissere-
bat. Nanque hec bona hominum appellare so-
lebat. Cetera uero aut percipi ab hominibus
non posse: aut non longe a fabulis distare. sophis-
tarumque ludis similia esse. hec ille & ceteris con-
sulebat: & ipse primus faciebat. hi ergo quibus
Socrates non placuit: aut taceant: aut ad id
quod equum est: redeant. Socrati enim uiuo
sapientiam deus soli attestatus est. Qui uero
eum interfecerunt: penitentie stimulos effugere
potuerunt. Isti autem bona egypti & prodigio-
sam pythagore sapientiam adamarunt. & so-
lida Socratis tenuitate contempta: tyranni-
dem coluerunt. & tenuissimam uitam dapi-
bus siculis commutare non erubuerunt. his
uerbis Xenopho platonem occultius oppugna-
bat. Socrates uero apud ipsum platonem in li-
bro de repu. de gymnastica musica & astronomia
ita loquitur: ut etiam plato non multum is-
tis attribuere uideatur. Verum ut facilius

merito contemptam ee a nobis hanc inanem gre-
corum phiam cognoscas: non grauabimur alti-
us uarias atq; diuersas: immo uero inter se con-
trarias phorum opiniones repetere. Assumam
autem ea a libro plutarchi quem de dogmatibus
phorum inscripsit. Thales inquit milesius de sep-
tem sapientibus unus principium rerum aquã
putauit. is primus phari dicitur incepisse. ac
ab eo ionicam phiam ee appellatam. Dicitur
autem iunior in egypto fuisse: & in myletum
senior redisse. Inductus autẽ fuit: ut ex aqua
uniuersa primo ee diceret: & in aquã demum
resolui: quia sperma omnium animalium ori-
go: humida substancia est. Unde uerisimile pu-
tauit. hoc modo ex humido cuncta oriri. Deinde
quia plante ac herbe uniuerse humido aluntur
& fructus ferunt. eius autem penuria langues-
cunt ac decidunt. Tercio quia ignis stellarum
atq; solis & ipse mundus aqueis uaporibus
alitur. Quam opinionem homerus quoque
approbare uidetur: cum dicat: oceanum: qui
omnium fuit origo. Anaximander autem mi-
lesius principium rerum infinitum esse assere-
bat. & ex hoc omnia primo oriri & in hoc tan-
dem deuenire. Id circo infinitos oriri mundos
atq; rursum corrumpi. Infinitum autem ee
dicit principium: ne quid desit: neue genera-
cio terminetur. Errauit autem quia non
aperuit infinitum istud: aer ne an aqua sit:
aut aliud quoddam corpus. Errauit etiam
quia subiectam materiam dicens efficientẽ
causam deseruit. Infinitum enim nihil aliud
q̃ materia ẽ: que actu ee non potest: nisi ab
efficiente eliciatur. Anaximenes uero mile-
sius principium rerum aerem opinatus est.
ex quo fieri cuncta & in quem resolui conten-
dit. Animam enim nram aerem ee ait. hic
enim nos continet. uniuersum etiã mundũ
spiritum & aerem fouere. Idem autem aer

& spiritus apud eum est. hic etiam erravit: qr
ex uniformi ac simplici spiritu atque aere anima-
lia posse constitui putavit. Impossibile autem
omnino est: rerum principium solum esse ma-
teriam: cum necesse sit efficientem causam
ponere. Non enim ex argento: aut ligno aut
ere vasculum unquam fiet: nisi artifex fece-
rit. Heraclitus vero & hippasus metapontinus:
ignem esse principium rerum putarunt. quo
extincto cetera gignuntur. cuius solidiorem
partem in se contractam atque constipatam ter-
ram fieri. terram porro ab igne resolutam
in aquam reverti. & exalationes aquarum
in aerem transire. Rursus autem universa
corpora. mundumque ipsum ignis ardore cor-
rumpi. principium igitur igitur ignis est inquit
quia ex eo sunt omnia & in eum demum re-
solvuntur. Democritus quem Epicurus sequitur
principium rerum asserit corpuscula quedam
minutissima: que atomos appellat: ratione
cognoscibiles. solidas. non generabiles. nec cor-
ruptibiles: omni fractura superiores. que alte-
rari non possunt. has in vacuo & per vacuum
moveri asserit. quod infinitum esse opinatur.
Atomos quoque ipsas infinitissimas numero
dicit: quibus accidunt figura & magnitudo se-
cundum Democritum. Epicurus autem pon-
dus etiam adicit. Non enim movebuntur in-
quit: nisi pondere deferantur. Figuras porro
atomorum nec infinitas et eiusmodi esse as-
serunt: ut frangi non possint. Atomos enim
dicta est: non quia minima sit: sed quia dividi
ac frangi nequeat. Atomos autem esse dicunt:
quia vacuum atque unitas elementa sunt.
Empedocles vero agrigentinus quatuor eleme-
ta ignem videlicet aerem. aquam & terram
principia ponit. Duas etiam virtutes amici-
tiam atque litem. & amiciciam quidem coniun-
gere: litem vero disiungere. hec fuit primor-

phorum discrepantia. Iste sunt de principijs illorum manes opiniones. Non enim deum creatorem nec deos omnino aut incorporeas et rationales substancias. nec ullum quod supra sensum sit: in principiorum numero acceperunt. Primus autem grecorum omnium Anaxagoras fertur intellectum rerum omnium causam asseruisse. Qui phylosophandi amore agros suos diutius incultos reliquisse. Is primus efficientem causam rationalem arbitratus est. Confusa enim omnia simul fuerunt inquit: et intellectus a confusione in ordine ea redegit. Admiratione vero dignum est: quod ita dicentem parum defuit: quin Athenienses lapidibus obruerent: quia videlicet non solem: sed creatorem solis venerabatur. Is etsi rebus omnibus intellectum preposuerit: non tamen consequenter ubique servavit. Unde Socrates apud platonem de anima vehementer eum incusat. Cum legissem inquit Anaxagoram dicentem omnium causam esse intellectum magna leticia perfusus: putavi magistrum iam me Anaxagoram invenisse: qui mihi diceret omnia optime ab intellectu esse disposita. et a quo discere possem: utrum terra rotunda: an triangularis sit. Causam enim afferre ipsum arbitratus sum. Quare altero alterum melius. et quia optimum est talem terram esse. et si in medio ipsam diceret: illico exponeret. quia optimum est in medio sitam esse. Ac eodem modo de sole luna et velocitate ipsorum et de alijs singulis: quod optimum sit: alia pati: alia facere: que patiuntur et faciunt. Non enim alia causa quam optima reddi potest: si a ratione atque ab intellectu disposita sunt. Magno igitur gaudio sepe libros eius perlegi. Et progressus aerem. aquam. ignem. ceteraque huiusmodi afferre Anaxagoram videns: eisque causam rerum attribuere: nec intellectui ac rationi aliquid attribuere: magna de spe decidi. Simillimum

enim mihi uidebatur facere: ac si quis diceret
omnia intellectu atque ratione a Socrate fieri.
Deinde cum reddere causam uellet: quare hic
sedeat: responderet: quia corpus meum ossibus
atque neruis constat. Cumque ossa articulos con-
iunctionesque habeant neruis colligatas: & ner-
ui trahi atque retrahi soleant: flecti hoc modo
corpus facile posse. Qua de causa fit: ut sede-
am. Non enim uera causa redditur. sed quia ui-
delicet: cum athenienses mortis crimine condem-
narint: & mihi iustius uisum est sententiam
hanc subire: idcirco spectans hic sedeo. Nam per
canem: nisi hoc esset: si fugere mihi melius ui-
sum esset: hec ossa & isti nerui megare: aut in
boetia essent. Si quis uero contendat non posse
me que mihi optima uidentur: absque neruis
ac ossibus ceterisque huius efficere: uere quidem
dicat. per hec enim facio. Ratio autem eorum
que intellectu fiunt: non hec. sed melioris: aut
certe optimi est. Et post pauca. Ita & terram:
alius reuolutione celorum in medium depelli:
alius propter latitudinem suam ab aere sustineri.
Quod autem melius sit in medio situm esse: nec
querunt quidem. Est autem quod omnia ligat
& continet bonum ipsum. quod nescio quomodo
omnes negligunt. hec Socrates. Anaxagore
autem successit Arcelaus quem Socrates audi-
uit. preterea & Xenophanes & pythagoras: qui
Anaxagore temporibus floruerunt de eterni-
tate dei & anime immortalitate phylosophati
sunt. Nunc uideamus quales opiniones de
diis phylosophi habuerunt. plutarchus igitur
sic in libro predicto scribit. nonnulli philosophorum
inquit: ueluti diagoras milesius & theodorus
cyrenaicus. & euhemerus egeata. & calimachus
nullomodo deos esse asserebant. Euripides etiam
tragicus: quamuis ariopagitarum formidine non
omnino se aperuerit: Sysiphum tamen induxit:

quasi huius opinionis protectorem quibuscumque potuit rationibus sententiam eius tutatus est. Et Anaxagoram qui una stetisse corpora confusa primo affirmauit. Deinde a deo in ordinem distincta. & platonem qui non stetisse: sed inordinate mota fuisse primo dixit. Deinde a deo in ordinem redacta reprehendit: quia dixerunt deo de his inferioribus curam esse. beatum enim illud animal atque incorruptibile inquit omni bono repletum & omnis mali expers ad beatitudinem suam conuersum res humanas non animaduertit. Miserum enim esset: si fabri aut operarii more ad huiusmodi fabricam se converteret. preterea deus quem dicunt ante ordinationem totius: aut dormiebat inquit: aut uigilabat. aut si neutrum uerum est: nec erat omnino. Si ergo dormiebat a seculo mortuum fuisse: necesse est. Sempiternus enim somnus mors est. Deus autem nec mortis nec somni particeps est. Sin uero uigilabat: aut perfectam beatitudinem aut mancam atque imperfectam. Si perfectam nullius rei indigebat. Quare nec ad nouam rerum productionem descendisse ipsum uerisimile sit. Sin autem manca sibi beatitudo affuerat: quomodo uere diuus deus potest: cum quicquam abfuisse conceditur. Ad hec quomodo si diuinitus humana gubernantur: boni uexantur & mali feliciter uiuunt. Thales mundum deum esse asserit. Democritus mundi animam ait deum esse & eum pile ignee formam possidere. pythagoras de principiis unitatem deum & bonum unitatemque esse unius naturam: intellectum uidelicet ipsum Dualitatem uero demonem esse ac malum in qua materialis est multitudo. Socrates & plato unicum uniforme quod uere ens atque bonum est. hec autem uocabula ad intellectum omnia spectare. Deus igitur intellectus est & species separabilis .i. procul ab omni materia & nulli passibili coniuncta. Aristoteles su-

pernum deum separabilem spetiem uniuersi
sphere insidentem. Sepheram autem corpus e-
thereum quod ipse quintum appellat. quod cu
per multas spheras diuidatur natura coniuc-
tas & ratione separatas: unam quanque sphe-
rarum compositum ex anima et corpore ani-
mal esse arbitratur. Et corpus quidem: ut dixi-
mus: cum ethereum sit: circulariter moueri.
Animam uero quanuis per se sit immobilis: ip-
sam tamen motus causam ee. Stoici deum ar-
tificiosum ignem atque intellectualem ee asse-
runt. uia rationeque ad generationem mun-
di progredientem. qui mundus omnes sper-
maticas rationes quibus singula secundum
fata gignuntur: in se continet. Deum aute
spiritum ee per uniuersum mundum pene-
trantem diuersis nominibus appellatum: se-
cundum rerum per quas transit diuersitate.
Mundum etiam deum esse. & stellas & terra.
Supremum autem omnium intellectum esse
in ethere. Epicurus deos hominum forma
habere: quanuis non sensu pp̄ter tenuitate
nature: sed ratione percipiantur. Quatuor
deinde incorruptibiles ponit naturas. atomos.
uacuum infinitum. similitudines. Quas
quidem naturas similium partium & eleme-
ta ipse uocat. hinc manifeste uidemus: nul-
lam grecos ante pythagoram atque Anaxago-
ram dei habuisse cognitionem. Quare anti-
quissimis temporibus: ut phenices & egyptij:
qui: ut ostendimus: non incorporeas quasda
uirtutes. sed mortales uiros: ut deos colebant.
Sic greci quoque diuinos honores hominibus
conferebant. Verum. quoniam alij pho-
rum sensibus cuncta cognosci arbitrabantur:
alij contra rationi solummodo credendum
& sensum omnino abiciendum dicebant:

non est inutile: quid aduersus istos Aristoteles
in octauo de phia conscripsit: pstringere. Multi
inquit rationem solummodo sequentes: sensum
ac phantasiam omnino abiciebant: ut Xeno-
phanes colophonius & parmenides eleata &
zeno & milesius de antiquioribus: de iunioribus
bus autem Stilpho & megarici qui dicebant ee
unum quod e & quod diuersum ee uidetur di
uersum non ee. nec gigni quicquã nec corrum-
pi nec moueri penitus. Aduersus quos quan
uis in phia multa dicantur: tamen etiã nũc
pauca dicamus. Diuina igitur res in nobis ra
tio e: indigemus tamen sensu: quemadmodũ
& corpore. Nam & sensus uere de sensibilibus
iudicat. Qui enim sentit: aliquid patitur. &
qui sentit quod patitur: eam passionem pro
fecto cognoscit. Sensus igitur cognitio quedam
est. preterea si sentire pati quoddam est & om-
ne quod patitur omnino diuersum: aliudque qd
facit: e ab eo quod patitur: ut color & sonus
a sensu. Deinde ipsum ens unum non erit: sed
nec immobile. Sensus enim motus quidam e.
Quomodo autem si nihil ad cognitionem con-
ferunt: nullus est qui nolet secundum natu-
ram sibi sensus ee dispositos. Omnes enim inte
gritatem sensuum organorumque sanitatem
desiderant: quia melius ita de sensibilibus
iudicant. Quare natura duce tantus nobis
amor sensuum inest: ut nullus non insanus
unum sensum pro omnibus bonis que uocant
externa: uellet commutare. Cur autem si ni
hil sensibus egeant: non eruunt oculos, nec
auditum destruunt: ut opere ostendant uerã
ee doctrinam suam. Nunc uero uerbis quidã
eos uituperant: re autem maxime omnium
utuntur. Melissus enim: cum sensibilia nihil
ee uelit ostendere: per sensibilia hoc ipsum effi-

cere conatur. Si enim terra est inquit: & aer & ignis & ferrum & aurum & aliud uiuens: aliud mortuum. aliud nigrum aliud album. ceteraque omnia que uera esse homines credunt. si etiam nos recte uidemus. audimus atque omnino sentimus. Ens quoque tale quid esset profecto: quale nobis primo uisum est. neque transmoueretur. nec aliud ex alio fieret: sed sibiipsi simile permaneret. Nunc uero cum dicamus recte sentire uidetur nobis quod calidum est in frigidum & frigidum in calidum similiter & molle in durum atque contra permutari. Merito igitur posset quispiam percunctari. Nonne igitur calidum in frigidum transmutari ceteraque huius sensu cognouisti. Sed rationes opinionesque istorum iam ita explose sunt: ut nec dicte quidem esse uideantur. Recte igitur procul dubitatione ij phylosophantur: qui & sensum & rationem ad cognitionem rerum suscipiunt. his Aristoteles Xenophanem & eius similes uexauit. Xenophanem autem pythagoras & nessas audiuerunt. nessam Metrodorus. Metrodorum diogenes. diogenem Anaxarchus. Anaxarchum pyrro. a quo sceptici philosophi appellati sunt. Qui nec sensu: nec ratione quicquam posse comprehendi docentes: magno risu omnium explosi sunt.

Finis.

Aureus humane penetrans precordia uite
Pamphilus hic felix explicat Eusebius:~

[illegible] homines [illegible] feras
q' aristoteles fuerit [illegible] ingens [illegible]

A creacione mundi usque ad annum [illegible] dni [illegible]
fuerunt anni. 3793. [illegible] ebraicam [illegible] ab [illegible] anno usque
ad annum dni. 1900. si auferas. 33. remanent. 1467. si istos
addas [illegible] annos. 4260

223 hojas (54 vitela)

C 2/47

hoq
ahoo
[illegible]

EVSEBII

OPERA

MS. XV CENT

Ms. # 71